

Non Regis vid 1704. p. 27, 54, 83, 104, 137, 214, 300
1705, p. 37, 217, 274, 356,

Non Romal 1704 p. 27 1705. p. 14.

Non Roman 1704 p. 28, 139, 301.

Non Mitau - - - p. 299.

Non Napoca 1705 p. 103.

NOVALITERARIA MARIS BALTHICI

&

SEPTENTRIONIS,

COLLECTA

LUBECÆ,


M DCC IV.



LUBECÆ & HAMBURGI,

Literis & Sumtibus REUMANNIANIS.

ANNO 1704.



NOVA LITERARIA
 MARIS BALTHICI
 ET
 SEPTENTRIONIS,
Edita Calendis Januarii,
 M DCC IV.

WISMARIÆ.

Bibliothecas publicas, nostrâ præpærimis ætate, quâ auri sacra fames hominum dementavit animos, negligi ac pedibus fermè conculcari, omnes omninò norunt, qui temporum præsentium rationem intimius sibi reddiderunt cognitam. Eò majora ergò iis debentur præconia laudis, quò rariores Literarum Statores inveniuntur, qui in adornandis Bibliothecis, communi usui destinatis, occupantur. Permultum enim utilitatis Has singulis, librorum apparatu destitutis, afferre, atque civitatibus egregio esse ornamento, omnium probari consensu arbitramur.

Quapropter haud minimam apud Eruditos *Wismarienses* iniuisse gratiam censendus est *Henningus Joachimus Gerdesius*, Secretariatus munere in R. Tribunali cum laude defungens, quod Auctoritate & Jussu Superiorum, *Bibliothecam Regii Tribunalis*, à laudatissimis Viris instauratam, in ordinem redegerit, atque, accurata librorum factâ designatione, incolis urbis non minus quàm exteris, conspiciendam consulendamque aperuerit. Complectitur enim ille thesaurus non tantum libros, ad cujusvis *Juris* scientiam facientes, sed etiam rerum sacrarum cultoribus apprime utiles, quemadmodum nec Criticis, qui vel Græciam, vel Latium norunt, vel omnem Antiquitatem imbiberunt, ejusmodi

modi Volumina deesse conspicimus, quæ adire possunt, atque magno cum fructu evolvere. Ut adeo commune hoc Eruditorum Sacrarium inter præcipua Civitatis hujus Regiæ Ornamenta referre liceat, atque decenter æstimare, addito insimul piò hoc voto, ut hæc Bibliotheca indies indiesque augeatur, & Civitates vicinæ exemplum inde capiant, laudatissima *WisMariensium* vestigia legendi, & parilem sibi comparandi laudem. Eas enim Respublicas verè sapere credimus, quæ bonum publicum promovent, atque literas amant juvantque, & Cives suos, ut concitato eant cursu, diligenter adhortantur. Placuit autem Autori hujus Opusculi, non tantùm Scriptores juxta ordinem Alphabeticum commemorare, sed etiam nonnunquam *Rerum & Argumentorum*, de quibus Viri docti commentati sunt, mentionem injicere, notatâ subinde *Libri Forma*, *Número ac Foro*, ut singulis, primo statim obtutu, innotescat, unde Liber petendus sit, & num sibi emolumento esse queat. Eos denique Autores, quos *Thesauri Antiquitatum Romanarum & Græcarum* habent, distinctè & prolixè enumeratos fuisse, valdè gaudemus. Integram itaque Catalogi Titulum in *βιβλιοφίλων* gratiam nunc apponimus.

Catalogus Bibliotheca Summi Regii Tribunalis WisMariensis, quam in utilitatem publicam à B. Dn. Davidis Mevii, primi S. R. I. Vice-Presidis Heredibus inchoatam, & ab Herede Dn. Christiani Trogelii, dicti Tribunal. dum viveret, Protonotarii, auctam, novis rarisque Libris cœmentis, exornavit, Illustriss. & Excellentiss. Dn. JOHANNES ROSENHANE, S. R. Maj. Sueciæ, Summi in Germania Tribunalis Præses, Lib. Baro & Dominus in Tistadh, Marieberg & Nynas, &c. in quo enumerantur libri, Tractatus & Scripta, Variorum, quotquot in hac Bibliotheca extant, Autorum, Commentatorum & Compilatorum in omni disciplinarum genere; quorum cognomina juxta Ord. Alphabet. ita sunt disposita, ut primo statim intuitu appareat, quam Facultatem, Formam & Numerum quilibet Liber sibi vindicet. Opusculum quod superatis tandem sæpè intervenientibus obstaculis consummavit, & nunc demum Jussu & Autoritate Superiorum publici Juris fecit Henning Joachim Gerdes/ S. R. Tribunalis Secretarius, Wismar. Typis Matthiæ Martini, (2. Alph. 10. plag. fol.)

ROSTOCHII.

D. X. Nov. M. Dav. *Henricus Kapkenius*, Lüneburg SS. Theol. Candid. & nunc designatus Philos. Prof. Ducalis Extraord. Dissertationem de מנלת חכמים i.e. *Peculio Sapientum* proposuit, Resp. *Antonio Gade*, Attenbroca Hadelenfi. (1½. pl.)

Est hæc Dissertatio *Idiomate Hebræo* conflata, & varia Hebræorum complectitur *Apophthegmata*, quæ vitam humanam benè sapienterque ducendam esse suadent. Cui annexum est *Corollarium* de Edicto Regis Prussiæ nupere publicato, quo cautum fuit, nequis Judæorum posthac in toto Regno consuetis hæctenus inter orandum precum formulis utatur, quibus veritas cultus Christianorum tanquàm abominabilis exploditur. Innuitur autem illa Oratio, cujus initium habet עלין לשבח. Fusius de illo Edicto actum fuit in *Observat. Histor. Hamburg. T. V. p. 354. seqq.*

D. XXIIIX. Nov. Præside D. *Albert. Joach. de Krackeviz*, Equ. Mecklenb. Catech. Christ. & Hebr. L. PP. de *Paulo Apostolo, post sui conversionem adhuc Phariseo*, ex Act. XXIII. 6. Dissert. Theol. proposuit *Joach. Frid. Qveitsch*, Falckenb. Neo-March. (pl. 2½.)

Rectè satis, nostro iudicio, faciunt illi, qui loca vexata Scripturæ S. explorant, aliaque illustriora dicta, quorum *Altuum* præprimis *Apostolicorum* Liber est feracissimus, accurate examinant. Multa enim in hoc Libro Historico fidei occurrunt dogmata, quæ ex professo pertractari atque evolvi merentur. Quapropter Eruditis gratum fore speramus laborem illum, quem Respondens hujus Dissertationis, exponendo huic argumento, *cur Paulus post sui Conversionem Phariseus* dicatur, insumpsit. Existimat verò, ut non attingamus ea, quæ satis prolixè de *Sadducæis & Phariseis*, ad illustrandum textum, adduxit, § 7. *Paulum tantum respectu Patris se Phariseorum Filium professum esse*. Hinc laudat quoque sententiam *B. Calovii*, ita in *Bibl. illustr. p. 937*. scribentis: *Non hic est Syncretismus Pauli cum Phariseis, quia non simpliciter se Phariseum dixit, sed in certo articulo, in quo illi rectè sentiebant*. §. 8. & 9. varias Interpretum sistit & examinat expositiones, & §. 10. *Consectaria*, ex hoc loco elicienda, indicat. Accedit Præsidis *Nobilissimi* Epistola, quæ Institutum Respondentis commendat, & alia quædam circa

hanc materiam monenda superaddit. Forſan quempiam offenderet, quod §. 3. *Spanhemium Job, Fridericum* nominaverit, qui tantum *Fridericus* vocatur, & §. 7. *Balthaf. Menzero Commentarium in Acta* tribuerit, quem tamen *Dan. Arcularius* elucubravit, *Menzerus* verò edi curavit, *Francofurti* 1607. ſed hæc levia ſunt, & veniam facile merentur.

D. VII. Dec. Præſide *Zacharia Grapio*, Phil. & Theol. Doctore, illius Prof. P. & ad Ædem Cathedralẽ Verbi Divini Miniſtro, Diſſertationem Theologicam, Controverſias Selectiores & Recentiores, de *Mysterio SS. Trinitatis*, complectentem, propoſuit
Wilhelmus de Wit, Amſtelodamẽſis. (plag. 7½.)

Præſamen monet, cautè admodum ac piè de hoc tremendo Mysterio eſſe ſcribendum, peſſimeque eos facere, qui curioſè nimis omnia in hoc mysterio rimari conantur. Specimen itaque iſtiusmodi curioſitatis in hac Diſſertatione exhibet, atque ex fidei chriſtianæ ſimplicitate illud, adverſus antiquiores juxta & recentiores, impugnat. Labet verò breviffimis Syllabum *Quæſtionum ac Reſponſionum* hic ſiſtere. **Quær. I.** *An Trinitas Perſonarum divinarum ex Lumine Naturæ poſſit demonſtrari?* R. Neg. quia hoc mysterium lumen naturale tranſcendit, *Matth. XI. 27. A VI. 17. 1. Cor. II. 11.* **Quær. II.** *An etiam in V. T. Mysterium Trinitatis creditum fuerit neceſſarium?* R. Aff. quia in V. T. verum habuerunt DEI cultum, atque eodem modo & per eadem media, quæ nos habemus in N. T. fuerunt ſalvati. **Quær. III.** *An Mysterium Trinitatis in primitivâ Eccleſiâ per Diſciplinam Arcani fuerit occultatum?* R. Neg. quia *Diſciplina Arcani* in primitivâ Eccleſiâ planè non fuit, ſed poſt tempora *Irenæi* cœpit, & *Orthodoxi Theologi cum Arianis* aut *Semi-Arianis* coram Ethnicis de hoc mysterio dilutarunt. **Quær. IV.** *An vocabulum Perſona hic retinendum?* R. Aff. quia terminus eſt biblicus, ipſi Deo rectè applicari poteſt, atque à pia antiquitate & *Aug. Confes.* probatus & receptus fuit. **Quær. V.** *An detur quarta Deitatis Perſona, nempe B. Virgo Maria, Filio ſecundum Divinitatem equalis.* R. Neg. **Quær. VI.** *An Perſona ab Eſſentia differat per proprietates perſonales.* R. Neg. adverſus *Cartef. Theol. Chriſt. Wittichium.* **Quær. VII.** *An tres Perſona ſint tres mentes infinite, vel tres Spiritus & Subſtantie*

substantia individua? R. Neg. adversus *Guil. Scherlockium*. Quæ. IIX. *An Essentia Dei contineatur his tribus subsistentiis; Intellectu, Judicio & Voluntate?* R. Neg. adversus *Hermannum Deusingium*. Quæ. IX. *An Persona Divina sit respectus Dei in relatione ad creaturas?* R. Neg. adv. *Joh. Wallii, Anglum*. Quæ. X. *An proprietates in divinis constituentur Personas?* R. Affir. Quæ. XI. *An Persona SS Trinit. sint haud æquales, verum sibi invicem subordinata?* R. N. Nulla datur inter Personas divinas inæqualitas, nec datur in divinis subordinatio. Quæ. XII. *An Generatio Filii Dei passiva sit proprie sic dicta, & character quidam Filii ad intra?* R. Aff. adv. *Profess. Franequeranum, Hermann. Alex. Röell.* Quæ. XIII. *An Spiritus S. sit præcipuus Angelus, vel Angelorum cætus?* R. Neg. adv. *Jo. Bidellum, Anglum*. Quæ. XIV. *Quid Armeni de processione Spiritus à Filio statuani?* R. Negant Spiritum S. à Filio procedere; hinc Pseudo-Magistrorum Armenorum argumenta à *Clem. Galano* notata resolvuntur. Quæ. XV. *An Spir. S. etiam fuerit in V. T.* R. Aff. adv. *Herm. Deusingium*. Quæ. XVI. *An Dicitur 1. Job. V 7. sit authenticum?* R. Affirm. Statum Controversiæ hæc in quæstionibus rectè accurateque formatum, & responsiones breviter & rotundè conceptas, nemini non gratas & acceptas fore arbitramur, hinc optandum esset, ut reliquos fidei nostræ articulos pari fide & diligentia pertractatos haberemus.

Ad Venerandum atque Celeberrimum *Acad. Rostoch.*
Theologum, *DN. D. JO. FECHTIUM. P. P. & District. Rost.*
Superintendentem Gravisimum, *Epistola Georgii Hen-*
rici Goetzii, D.

PRæclaram merentur laudem egregia Tua Merita, quibus veram CHRISTI Ecclesiam, & universam Rem Literariam, huc usque ornare studuisti, ut non nisi grato venerabundoque animo ea colere liceat, atque publicè pariter deprædicare. Ut jam non attingam ea, quæ in *Marchionatu Durlacensi*, cum Magno illi *FRI- DERICO*, quem Principum Evangelico-Lutheranorum Ornamentum vocare soleo, adhereres, atque nunc in inclyta *Rosarum Academia*, meditatus es, oreque protulisti ingenuo, omnes sanè mecum admirantur exquisitissimam Tuam Diligentiam, in colligendi

dis edendisque præclarissimorum Theologorum Scriptis, luculenter satis demonstratam. Quod nuper admodum magni Argentoratensium ac Rostochiensium Theologi, JO. GEORGII DORSCHÆI, *Lipsana Exegetico-Theologica* ad JUDÆ Epistolam, & sublimis ESAIÆ Meletemata Prophetica, publico dederis, in minima laudis parte nequaquam ponendum esse, agnoscent illi, qui vel unquam DORSCHÆI plagulam in deliciis habere consueverunt. Quapropter omnes ingenuè tecum exoptant, ut non tantum *Commentarium* ipsius, in *Quatuor Evangelia & Apostolorum Acta* promissum, sed reliqua etiam, quæ possides, ἀνέκδοτα, edas propediem, atque Celeberrimi hujus Doctoris Memoriam conservare haud intermittas. Delectat enim DORSCHÆUS hic Tuus, tum Ingenii acuminè, tum rerum pondere, tum denique varia & erudita lectione, ut inter Magnos jamdudum referri sit promeritus. Sed dubito ego valde, num sera Posteritas majores DORSCHÆO, num TIBI, qui eum iterum reddis, relatura sit gratias? Quid de SCHOMERO Tuo, quem LUBECA quidem genuit, ROSTOCHIUM verò amplissimis exornavit muneribus, nunc dicam? Hujus enim succinctas *Exegesés* in *Epistolas Paulinas & Canonicas* Tuæ pariter debemus industriæ, qui eas, præclaro stipatas elogio, in publicam protraxisti lucem. Hoc sanè egregium de Ecclesia benè merendi studium laudabunt omnes ac commendabunt, qui solidioribus literis pretium statuere didicerunt. Sic Ecclesia Lutherana, quod Divinæ Gratia acceptum ferimus, Biblicæ Theologiæ Fautores habet ac Instauratores! Eant ergò Orthodoxias invidi, homines ad maledicendum Theologis nati, atque, Biblicum Studium in exilium jam actum esse, ulterius calumnientur! Et magna mihi de Te, FECHTI Venerande, spes est concepta, fore, ut, si annos ulterius Tibi prorogaverit Divini Numinis Clementia, atque dira illa *Podagra* à furore suo paululum remiserit, plura adhuc dare & efficere instituas. Verum non *Biblica* tantum *Lectio* mirè Te affecit hætenus, sed *Studium* etiam *Epistolicum*, quod Rem Literariam extollit hodiè, ac magis magisque nobiliorem reddit, tam impensè efflictimque abs Te amatur, ut meritò mihi ambigendum sit, num inter Theologos inveniam ullum, qui hac in re par TIBI
sit

fit censendus. Loquuntur hoc, vel me tacente, *Epistola Theologorum ad Marbachios* scriptæ, quæ gratam rerum varietatem, accuratamque illius temporis historiam sistunt, ut, adhibita Tua, quam præmisisti, *Introductione*, non nisi doctior instructiorque eas deponere soleam. Haud illibenter enim lego, quæ pia & canna Antiquitas coniecit in chartam, & dum vultus oraque tantorum Virorum intueri non licet, triumphare tamen nunquam intermitto, quoties manus Ipsorum exoculari conceditur. Sic miro me affecit gaudio nuperrimè Vir de amœnioribus literis excellenter meritis, atque Saxonix decus haud vulgare, GUIL. ERNESTUS TENTZELIUS, cum Epistolam LUTHERI ad HERMANNUM BONNUM, primum illum Lubecens Ecclesiarum Præsulem, datam, è tenebris in lucem protraheret, atque Virum hunc Optimum Megalandro LUTHERO cognitum, & ab Eo magni fuisse habitum, significaret. * Et si vel JOH. ERNESTUS GERHARDUS, Theologus hoc tempore Giesseus, (de quo; lectâ Ejus, ac *Novor. Lit. Germ. T. I. pag. 434. sqq.* inserta Epistolâ, haud vana Orthodoxiam amantibus promitto,) *Theaurum Epistolarum Gerhardianarum*, ** vel MAYERUS excellentissimus, *Epistolas Theologorum* sæpiusculè hætenus promissas, *** vel alii, quos vel *Tentzelius* memorat, vel diligentissimus MEELFÜHRERUS, ex antiqua *Meelführerorum* profapia oriundus, compellat, **** sollicitè admodum asservant, in Rei Literariæ ornamentum, cum erudito orbe benignissimè communicarent, næ magnam inde variarum rerum copiam esset accepturus. Nec illaudatum præ ermittere volo Juvenem Ornatisimum, JOH. BACMEISTERUM, *Theologia* primum in *Rostochiensium*, nunc in *Lipsiensium* Academia *Medicine* sacratum studiis, Patris sui, æquè in colligendis selectis Pietatis Monumentis diligentissimi, SEBASTIANI BACMEISTERI, vestigia legentem, qui probatissimorum Theologorum *Consilia*, *Chytræi* scilicet, utriusque *Bacmeisteri* ac *Tarnoviorum*, nec

B

non

* Vid. *Curieuse Bibliothec des ersten Repositorii anderes Fach* / p. 196. sq. ** de quo accipe ea, quæ laudatus *Tentzelius* l. c. p. 184. sq. retulit. *** Conf. *Nov. Lit. Mar. Balth. T. VI. p. 32.* & *Tentzel. l. c. p. 193.* **** Leg. dçcâ Ejus Præfatio, *Epistolis Jo. Christiani L. B. de Boineburg* ad *Dietericum* scriptis, præfixa, in qua excellentiss. Viros monet, ut ejusmodi Epistolas incertitas publicæ luci exponere haud graventur.

non *Schachtii* & *Lobechii*, publico donare, eisque *Epistolas Lusherii, Melanchthonis, Jona, Brentii*, aliorumque adjicere meditatur. Hac enim ratione multa, ac penè infinita, vel planè incognita, vel incerta admodum, vel quæ primis tantum labris fuere degustata, ad uniuscujuscunque pervenient notitiam, ut pleno ore ea imbibere, iisdemque animus exsaturari queat. Sed, quid in Exteris tam sollicitè quæro, quod in Te, Celeberrime FECHTI, domi lætabundus invenio? In Tuis enim scriniis *Epistolas* pariter à Viris gravissimis exaratas, & nondum publicatas, latitare accepi, quarum copiam ut Eruditis propediem facias, publicâ hæc rogo *Epistola*. Ipse fidem ejus rei publicè nobis dedisti, cum ita scriberes: * *Sunt in manibus meis Epistolæ, ab Ang. Varenio Juniore mihi donatæ, Franc. Junii, Valentini Schindleri, Barthol. Batti, Alberti Graueri, Salomonis Gesneri, Leonb. Hutleri, Balthasaris Menzeri, Philippæ Nicolai, Valentini Schachtii, Job. Caselii, Job. Majoris, aliorumque, quas propitiâ fortunâ luci publicæ donabo. Hæc quæ benè scripsisti, in memoriam TIBI revocans, unicum tantum addo verbulum, ut fidem datam proximis temporibus liberet. VITA ENIM HOMINIS EHEU! BREVIS EST.* Sed, Tua pace, mihi nunc liceat de JOH. CASELIO, cujus *Epistolas ineditas* habes, quædam adhuc monere. Scilicet vehementer mihi placent Viri hujus eruditissimi Scripta, quapropter, non semel hæctenus ea pervolvens, in votis habui, ut conjunctim illa exhiberentur. Habet enim dictio, quâ utitur, nescio quid suavitatis & elegantix, ut Lectores non facilè dimittat, quin magis magisque in sui rapiat admirationem, argumentorum deinde superfluit ubertate, ut scripta Ejus omni Ambrosia suaviora, nunquam satis evolvi, atque in succum & sanguinem verti possint. Præprimis verò multis profuturum fore asseverarem, si quis Eruditorum Elogia atque ejus Orationes de Principibus & Viris doctis scriptas, nec non *Epistolas* ad Principes atque magni nominis Viros exaratas, in peculiare Volumen mitteret, atque uno intuitu lectoris exponeret, quæ vix, ac ne vix, magno labore diversis in locis conquiri possent. In nostra, quæ *Lubeca* est, Bibliotheca publica, omnes fermè

Sche.

* In Orat. Exegesi Schomerianæ in *Epistolas Pauli Minores* adjectâ Lit. H b.

chedas, *Casellii* nomen & doctrinam præferentes, diligentissimâ primâ istius custodis, JO. KIRCHMANNI, manu conquistâ, inveni nuper, atque admirabundo oculo perlustravi. Num ergo à recto aberraverim, vel affectui plus justo indulserim, quod Scripta hæc majores sibi exposcere admiratores & novissimam editionem promerere, affirmaverim, Tuum erit, FECHTI Venerande, adjudicare, ac vera dicentem instruere ulterius. Verbis enim exprimere nequeo, quantam voluptatem ex his perceperim deliciis. Si verò, hæc præsertim ætate, qua bellò omnia ardent, & literarum amor decrefcere solet, universa Ejus scripta pristino nitore & cultui reddi nequeant, suaderem ego, ut ex libellis Ejus ELOGIA CASELIANA exciperentur atque adornarentur. Multa enim & honorifica de Illustribus non minus, quam aliis Viris scriptis, quæ vel in publicis Eruditorum congressibus pronunciauit, vel privato studio in chartam coniecit, atque adhuc legi observarique merentur. Dabo ejus rei ergo specimen quoddam, quo de desiderio meo eò rectius judicium ferri queat. *Joach. Camerarii Elogium* * his verbis expressit, à quo tamen neque *Melanchibonem*, neque *Sturmium* abesse voluit: *Camerario quid clarius, cujus Nomen Orbis Christiani gentes penetravit, in quibus est aliqua cultura litterarum, & virtutis admiratio. Erat enim illa ætate, ut pluribus deinceps annis ob doctrinam & virtutis præstantiam, unus archichoragorum sapientia in Germania, sive literarum triumviros quis velit dicere Melanchibonem, Camerarium & Sturmium, qui acris studio simul doctrinæ & dicendi studia colebant, ipsi quicquid ad ea faceret eruebant, & nobiscum, qui hodie adultiores sumus, liberaliter communicabant: iidem verò etiam multa posteritati profutura ediderunt. Cujus beneficii memores, & nos & minores nostri, si qui boni erunt & grati, tantorum virorum memoriam gratè conservabimus, & ista merita prædicandi finem hoc minus faciemus, quo acrius virulenta improbitas & viventibus invidè, & vita sanctis plus quam impiè sine causa maledixit. Nec verò quisquam fuit illa ætate, virtutis doctrinaque cultor, quin his aut harum alicui operam dederit. Sic enim*

* Legitur illud in Laudatione Joachimi Lukki, Equitis Megapolitani, quæ *Rost. 1582* prodiit.

*cenſuimus, nec erravimus, credo iudicio feliciter nos curſum doctrinæ directuros, ſi quem ex his ducibus quiſque ſibi naſti fuiſſemus. Colitur etiam à nobis hodiè ſuperſtes Sturmius, non minus quàm Chironem olim à ſuis alumnis, clariffimis juvenum (manum illam nobilem heroum dico) cultum fuiſſe omni videlicet pietate, veriſimile eſt. Non faciam contentionem iſtorum trium Germania ſiderum, atque hoc non eſſe tenuitatis iudicii mei, facile intelligo. Ad quem horum potiſſimum ſe quis conſerret, dubitare adoleſcentes oportuit, quod ſtatuerent ſenes, etiam literati, difficulter poſſent. Nec tamen aliquem omnium pœnituit, ad quemcunque illorum ſe contuliſſet. Neque hoc cuiquam mirum videri poteſt, cum eundem illi finem ſibi propoſuiſſent, ad quem familiares ſuos perpetua diligentia & ſumma fide ducerent. Laborabant enim ita in expolienda juventute, ut & ipſi rectè viverent, & quiſque ſuo loco ſaluti publicæ, omnibus poſthabitis, conſulerent. Et paulo poſt de Job. Cratone, qui in excellentiſſimum poſteà evaſit Medicum, & à Melch. Adamo in *Vitis Germ. Med. p. 261. ſqq.* valdè laudatur, hæc, lectu digna, conſignavit: Magnum erat ingenium Cratonis, acre doctrinæ omnis elegantis ſtudium, ſumma vitæ innocentia & morum integritas. Quis vir ille deinceps fuerit, verbo hic indicare licet; ejus laudes plenius decantatæ ſunt ab aliis, nos ſuo etiam loco explicabimus, & illi debemus, quando amicis promiſimus. Cum enim in primis ſtudiis investigationem cauſarum in rerum natura cum equalibus coleret, artem medicam, illi ſtudio ita affinem, ut unam eandemque eſſe cenſeas, aut certè geminam, diſcendam ſibi propoſuit, in quam nemo abſque præſtantia ingenii & perpetuitate diligentie penetravit: quam nemo feliciter exercuit, niſi fide præſtans. Hanc artem ubi ſibi paravit Crato, Bratiſlavia in patria medicinam cum laude fecit. Qua fama ut ad aures divi Ferdinandi Caſaris pervenit, ipſe in aulam accerſivit Cratonem, & eo libenter & feliciter uſus fuit: itemque divus Maximilianus Caſar ſecundus, qui & cum ipſo interdum de rebus aliis graviſſimis familiariter contulit. Non enim erat Crato merus medicus, ſed vir prudentiſſimus, qui ardua quæque negotia geſſiſſet, quod tamen minimè affectavit, non niſi ſui muneris curioſus. Denique, quamdiu per vires corporis potuit, præſto itidem fuit divo Rudolpho Caſari ſecundo: & tum quoque heri ſui valetudini ſervivit, cum ſuam eſſe dejectam laboribus magis quàm ſenio intelligeret. Hinc apparet autem, quis vir fuerit, qui arte & fide tribus Imperatoribus ſar-
riſe.*

tu fecerit, officio bonos sibi in tam illustri loco devinverit, in tam lubrico malorum invidiam prudentia deprefferit. Ad Historiam Scabinorum & Senatorum Lipsiensium pertinent ea, quæ in eadem Oratione de Martino Lysselio leguntur: Vidit sibi hospitem suum, Martinum Lysselium, juris consultum, virum gravem, non ad spinosas disputationes comparatum, sed in capitalibus causis exercitatum. Erat enim Lysselius principe loco & in senatu Lipsico & in judicio ibidem primario, ex quo longinquæ sententias sciscitantur, iisque nituntur, ut oraculis. Scabinatus nominant, dictione, qua Hebræi iudices appellant primis literis, ut mihi sanè videtur, simili: de quorum origine, & necessario aliquando usu, nihil hic inquiram amplius. Hoc ausim affirmare, ut dignitatem suam tucantur, & sacraria sint justitia, uti sunt initio condita, integritatem in illis iudicibus & sapientiam mentis sollicita & conscientiam merito requirere Arcopagiticam. Quis autem rectiorem viam ad jus & æquum ostendat, quam ex Arcopago quissiam spectatus universis civibus? qualis hic fuerit Lysselius: quod verbum mihi non excidit. De quo enim minus ante cognovissem, diligenter quæsi ex iis, in quibus fides, quos scire arbitrarer. Taceo reliqua, quæ ad Statum Patriæ meæ cognoscendum, cum Johannes Fridericus de illa obsidenda consilia cœpisset, spectare videntur. Et in Oratione JOHANNI, Duci Megapolitano, habita, atque Helmstadii 1592. publicata, de Aulæ Ministris, copia bonæ doctrinæ præ reliquis sui ordinis instructis, varia affert, utpote de Gotislobo Rotermundio, & Andrea Mylio hunc in modum commentans: Erat Gotislobus Rotermundius non solum disciplina legum & vulgari quadam doctrina excultus, sed imbutus quoque recordiis illis Latinis Græcisque literis, qui hodiè consilio etiam præsto est sapienti Principi Pomeraniæ BOGISLAO. De altero verò ita: De Andrea Mylio, ut socero, dicam parcius: unum tamen, quod omnibus innotuit, & à me quidem iudicatum, nec minus tamen à multis aliis: nostra ætate in summorum regum aulis simul Græcis literis & Latina eloquentia præstantiorem visum fuisse neminem, qui & hodiè superest, quando Megapolitanis ducibus opera & consilio præsto fuit annos ipsos quadraginta quatuor. Sed Jobi Magdeburgi, qui Anneberge natus fuit, & apud Lubecenses Juventutem Scholasticam erudit, dememinisse nolo, quippe de quo, cum in Megapolitanâ Aula degeret, sequentia nos scire voluit: Præerat ludo literario Lubecæ Jobus Magdeburgus, bonus se-

nex, non minus Græcis, quam Latinis literis eruditus: de eo dux cognoverat: cum eo per Siberum egit, persuaderi sibi passus fuit, δῶροισιν τ' ἀγαθοῖσι, λόγοισι τε αἰ μολοῖσιν, aula ad senectam expers; quod in ipso non positum fuisse, quivis intelligit, nec ex eo carpi ille potest. Ut in aulam venit, vidit, quæ ibi gererentur: etiam tūm ibi eram, propediem rediturus in Academiam: nec ille me sua, nec ego illum mea amicitia indignum censui, quam tuemur in hunc diem: cum ille non minorem ex hoc tam acerbo nuncio dolorem acceperit, quam accepi ipse, qui efferrī vidi Principem, quem & suis parvulis liberis & patriæ vivere, omnibus cum animi, tum fortunæ bonis florentem, expediret. Officio surgebatur Jobus, quàm hoc relictissimè id se facere intelligeret: quod & ego testari possum, & libenter facio, qui viderim qui audierim. Quod sibi polliceretur de alumno disciplinæ tum suæ, paulo antè meæ, non habeo dicere, sed omnia affirmabat se facturum, egit certè fideli studio, ut quod in prima pueritia fieri non poterat, Principem, quiq̃ cum eo docebantur, in capitibus Christianæ fidei plenius erudiret: in quo neque fidem ultrò datam, neque sibi creditos auditores fefellit. Nec omisit cetera, quæ vel ego inchoaveram, vel ille insuper addenda, seu tentanda intelligeret. Libenter enim & sine invidia amico & Virō docto tribuam, quod neque ipse mihi arrogem, non solum, ut omnes me pestilenti morbo vacare, sed etiam & amicitiam sincerè, & veritatem ex animo colere animadvertant. Prætermitto Orationem de Laudibus Job. Hobii, Nobilis, recitam, Elogium Petri Victorii, atque reliqua ingenii ejus monumenta, quæ ad Philosophiam & Prudentiam morum addiscendam, vel Stylum formandum faciunt, atque stupendam Viri eruditionem manifestò satis declarant. Dum itaque habemus Pauli Jovii Elogia, Scævole Samarthani Elogiorum Libros, Jo. Pappirii Massonis Elogia varia, forsàn, me judice, nec ille tempus perderet, qui Caseliana Elogia conficeret, atque ad evolvendum nobis offerret. Verùm, ne diutius Tibi, mi FECHTI, molestus esse videar, finem scribendi facio, unicum adhuc addens, ut promissum illud Epistolarum Corpus, si per negotiorum cumulum licuerit, scriinii tuis exire jubeas. Ni succensere mihi velles, ipse quoque darem Epistolam JO. CASELII ineditam, ad LUD. CAMERARIUM scriptam. Ea quidem est commendatitia tantùm, digna tamen mihi visa, quæ abs TE quoque legeretur.

Joannes

JOANNES CASELIUS LUDOVICO CAMERARIO

S. D.

Cum typographo ad vos scribam. Has à me petebat hic adolescens Andreas Ganglobius, Altenburgensis, quod usui sibi eas fore putabat. In Schola Suerinensi à puero educatus est: apud nos annum in literis vixit, probum cognovi, pro ætate & ingenio profecit. Jam ut ei commodetur, quod vestro commodo fiat, non expectatis ut vos rogem. Novi enim bonitatem & prudentiam vestram. Opt. Cuiusque V. patrem vestrum, quem ipse quoque ut patrem observo, valere opto, salvere jubeo. Vale Rostockio Non. April. Anno M. D. LXX.

Tui amantissimus

Joannes Caselius.

Optimo Doctissimoque Juveni Ludovico Camerario, Clarissimi
Viri Joachimi f. amico carissimo.

Cæterum DEUS, quem sollicita piaque mente Tui causa defatigare nunquam cessabo, Gratiâ sua TE, TUOSQUE GNATOS cum UXORE suavissima, exhilaret, ac in Ecclesiæ hodiè afflictissimæ solatium, & Academiæ Rostochiensis ornamentum tranquilla beet senectute! Me verò ut amare & fovere pergas, enixè peto, omnem cultum & amorem his ipsis TIBI pollicitus. Vale. Scribeb. Lubeca D. XIIX. Dec. anni ad finem properantis, atque utinam bello finem imponentis, *Asiatiamque & Sueviam* exhilarantis! M. DCC. III.

STRALESUNDÆ.

Mense Septembri Catalogus Librorum Danielis Heidmanni, Pastoris Medaviensis, Auctionis lege venum expolitorum prodit. (Typis Mederianis pl. i. 8vo.)

D. VIII. Nov. M. Jac. Wolff, Gymnasii Rector, Actum Oratorium cum Decade Juvenum celebravit, in quo ex antiqua Historia Heroës illustres in Principibus Dominantis Europæ solenniter contemplandos produxit, atque bene inter se jungendos esse monstravit, scripto ejus rei ergò *Programmate*, in quo de Antiquis Romanorum Numismatibus, ex Bibliotheca *Julvii Ursini & Antonii Augustini*

Augustini collatis & Romæ 1577. editis differit, atque hujus Numismatophylacii Fores & Atrium describit. (pl. 1. 4to.)

GRYPHISWALDIÆ.

Mense Septembri ex Bibliotheca Biblica de Commentariis Reformatorum in Biblia S. vernaculis, Jo. Deodati, Samuelis Maresii, Matth. Poli, Jo. Eduardi, Belgicis, Jo. Piscatoris, Pauli Tossani, &c. Præsidi D. Jo. Frid. Mayero, PP. disseruit M. F. Quadius, Zach. Pom. (2. pl.)

Placuit nunc Autori Præsidi de vernaculis Reformatorum in univèrsam Scripturam S. Commentationibus quædam subjungere. Egit autem primò de Jo. Deodato, qui ex Patriciis Luccensium ortum suum traxit, Professore Theologo Genevensi, A. 1649. denato, postquam Annum ætatis LXXIV. attigisset, & per LV. annorum spatium Theologiam docuisset. Interfuit hic Synodus Dordracena, atque in illà unà cum Theod. Tronchino, Genevensi, pariter Professore, verba Canonum de Prædestinatione concepit, quippe qui ad tradendam Theologiam positivam, non autem Scholasticam, aptissimus fuisse dicitur. In concionibus habendis mira præditus fuit eloquentia ac suavitate oris, ut propterea sequens Encomium ab Alexandro Moro in Poëm. p. 79. reportaverit;

Nam, qui disertis nobis aliquando videmur,

Cum facimus populo verba silente pio.

Illo præ Boanerge, absit reverentia vero,

Anseribus similes, quos premit albus otor.

Pace mihi liceat fratres hæc dicere vestra,

Præque illo infantes postera turba sumus.

Hic notas breves Versioni Bibliorum Italica à se concinnatæ adjunxit; Deinde novam Bibliorum versionem idioma Gallico, adjectis Capitulorum Summariis & Notis, paravit, eamque Judicio Ecclesiæ suæ subjecit, ac A. 1641. Genevæ edi curavit. Quo in opere quæ Vetus Testam. Versionem & Notas Pagnini, quæ N. autem Testamentum, ipsum Bezam videtur esse secutus. Diversa Eruitorum Judicia sustinuit quidem, non tamen Bibliopolæ, qui frequenti versionis venditione rem suam familiarem valdè adauxit, ea nocere potuerunt. Hòc commemorato, secundò ad Sam. Maresium progreditur, qui Theologus Gröningensis fuit, ac A. 1673. æt. LXXIV. vi-
vere

verè desiit, notans de eo, quod veteri *Bibliorum Gallicæ Versioni Genevensi* notas breves eadè linguâ adjecerit, superadditis *Deodati* Observationibus. Sed licet hæ Notæ plus semel editæ fuerint, nullam tñ. apud *Simonum* ac *Clericum* inierunt gratiam, quapropter *Ezech. Spanhemius* apologia eas juvare haud intermisit. Ad *Matth. Polum* & *Joh. Eduardum* pedem promoturus, variorum *Anglorum* Observationes, quibus utriusque fœderis libros explicare studuerunt, recenset, utpote *Collegii Angli Duacensis* Animadversiones *tribus Voluminibus* A. 1609. editas. *Joh. Halli* Paraphrasin, quas, ut & reliquas *Martini Kempii* Bibliotheca Anglorum Theologica exhibet; Hinc *Matth. Poli* Commentarios Anglicos in universam Scripturam producit, de illis tñ. statim refert, quod ab ipso Autore non fuerint ad finem perducti, sed viri in Anglia docti reliqua in iis, ubi Polus, qui in *Esaia* desiit, substitit, adjecerint. *Joh.* denique *Eduardus*, qui adhuc viventium adauget numerum, ante annos aliquot *tribus Tomis* vulgavit *Animadversiones in selecta Loca V. & N. Testamenti*. Misiss *Anglis* ad *Belgas* properat, de eorum *Notis* ad versionem Belgicam acturus. Eminent autem præ reliquis *Annotationes* illæ una cum textu *Bibliorum* ex versione Belgica *Novæ*, *Decreto Synodi Dordracenæ* A. 1618. & 1619. elaborata, sæpissimè excusæ. In hac autem Nova Versione adornandâ desudarunt quoad *V.T.* Jo. Bogermannus, Wilh. Baudartius, & Gerson Bucerus. Quoad *N.T.* Jac. Rœlandia, Petr. Cornelii & Hermannus Faulkelius. Ad recensendum *V.T.* electi fuere Anton. Thysius, Polyander, Plahcius, Jodocus Larenus, Sibrandus Lubberti, Jac. Revius, & Franc. Gomarus. Ad *N.T.* Sebast. Damman, Festus Hommius, Geldorpius, Walæus, Langius, Fullenius, Ubbo Emmius, Jo. Cape-roos. Quamvis autem magno labore hæc Versio fuerit suscepta, non tñ. illa nævis suis carere potuit, quemadmodum *Wilh. Baudartius* pecul. libro eos ostendit, cui Sixt. Amamæ *Biblische Conferentien* (in quibus tñ. *Lutherum* nostrum iniquissimè fuisse habitum ex Observationibus *MSSis B. Hülsemanni* codici huic adscriptis colligitur) addi possunt, errores haud paucos demonstrantes. Adjiciuntur deinde judicia Eruditorum, *Hülfsi* putà, *Maresii* & *Clerici* atque *Episcopii*. Non tamen ab omnibus Versionem hæc probari ex *Benthemo de Statu Eccles. Belgic. p. 247.* sqq. refert. His

pertractatis ad *Germanicas Reformatorum Observationes* accedit, ac de *70. Piscatoris Germanica Versione*, jussu *Johannis Comitæ, Senioris Nassaviensis, Herborna* 1604. edita, agit, variorum Theologorum censuras superaddens, illam nonnisi cum judicio esse adhibendam. Idem monendum esse cum Theologis refert circa *Pauli Tossani, Hanovia* A. 1629. defuncti, notas marginales *Versioni Germ.* adjectas, ac Reformatorum Hypothesibus infervituras. *Neostadienses* quidem A. 1588. & *Herbornenses* A. 1595. Biblia Lutheri cum *Notis, Reformatam doctrinam spirantibus*, edidisse scribit, de illis tamen in præsentia, cum in *Historia Vers. Bibl. Lutheri* de iis ex professo actum fuerit, plura afferre non placuit.

D. XIV. Sept. Præside *D. Petro Mascovio*, Jcto, Fac. Seniore, & Regii Consist. Directore, de *Pollicitatione & Voto*, Disquisitionem Juridicam exhibuit *Christianus Hoffmann/ Witteb.* (pl. 4½.)

Abit hæc Dissertatio in duas partes, quarum prima de *Pollicitatione in specie sic dicta* agit, eam definiens, quod sit solius offerentis promissum, sponte & ob causam Deo vel Reipubl. factum; secunda Doctrinam de *Voto* expendit, ita illud describens, quod sit rei licite deliberata & libera, ab homine sui juris, pio fine, Deo facta promissio. Utrumque argumentum per causas deducitur, variis interpersis *Questionibus*, quæ præcipuè ad *Naturam Votorum* spectant, atque Theologis pariter ac Jctis salivam movere possunt.

D. XXIII. Sept. Rector Acad. Gryphisvald. *D. Alexander Carocius*, Pand. Prof. Ord. publico Programmate, ad d. 27. Sept. audiendam *Orationem Auspicatoriam M. Jeremie Papken*, Mathemat. Prof. Ordin. Acad. Proceres & Cives convocavit (1. plag. 4.)

Commemoravit in illo vitæ rationes noviter constituti Professoris, qui Spartam hanc Academicam, morte *M. Joach. Rosenovii*, in *Nov. Lit. T. IV. p. 228.* nunciatâ, vacuefactam, ritè legitimeque obtinuit. Eas ergò brevi recensu hic sistimus. Natus autem est *Gryphiswaldie* A. 1672. d. 9. Aug. atque patrem sorte, quam Deus dedit, accepit *Joach. Papken*, civem & fabrum ærarium prædictæ civitatis, matrem verò *Mariam Arnden*. In schola patria, cum eam per ætatem frequentare posset, audivit *Job. Langium, M. Jac. Wolffium*, (qui hodiè apud *Stralesundenses* Juventutem Scholasticam erudit) & *M. Jac. Prillwitz. p. m.* Cum autem patrem precibus pariter suis, & monitis *D. Berubardi Diecmanni* Jcti, ac *Danielis Schû,*

Schönemanni, Synodi Bardenis hodiè Præpositi, t. t. Con-Rectoris, vicisset, ne à studiis abstraheretur, non tantum laudatum *Schönemannum* majori diligentia adiit, sed etiam privata institutione *M. Christ. Saalbach*, PP. in politioris literaturæ studiis fructus est, inque iisdem præclaros fecit progressus. A. 1691. cum idem *D. Carolus*, qui nunc eadem dignitate fulget, & intimatorias hæc literas scripsit, *Rektoratus* sustineret officium, in album Studioforum fuit inscriptus.

Ex quo tempore *Petri Westphali*, jam Rectoris Gryphisv. Lectiones in Philosophia privatim sibi elegit, auditis insimul Doctoribus reliquis, utilissimas artes tradentibus, utpote *M. Ge. Balth. Mascovio*, PP. Extraord. *M. Benj. Pozerne*, Log. & Metaph. PP. *M. Chre. Ott. Dan. Colbergio*, Prof. Moral. *M. Ge. Christoph. Gebhardi*, Mathemat. Prof. Extraord. *M. Theod. Hornio*, & *D. Jo. Jac. Stolterfohtio*, PP. Quamvis autem rerum Mathematic. studio impensè delectaretur, atque id propter causæ ab ore *M. Gerhardi* diligentiss. penderet, Theolog. tamen lectiones non neglexit, hinc *D. J. Henningium* & *D. Nic. Dassovium* frequenter audivit, quibus *D. Br. Henr. Gebhardi* Acroasès Philologicas addendas esse judicavit. Sed neq; conflictibus Academicis, quos Eruditi *Disputat.* vocant, sese subduxit, hinc mox sub Præsidio *M. Ge. Christoph. Gebhardi* in quædam *Plutarchi Placita* commentatus est, mox A. 1693. d. 28. Oct. sub *M. Th. Bahrii*, hodie Præpositi Pesevalcens. manu ductione *Dissert. poster.* (nam priorem defenderat *Jo. Döling*, Rugianus,) *Cartesium serio dubitantem* (plag. 2.) exhibentem proposuit, quem admodum etiam Præfide *D. Gebhardi* ex Philologicis de *Methodo Meibomiana* differuit. Theologorum visitans cathedram sub moderamine supra laudati *M. Ge. Balth. Mascovii*, *Dissert. posteriorem* (prior enim diligentiam *Eberhardi Gischeri* & *Wolgaßiani*, laudat) de *Præsentia DEI apud fideles propiore*, A. 1693. d. 13. Jun. (plag. 4.) defendit. Hanc anno insequente 1694. alia excepit, ex *Eph. IV. 30. Pignus Hereditatis nostræ sanctissimum*, dirigente *D. Jac. Henningio*, PP. explanans (plag. 3.) Exacto in Academia Patriâ trium cum dimidio annorum spatio, *Wittebergam* adiit, atque in Mathematicis Duce *Michaële Strauchio* cursum Mathematicum ad Aphorismos B. Fratris *Egidii Strauchii* Theologi Gedanensis, duabus vicibus absolvit, privatissimâ pariter institutione *Martini Knorrii*, Math. Infer. Prof. usus. In *Physicis* audivit *D. Jo. Baptist. Raschelum* PP. & *D. Christ. Vaterum*, Med. D.

Physicam experimentalem tradentem. In *Geographicis* elegit sibi *Jo. Christ. Wichmannshausen* PP. & in reliquis *Philosophiæ* partibus *M. Georg. Michaëlis*, hodiè *Colleg. Phil. Adjunctum*. In *Historicis*, ut & in *Græca* Literaturâ, sacrâ pariter ac profanâ, τὸν πᾶν *Schurzfleischium*. In *Theologia Exegeticâ* secutus est *Theod. Dassovium*, LL. Orient. Prof. Publ. In *Theticâ* verò ac *Polemicâ* *Duces* peregregios, *D. Casp. Læfcherum*, & *D. Jo. Ge. Neumannum*, privatim autem docentem *D. Ræschelium*. Præprimis verò laudat *D. Phil. Lud. Hannekenum*, Hospitis sui, amorem & institutionem, teque ex illa non pœnitendos in *Theologia* progressus fecisse grato agnoscit animo. Sub hujus quoque Præsidio binis vicibus disputavit, & quidem *A. 1695.* ex *Act. II. 38.* *Baptismum* primarum *Chiliadum* ad *Christum* conversarum, *Dissertatione* *Theologica* exposuit, (plag. 6) ac cum laudatus *Theologus* *Tractatum* de *vera Confessionis Augustane* *Æstimatione* per seriem *Dispp.* ederet, *Papkius* noster secundam in se defendendam suscepit. Sed cum *Lipsiam*, Musarum illud domicilium, omnisque *Elegantiae* compendium, peteret, in *Theologia* morali operam *D. Jo. Olearii*, PP. & in *Theologia* *Homiletica* *D. Gottl. Frid. Seeligmanni*, PP. & *M. Henrici Pippingii*, sibi exoravit. *Mathematicorum* autem studiorum semper memorem Præceptores nactus est *Christophorum Pfautzium* PP. & *M. Jo. Balb. Wernherum* (postea *Math. Prof.* in *Acad. Witteb.* & nunc in ead. *Acad. Jur. Ord. Prof.*) ut & *Schindlerum*, qui *Artem* *Muniendi* & *Geometriam* *practicam* eum docuit, non neglectis *Collegiis* *Oratoriis* *D. Christ. Weidlingii*. *Patriæ* autem redditus *A. 1699. d. 16. Mart.* *Promotore* *M. Christ. Saalbachio* PP. gradum *Magisterii* reportavit. Et hoc *Ornamento* se non indignum esse publicis *Disputationibus* *Philosophico-Theologicis* (in *Nov. Lit. T. IV. p. 229.* & *T. V. p. 62.* recensitis) atque *Collegiis* *privatis*, luculenter satis demonstravit. Accessit ergò nuper *Munus* *Professorium*, *Regio* *Favore* ipsi demandatum, quod *Oratione* *Publica*, nullâ quidem lege, sed solo complacendi studio adductus, solenniter est auspicatus.

D. XXVI. Sept. *Dissertationem* de *Religione Naturali* s. de *Officio* *Hominis* *erga* *Deum*, exhibuerunt, *M. Augustinus Stagemann!* & *Frid. Christoph. Willich!* *Stralsundens.* (3. plag.)

Tres *Sectiones* complectitur hæc *Dissertatio*, quarum *prima* agit
de

de Recto in Deum sensu, atque hanc Propositionem Theoreticam tradit: Religio est rectus de Deo sensus, & rectus in Deum cultus. Secunda sistit Rectum in Deum cultum, quem in internum & externum dispescit, atque Proposit. Practicas evolvit, Tertia denique Adjuncta & Opposita (ut sunt Deismus, Polytheismus, Atheismus &c.) Religionis Naturalis tradit.

Festo Michaelis, Rector Acad. Gryphisvvald. D. Alexander Carocius, Programma evulgavit, in quo de petenda à Cælo Bellorum Origine disseruit, atque Cives ad acriter in Angelorum Commilitio præliandum armavit & animavit. (1. plag. 4.)

D. IX. Oct. Præsides D. Joh. Frid. Mayero, PP. Problema Academicum, An Christum in Statu Exinanitionis post tentationem Diabolus pro naturali Dei Filio, veroque agnoverit Messia? proposuit M. Frid. Jaster, Ancl. Pomer. (2. plag.)

Th. I. De Scientia Demonum agit. Thes. II. & III. inter scientiam eorum ante lapsum & post lapsum distinguit. Thes. IV. Scientiam Diabolorum post lapsum vel naturalem, vel experimentalem, vel supernaturalem s. revelatam esse tradit. Quibus præmissis Th. V. Statum controversiæ format, atque sententiam suam hisce effert: Christus in Statu Exinanitionis post tentationem à Diabolo pro Filio Dei naturali & Messia cognitus est, cognitione non evidenti & omni modo certa, sed inevidenti, subinde conjecturali, sed opinione firmâ. Hanc thesin deinde illustrat uberius, magisque explicat. Thes. VI. probationis loco quædam Scripturæ dicta adducit, utpote Matth. VIII. 29. Marc. I. 24. I. 34. III. 11. 12. V. 7. Luc. IV. 41. VIII. 28. Ante verò, quàm dicta hæc applicet, Thes. VII. duas Quæstiones examinat. I. Utrum ipsius Demonis hæc voces fuerint per os hominum, quos obsederat, prolata, an Hominum ipsorum? Ad cujus Membrum prius affirmative respondet. II. An ex dictis Patris Mendacii posset peti veritas? Quam ita solvit, ut ex accidenti, vel per coactionem, vel spe alicujus commodi, Dæmonem vera dixisse statuatur. Quibus pertractatis dicta modo allegata fusius expendit eorumque pondus monstrat. In Th. verò IIX. & IX. probat ex professo, Diabolum non habuisse evidentem & omnimodo certam, sed subinde conjecturis innixam Notitiam, & provocat, 1) ad pœnam Diabolis inflictam, 2) diaboli miseriam & cæcitatem, 3) Providentiam Divinam, quæ ei evidentem de Christo

C 3

notitiam

notitiam non concessit, & 4) *Eventum*, quo ipse Satan, Judæos ad interficiendum Salvatorem instigans, magnum sibi acceleravit malum, quod nunquam fecisset, si, Christum Filium Dei esse, omni ex parte novisset. *Theol. X.* recenset Autores, tum *Diabolo omnem in statu exinanitionis de Christo Redemptore scientiam denegantes*, tum certò *et evidenter eum scivisse, Christum Filium DEI esse*, asserentes, adductis Scriptoribus, è quibus responsiones paratæ ad illorum objectiones petiqueant.

D. XI. Octobr. M. Justus Wesselus Rumpaus, Unna-Westph. qui in *Acad. Rostoch.* hæctenus studia gnæviter urfit, ac proinde a nobis sapiusculè adductus fuit, nunc, *Acad. Gryphica* civem agens, sub Præsidio modò laudati *D. Jo. Frid. Mayeri, PP. de Confirmatione Angelorum S. in Bono* disseruit. (1½. plag.)

Aph. I. omnes Angelos ab initio bonos creatos esse, docet. *Aph. II.* Eos, qui in bonitate permanere, in eadem à Deo confirmatos fuisse, ita, ut *majora sentiant incrementa, veritatem perfectissimè agnoscendo, et bonitatem intensissimè amando*, asserit. *Aph. III.* *Arminio & Episcopo*, utrique hanc confirmationem in Bono impugnanti, oppositus est. *Aph. IV.* falsam ergò hanc sententiam esse, provocat, 1) ad *ισαγγελότητα*, 2) *Visionem Dei beatificam Angelorum bonorum perpetuam*, 3) *impossibilitatem per hypothesin ab Apostolo Paulo (Gal. l. 8.) indicatam*, & 4) *Angelorum bonorum titulos*. *Aph. V.* Hanc confirmationem unicè ex gratiâ divina derivandam esse adversus *Pontificios & Scholasticos* tuetur, atque *Seb. Schmidium*, Angelorum confirmationem merito ipsorum adscribentem, defendit, eum scilicet *modificato sensu* meriti vocabulum accepisse. *Aph. VI.* negat contra *Pontificios & Reformatos* nonnullos, hanc confirmationem merito *Christi* tribuendam esse. Et *Aph. VII.* rectè docet, quod neque ab absoluto DEI pendeat decreto, atque ita breviter concludit: *Aliud est, Angeli sui confirmati in bono sine intuitu obedientiæ, aliud propter intuitum, et aliud eum intuitu, illud est Calvinianum, istud Papisticum, hoc Oribodoxum.*

GEDANI.

D. XIII. Sept. Samuel Fridericus Willenberg, J. U. D. Ejusdemque ac Historiarum Prof. Publ. & Athenæi Inspector, solenniter

ex Jure disputavit de *Litium Incommodis*, Respondente *Sigismundo Alberto Rosenberg*, Gedan. pl. 7. Capite I. agit de *Justitia judiciorum & litium*. II. De *causis fugiendi litem*. III. De *litium incommodis domesticis*. IV. De *litium incommodis forensibus*. V. de *Remediis litem evitandi*.

Idem *Examen Historia Universalis* præcipuè *Politicæ*, quod jam ante viginti annos in usum Auditorum hujus Gymnasii compilarî cœptum, nunc autem ab ipso usque ad *Josephum Regem Rom.* continuatum est, nuper edidit. In *prima* ejus parte *Historia Vetus Asiatica, Africana & Europæa* proponitur. In *altera* *Historiam Novam Europæam*, in specie *Germanicam* tractare exorsus est. Continuabit eandem, si gratus fuerit labor, & juxta methodum cœptam, post Imperium Germanicum perget ad *historiam reliquorum Europæ Imperiorum*, deinde *Regnorum*, post *Ducatum ac Rerum publicarum hodiernum* florentium. Denique etiam, quæ de *Asia, Africa & America* ex recentiori ævo dici possunt, brevibus addet.

D. XXV. Octob. *Christophorus Behrius*, *Eloquentiæ & Poës. PP.* Agonem VIII. in *Plinii Panegyricum* à Cap. LXXXII. usque ad finem constituit, Resp. *Joh. Jac. Kembsen*, Dantisc. pl. 5½.

M. *Daniel Gradius*, *Græc. & Hebr. Linguae PP.* *Christophori Bueli*, primùm *Poës.* in *Acad. Lips. Professoris*, postremùm *SS. Th. D. Past. & Superintendentis Dresdensis ac Consist. Elect. Saxon. Assessoris*, *Carmen elegantissimum* ante hos LXX. annos editum, quo ΜΙΣΟΓΛΩΤΤΟΙ s. *Linguarum Sacrarum studiorumque humaniorum oses graviter perstringuntur*, recudi fecit, παραρτήσεως ἐνεκα *appendicis loco sustinent D. Johannis Maukischii*, *Rectoris quondam Gedanensis*, ἐπανόρθωσις *carmini præcedenti conveniens & Joh. Majoris*, *Theologi olim Jenensis*, de *Scrutinio verborum & rerum επίκρισις*, præfixa *Eclogis sacris Jo. Michaëlis Dilberri*. 4. pl. 1½.

Idem *Gradius*, in *Φιλολογῶν*, quos *Auditorium secundum* habet, usum, edi curavit *Tirocinium Poëseos Græcæ*, continens *Joh. Posselii Hypotheses Pericoparum Dominicalium & Festivalium CLIV. distichis græcis expressas*, & nunc seorsim, unâ cum ejusdem *Auctoris Regulis Vitæ selectioribus*, ac *Paranesi ad Juvenes*, subjuncta ubique *Interpretatione Latina metrica*, Prelo & sumtu *Joh. Zach. Stollii*. (pl. 4. 8.) Præmisit

misit huic Editioni ipse Editor *Præfationem*, in quâ *Job. Posselii* laudes decantavit, quas *Metaphrastica Evangeliorum Expositione* sibi præmeruit. Hinc notat, eam tum alibi, tum quoque in *Athenæo Gedanenfi*, hæctenus fuisse diligenter prælectam. Sed ipse Autor *Disticha Græca latina* pariter veste donavit, atque fidei suæ commisisis vehementer commendavit, adjiciens insimul *Job. Georgii Sadolini* ἐπιλογὴν de nostro latam:

*Quæ canit argutus Grajo Posselius ore
Carmina, dum repetens sedulus usque lego:
Invenio, quod me semper delectat in omni
Vita, sic Charitas gignit amœna Charis.
Vates hic igitur facundus, dulcis, honestus,
Dignior Argiro sit mihi Callimacho.*

Appendicis loco p. 62. legimus Excerptum ex *Petri Cælemanni Opere Profodico*, quo probatum ivit, *Poëtas Græcos & Latinos* magno olim in honore pretioque apud Veteres fuisse. Sed hac occasione ex *Melch. Adami Vitæ Germ. Philos. p. 370.* notamus, *Posselium* Exemplum libri hujus, complectentis textus Evangelicos, Græco carmine à se redditas, *Maximiliano II. Imperatori* coram obtulisse, atque clementissimè ab Eo fuisse exceptum, inquitente, *Lecturum se per otium, & sicubi usque foret, nullâ re commodis ejus de futurum.* Dum ergo *Imperatori* labor hic non displicuit, quidni gratus esset *Juventuti Scholasticæ?*

Extra Athenæum.

E*phraim Pratorius*, ad *Æd. S. Jacobi Ecclesiastes*, luci publicæ commisit *Concionem*, quam Anno nuper elapso *Dominicâ IV. p. Epiph.* ex Magnif. Senatûs voluntate habuerat, pro *Inauguratione Sacelli*, noviter instructi in *Spend. Hause* / h. e. in ædificio publico, pro recipiendis ibidem mendicantibus & pauperculis destinato. Titulus *Concionis* est: *Das dem Spend. Hause in Dantzig wiederfabrene Zeil* / super Textum *Ord. Evang. sc. Matth. VIII. 23.-27.* Sistitur quoque ad frontem *Concionis*, æri incisa effigies dicti *Ædificii publici*, *Dantisci 1703. pl. 6½. 4.*

Idem *Pratorius* secunda Editione publicavit *dignum in Cœna Domini Convivam.* Titulus *German.* ita se habet: *Der würdige Tisch.*

Tisch: Gast bey der Gnaden-Tafel Jesu Christi im Zeit. Abendmahl/ wie er soll beschaffen und vor bereitet seyn. pl. 3. 8.

Godlieb Schelguigius, Gedanensis, cujus in *Nov. Lit. T. VI.* p. 247. meminimus, d. 27. Aprilis Magister Philosophiæ in Acad. Wittebergensi renunciatus, d. XI. Julii ibidem disputavit sub Præsidio Christiani Roëhrensee, Phil. Pract. PP. & Alumnorum Ephori, de *Causa belli justifica*, 4. pl. 2 $\frac{1}{2}$.

Et D. XXII. Augusti ipse præsidendo *primam disputationem* habuit de *Professione fidei*, ex moralibus pl. 2. 4.

REGIOMONTI.

Godofredus Wegnerus D. Prof. Publ. Ordin. & Ecclesiast, Aul; *Exercitationem Academicam*, de *Infito DEO*, horis subcivivis scriptam, & jamdudum prelo destinatam, haud ita pridem publicavit, Typis *Joh. Zacharia Stollii*, Typogr. Ged. exscriptam, plag. 5 $\frac{1}{2}$. 4.

Probavit autem in hisce meditationibus, quas Theologorum æquè & Philosophorum censuræ exposuit, Deum *verè & propriè esse infinitum*, testimoniis S. Scripturæ benè munitus. Ante verò quàm hoc probat, prius diversos significatùs, quos terminus *Infiti*, tum apud *Philosophos* gentiles pariter atque christianos, tum apud *Theologos* induit, fusè expendit, atque rejectis sententiis illorum, qui DEUM verè infinitum esse negant, probat Dei *Infitatem* ex *Pf. CXLV. 3. Job. XI. 7. 9. 1. Reg. VIII. 27. Jes. XLIV. 6. Jes. XL. 12. 18. Jer. XXIII. 23. 24.* Dictis hiscè è S. Scripturâ allatis, ac prolixè satis illustratis, alias adhuc *rationes* è Philosophia petitas superaddit, quas deinde excipiunt testimonia tum Doctorum Vet. Ecclesiæ, tum antiquorum Philosophorum, & responsiones ad objectiones adversariorum. Ad alterum deinde dissertationis *argumentum* accessum facturus, & probaturus, *DEUM propriè esse infinitum*, statim termini naturam diligenter examinat, atque *infitatem*, licet pro *attributo negativo* aut *positivo* habeatur, Deo propriè tribuendam esse, argumentis philosophico-theologicis evincit, atque tandem hoc monito dissertationem præsentem obsignat: *Qui aliter sentiunt, suis rationibus persuasi, abundent suo sensu per me, ac statuunt, quicquid velint, modò Deo non derogent, quod ipsi verbum sacro sanctum tribuit.* Cæterum de eodem argumento, præter dissertationem *Georgii Irid. Schröeri*,

Prof. Witteb. de *Infito* habitam & à Wegnero p. 14. citatam, conſcripfit *Diatribam Academicam de Inſinitate Dei* M. Joh. Barthol. Rüdigerus, Log. & Metaph. Prof. in Acad. Gießenâ, quæ A. 1700. prodit, pl. 5. in cujus Sect. 2. fuſè docet: *Inſinitatem DEO verè attribui*. Cui ſuperaddi meretur D. Jo. Nicol. Hardeſchmidii, Prof. Argentor. Diſſert. Metaphyſica, de *Inſinito*, A. 1699. ventilata.

Die IX. Octobr. Decadem XXII. theſium controverſarum, ex loco de *Decalogo* & prima ejus *Tabula ſelectarum*, Præſide Bernardo von Sanden, Th. D. & Prof. Ord. publicè ventilandam propoſuit Joh. Friderich, Regiomontanus, pl. 4 $\frac{1}{2}$. Succesſit non adeò diu memoratus Præſes, poſt obitum ſui Patris, in Miniſterio eccleſiaſtico D. Frider. Deuſchbio, ad Eccleſiam Aulicam vocato, à Sereniſſ. Rege conſtitutus Paſtor Eccleſiæ Löbniceniſis, & Conſiſtorii Sambienſis Aſſeſſor; in Profeſſione autem Theologica D. Godofredo Wegnero, qui ſecundum locum obtinuit, ſuccedendo laudato D. Deuſchbio, qui primarius & Paſtor, & Profeſſor, & Aſſeſſor factus eſt.

Die X. Oct. M. Reinholdus Stürmerus, Reg. Pruſſ. Diſputationem Politicam habuit de Quæſt. *Utrum pecunia ſit verus Belli?* Reſp. David Wilcke, Memel. Pruſſ.

D. XI. ejusd. Dn. Chriſtianus Waltherus, (poſteaquam ex *Genef. I.* 26. primam de *Pluralitate Perſonarum*, d. XXX. Aug. pro *Receptione in Facultatem*; ſecundam de eâdem, pro *Loco Profeſſionis in Theologia extraordinariæ* obtinendo, d. XIII. Sept. habuerat, etiam) Tertiam de *Pluralitate Perſonarum in Divinitate*, eodem *Reſpondente Filio ſuo*, Johanne Dieterico Walther, Theol. Studioſo, pro *Loco Profeſſionis in Theologia ordinariæ* obtinendo, publicè propoſuit, & contra Arium alioſque ex Orthodoxis Patribus eandem pluralitatem continuavit, pl. 3 $\frac{1}{2}$. Succesſit enim Juniori D. von Sanden in Profeſſione, & quartum locum ordinarium obtinuit, dictus D. Waltherus, Paſtor Sackheimeniſis, & Conſiſt. Aſſeſſor Extraord.

D. XIII. ejusd. M. Dav. Vogel, Reg. Pruſſ. pro *Receptione in Facultatem Philoſophicam Decadem Erotematum Philoſophicorum* ad diſputandum propoſuit, Reſp. Erneſto Friderico Keſſelring, Reg. Pruſſo.

D. XXV. Ejusd. M. Paulus Rabe, Reg. Pruſſ. hætenus per annos XVIII. Gr. Lingu. PP. Ord. in hac Acad. nuper verò *Logic. & Metaph. Prof. Ordinarius à S. R. Majeſtate conſtitutus*, pro *Loco hoc ordinario Diſputationem habuit, de Sede Categoriarum propria.* D. XXXI,

D. XXXI. Ejusd. M. Job. Sigismundus Babachius, Reg. Pruss. pro Receptione in Facult. Philosoph. ad ventilandum sistit; *Papam de alieno munificentissimum*, Resp. Job. Böß / Theol. & Phil. Studiofo.

RIGÆ.

M. Jacobus Wilde, Utr. Eloqu. & Hist. PP. publico Programme solennitatem *Michaelis Festo* peragendam intimavit. Titulus ipsius scripti, in quo *Placita Græcorum ac Latinorum de Genio* discussit, his verbis conceptus legitur:

Fasta fastis Reip. Christianæ infestis hostis Bygii Triumphatori Mich. Archangelo, illi belli pacisq; arbitro ac tutelari christiani orbis, urbisq; patriæ Genio ingenua devotione ac geniali, sed pia celebritate, libanda singulis, qui singulæri unius Numinis tutamine plurima hostium tentamina ac conamina innumeraq; belligrassantis discrimina tuti evasere, præsertim Gymnasii nostri Civibus, iisq; omnibus, qui pro hujus seculi civium ingenio, Genio indulgentes suo, defraudare cælestem satagunt, indicit &c. (Lit. Nöllerianis 1. pl. 4.)

Petrus Knoll, Hofatus, Lycei Regii Sub-Rector, in usum Juniorum Formulas Latinitatis ex Colloquiis Corderi excerptas peculiari Libello divulgavit, hoc modo inscriptas:

Formule ex Colloquiis Corderi usitiores, ad faciliorem eorum expositionem apprime utiles, adeoque ad comparanda Linguae Latine Fundamenta plurimum inservientes, congestæ & excusæ ad usum Lycei Regii Rigensis. (Impensis Job. Wiedemayeri, Bibliopolæ Lubecensis; Leoburgi, Literis Christ. Albert Pfeifferi. An. MDCCIV. 7 plag. 8.)

Idem A. 1697. Sub Præsidio Mich. Dau, Eloqu. & Poës. Prof. ap. Dorpatenses, de *Immortalitate Animæ*, quatenus illa ex ratione demonstrari potest, disseruit.

REVALIÆ.

D. 28 Oct. Æ. v. Exanime Jacobi Gnospelii, Pastoris Waivvazensis, corpus terræ fuit demandatum, concione funebri in hunc finem habitâ a M. Justo Blanckenbagenio, sup. Psalm XVII. v. ult. Natalis ejus, qui *Mittenwaldiæ* obiit, in mensis Majum Anno 1646. incidit. Patrem habuit Georgium, Cantorem quondam Ecclesiæ & Gymnasii Berolinensis. Probè jactis in modò dicto Gymnasio fundamentis A. 1665. *Academiæ Viadrinæ* salutavit. Vocatus exinde primum Con Rector Scholæ Prizvalckenensis A. 1667. postea Rector Havelbergensis A. 1675. Quod verò munus ingruente bello Suecico reliquit, primo *Holmiæ*, deinde A. 1677. *Revaliam* pentens, ibidem A. 1678. Gymnasii Professor Poëseos fuit constitutus. Vitæ verò solitariæ pertæsus A. 1680. in matrimonium duxit *Dorotheam*, Nicolai von Wicler, Senatoris Revalens. filiam, ex qua 5. filios, totidemque filias susceperit, duos verò saltem filios, duasque filias reliquit. A. 1682. Diaconus Ecclesiæ Germanicæ, quæ *Narve* est,

est, fuit electus. Cumque Matheſeos studio admodum fuerit delectatus, ejusque haud contemnendâ imbutus notiâ factos Revalenses per aliquot annos confecit. Tandem A. 1691. *Pastoratus Waiwarentſi*, prope Narvam, quem poſteâ Ruſſia. 1700. cum Narvam obſiderent, penitus everterunt, præfectus, ex eo tempore in exilio vivere fuit coactus, à quo A. 1703. d. 15. Octobr. *quinquageſimum octavum* ætatis annum agens, morte demum eſt liberatus.

PERNAVIAE.

Ex Officina *Georgii Matth. Nöleri* in lucem publicam emiſſa eſt *Pernavia Literata, breviter concinnata.* (plag. 4. 4.)

Non malè de re literaria merentur illi, qui *Viros Claros*, quos quævis regio alit, publicis ſcriptis commemorant, atque ad exterorum pervenire jubent notiſſiam. Quos inter ſuum quoque proficitur nomen *Gabriel Siöbergius*, nunc Profeſſor Hiſtoriarum apud *Pernaviennes*, qui *Viros doctri-næ & munerum amplitudine inclytos, Pernaviæ* viventes, peculiari ſcripto complexus eſt. Præcipuos eorum, ordine Alphabetico uſuri, brevi tabula nunc ſiſtimus, ita tamen, ut ſcripta ipſorum, quæ vel in *Holmia Literata* extant, vel in *Nov. noſtr. Literariis* hinc & inde adducta ſunt, non attingamus.

Habet ergo Pernavia
Joh. Chriſtoph. Auerbachium, Longoſaljiſſ. Thuringum, J. U. Candidatum.
Samuelem Auſſen, Juris Civ. Profeſſ. Ord.
Petr. Dan. Behmerum, Nobil. Succ.

M. Nicolaum Bergium, ſæpius hæcenus commemoratum, Acad. Pernaviens. Pro-Cancellarium, & Superint. General. Livoniæ, cujus ſcripta in *Holmia Literata* p. 53. & in *Noſtris Novis Liter.* paſſim leguntur.

Laurentium Braunium, Med. Doct. in Batavia creatum, & nunc PP.

Zachariam Brennerum, Paſtorem Zærenſem, qui græcè Dorpati peroravit,

Joh. Frideric. Buchmannum, Paſtor. Subſtit. Rujenſem.

Suenonem Cameen, Nobilem Cameen Hielenſem, qui primum Profeſſ. Hiſtoriarum Dorpati & Pernaviæ fuit, nunc verò Judicem Provincialeſ *Oeſiliæ* agit.

Ericum Dahlbergium, Comitem & Lib. Baronem, Acad. Pernaviens. Cancellarium, Heroem toga & ſago illuſtrem, à quo *Tabulas Geographicas* orbis literatus accepit, plura ingenii monumenta adhuc expectans; Sed ejus funus d. 15. Junii 1703. perſecutus eſt *Oratione Panegyrica Gabriel Siöbergius*.

Michaëlem Dau, Mariæb. Poruſſ. qui Rectoratum Scholæ *Dorpatenſis* cum Profeſſorio munere permutavit, & variis Orationibus ac Diſſertationibus inclaruit, è quibus notari merentur, quas de *Mediis introducendi Philoſophiam Ecclèſticam, de Trinitate Platonis & Platoniorum, de Revolutione animarum Ethnico-Rabbinicâ, de Occultatione Scientiarum apud veteres* propoſuit, maximam in partem allegatas *Nov. Lit. Mariæ Balth. T. 1. p. 56.* Idem, cum *Dorpati* eſſet, *Jac. Thomæſii Schediaſma Hiſtoricum* A. 1694. ſuis impenſis recudi fecit, & A. 1699. Idiomate vernaculo edidit *den nârrſchen und elenden Atheiſten*. Laudat ulterius,

Guſtavum Duncam, primum Notarium Circuli Pernav. jam Commiſſarium Milit. qui *Orat.* habuit Pernaviæ in Inauguratione Acad. Pernav. Dorpatô translatae.

Danielem Eberhardum, Megapolit. Paſtor. primum Dorpatenſ. ac demum Prof. LL. Orient. Dorpat. & Pernav. Acad. nunc SS. Theol. & OO. LL. Prof. in Gymnaſio Rig.

Ho Rig. & Scholæ Cathedr. Insp. Habuit hic *Concionem* in *Acad. Pernaviensis* Inauguratione, propediem lucem publicam visuram. Vid. *Novor. Liter. T. II.* p. 269. Porro

Ericum Fablenium, Velmannum. A. 1701. constit. Prof. Orient. & Gr. Ling. cujus Scripta adduci merentur. A. 1696. pec. Disp. *duo priora Capita ex Commentario* R. Isaaci Abarbanelis in Prophet. Jonam in linguam latinam translata exhibuit. A. 1699. *Histor. Alcorani & fraudum Muhammedis* in *Dissert. pro Gradu* proposuit. A. 1701. *Orat. Inauguralis* Argumentum esse voluit *Triplicem Judæorum in Libros sacros commentandi rationem, eorundemque Scriptorum usum & utilitatem in Scholis Christian.* A. 1703. *De Propitiatorio* Diss. ventilavit.

L. Job. Folcherum, Calvariens. primum Theoret. Philos. Lector. in Gymnasio patrio A. 1698. constitutum, sed A. 1701. Pernaviæ SS. Theol. Professore confirmatum; Edidit non tantum Dissertationem *Upsalæ* A. 1689. de *Spiritu animali*, Præside D. Drossandro, sed etiam A. 1693. *Moderat. Profess. Lagerlöff*, de *Q. Fabio Q. F. Q. N. Maximo Cunctatore* disputavit pro *Gradu Magisterii*. Quam excepit in *Acad. Gießenâ* *Dissert. pro Licentia de Δογματικῆ & Fidei Hominiis verè Christiani*, Præf. D. Jo. Henr. Majo, PP. Orationes, diverso tempore habitas, datâ occasione conjunctim exhibebit.

Nicolaum Fundel, Holmens. Acad. Dorpat. & Pernav. Bibliothec. & Secretarium.

Petrum Hahl, qui studiis primum operam navavit, atque conscripsit *Disputationem* publicè ventilandam, quemadmodum etiam in *Inaugurat. Acad. Orat.* recitavit, sed bello exorto militiæ se tradidit, & nunc *Capitanus* est Cohortis de la Gardianæ.

Joh. Nic. Hartungium, SS. Theol. Licent. Rottmerslebiam Magdeburg. de quo Autor noster sequentia habet: *Post absoluta studia Acad. excubiarum Præfectus factus; militavit sub Rege Gloriosiss. Mem. Carolo Gustavo in Polonia & Dania. Dein Pastor & Præpositus Raugensis, ultimo Pastor & Præpositus Wolmariensis constitutus, præter Dissert. inaugural. quam de Theol. usu & praxi pro impetranda Licentia capeffendi summum in Theol. Gradum Præside B. D. Aug. Varenio, Rostoch. A. 1672. d. 4. Julii habuit, præsidium gessit plurimarum Disputationum Synodalium, & quidem ultimæ Disput. habitæ Pernaviæ eodem anno, quo violentia Russorum in invasione impetitus, se suosque defensurus, occubuit non procul Wolmariâ. Sepultus est eodem anno Pernaviæ.*

Gabriel Herlin, Reval. qui sub modò nominati *Fahlenii* Præsidio de *Propitiatorio* Respond. egit, atque A. 1702. de victoria, quam *Carolus XII. de Saxonibus* reportavit, *Orationem* recitavit.

Gabriel Hinnel, Phil. Mag. qui sub Moder. Autoris *Siöbergii*, de *Pace*, ac pro *Gradu*, de *Peregrinatione* Præf. Camenio disputavit.

Gustav. Adolphum Humble, Phil. Mag. & Past. *Esksilstenens.* in *Sudermannia*, qui A. 1693. Præf. *Hermelino*, de *Origine Livonorum*, & A. 1694. pro *Gradu* Præf. *Siöbergio* de *Peregrinis* *Dissert.* proposuit. atque stipendio Regio maectatus Acad. Germanicas invisit.

Ericum Joh. Klinthenium. *Justitiarium*, vulgo *Ober-Auditeur* Copiarum sub ductu Illustr. *Schlippenbachii*, delectatur Poësi Suecica & Germanica, nec non in *Processu Juris Civil.* & *Militaris delineando occupatur.*

M. Sam,

- M. Sam. Krook**, Matth. Prof. qui in Acad. *Upsal.* A. 1686. de *Luna & A.* 1688. de *Inæqualitate Dierum Civilium* disseruit, atque ab A. 1691. in *Calendariis Suecicis* edendis occupatus fuit.
- D. Jac. Langium**, Acad. Pernav. Pro-Cancel. nunc Episcopum Revaliensem, cujus mentio facta est in *Nov. Lit. T. IV. p. 300.*
- Ericum Liliewalckium**, Smol. Nobilem, qui *Gryphuswaldiæ* olim studiis incubuisse dicitur, nunc verò *Tormentariarum & Pyrotechnicarum rerum Capitaneus* est, à studiis tamen non ita abhorret, quin horis subcivivis & publicis peractis negotiis, eis se denuò consecrare soleat. Præter ea, quæ de
- Olas Mobergio**, in *Nov. Lit. T. I. p. 55. & 111. T. II. p. 359. T. IV. p. 308.* commemoravimus, cum Autore nostro notamus, cum *Upsaliæ* A. 1681. de *Luce, & de Contemplatione*, A. 1682. pro Gradu Magisterii Disputationes Academicas edidisse. Cum ex peregrinatione domum rediisset, Rectoratus officio apud *Holmienses* in Collegio *Claremontano* præfectus fuit, sed A. 1688. in Acad. *Livon. SS. Theol.* Prof. electus, examini, ut vocatur, rigoroso se submisit, atque absque Præside de *Libertate Scripturas legendi inque populares linguas transferendi* disputavit. A. 1690. primum Acad. *Dorpatensis* Rector constitutus, varia non tantum Programmata scripsit, sed etiam Dissert. de *Majestate Regia, quæ nonnisi à Deo dependet*, (A. 1691. plag. 4 $\frac{1}{2}$.) & duas *Dissertationes de Historia Sacra ab Exordio mundi ad Diluvium & iterum a diluvio usq; ad Tempora Abrahami* confecit. A. 1692. d. 3. Sept. *Διάσκεψιν Theologicam de Natura Cordis Humani*, ex Jer. Cap. XVII. 9. exhibuit R. *Joh. Oldekopio*, Wol. *Livon.* plag. 3. quæ ab Autore nostro est prætermissa. A. 1693. Spicilegia ex opima messe *Theolog.* examinanda proposuit. A. 1699. *Mense Decemb.* Gradum in Theologia supremum *Pernaviæ* reportavit. Hisce addendi sunt
- M. Henricus Meurch**, Pastor *Torgelensis*, qui *Pernaviæ* A. 1699. Præside *Siöbergio* de *Furibus Principis circa Sacra* disseruit, mox *Laurea* Magisteriali cinctus. A. 1703. concionem funebrem *idiomate vernaculo* habuit, ad *Job. XVII. 1.* quæ nunc sub prelo sudare dicitur.
- D. Laurentius Molin**, qui A. 1651. d. 25. Nov. natus est, primum *Pastor Legionis præsidiariæ Regiæ*, post *Profess. Theol. Dorpat. & Pernav.* & nunc *Sereniss. Regiæ Viduæ* à *Concionibus sacris primariis*, in Acad. *Upsal.* de *Clavibus*, & pro Gradu Magisterii de *Origine Lucorum*, Præf. Prof. *Bilbergio*, Dissert. exhibuit. In Acad. *Giesseñâ* Præside *D. Joh. Henr. Majo*, PP. ad *Act. XIII. 21.* de *Vera Heroum Pietate*, Dissert. *Inaugural.* pro *Gradu Licentiaturæ* ventilavit (plag. 5 $\frac{1}{2}$.) Domum dignitate *Academica* exornatus redux, in Acad. *Dorpat.* Prof. *Theol.* & *Pastor Nyggensis* fuit constitutus. A. 1699. supra laudato *Mobergio* Doctoris *Titulum & Privilegia* detulit, sed ipse *Molin* A. 1703. d. 30. April. (prout in *Nov. Lit. Germ. T. 1. p. 270.* legitur) absens ad voluntatem *Regiæ Viduæ* *Brabeutâ* *D. Majo* Doctoris *Insignia* accepit.
- Joh. Gabriel Müller**, *Inspector vestigalis* percipiendi ex mercibus importandis & exportandis *Pernav.* *Linguarum Succ. Gallic. German. & Latin.* peritus est, & humanitate rarâ omnibus commendatus. M. Henr.

M. Henr. Niederhof, Reval. Notarius Consistorii Ecclesiast. & Ecclesiastes Templi Pernav. Germ. A. 1692. de *Idea veri Nobilii* Dorpati Præsidi *Gabr Siöbergio* disputavit, & A. 1693. de eadem *Materia* pro Gradu Magist. verba fecit, atq; cum in Acad Jenensi studiis Theologicis operam locaret *Dorp.* ab *Ol. Hermelino*, Eloq. & Poëf. Prof. Magisterii Insulâ ornatus.

Magn. Wilb. Nieroth, Liber Baro, Chiliarcha est, & notitia Linguarum Lat. Gall. Germ. & Suec. inclaret.

Andreas Palmroot, A. 1701. in Acad. Pernav. ad Polit. & Moral. Prof. vocatus fuit, quod munus oratione solenni de *Viro Civili* est auspicatus. Edidit hic A. 1691. Upsaliæ centum quinquaginta & quatuor selectas à *Lacapeno Libanii Sophistæ* Epistolas hæctenus *avêndoras* ex Codice MS Sto Rolambiano, à *Laurentio Normanno*, Græcar. Lit. Prof. communicato, atque in Latinam Linguam transtulit. Num verò illæ Epistolæ fuerint, quas doctissima *Christina* asseravit, & quarum meminit. *Joh. Guil. Bergerus*, hodie Poëf. Prof. in Acad. V Vitt. Diss. Vita. de *Libanio Witt.* 1698. habita, §. XI. ita scribens. *Nec dubium est, quin in eadem (Vindobonensi) atque in aliis regiiis & illustribus, instructus finis que librorum thesauris præter orationes, plures abstrudantur epistolæ, ex iis, tanquam quodam ex naufragio tabulas, servatæ, quarum plurimas se composuisse ipse Libanius indicium posteritati fecit. Trecentas enim, id quod tradunt quidam, manu exaratas, Christina, Suecorum Regina, in bonis numeravit, inquirere & expedire nostrum non est.*

Daniel Sarcovius, Aboënsis, Log. & Metaph. Prof. in Acad. Pernav. Orationem habuit A. 1679. sermone ligato de *Beneficiis & Miraculis divinis*, sub titulo *Thaumaturgi*, in quo omnes voces incipiebant à Litera T. Eodem anno *Epitaphium* fecit in obitum *Martini Miltopæi*, primum *Eloquent.* postea *Theol. Prof. Aboënsis* singulis dictionibus à *Lit. M.* inchoantibus. A. 1681. Narvæ Orationem in Natalem *Caroli XII.* recitavit, ubi unum quodque caput biblicum versibus mnemonics ferè ad calcem complexus est. A. 1688. in Acad. Aboënsi sub Præsidio Juris Prof. *Matthiæ Swederi* de *Jurejurando* disputavit. A. 1683. Revaliæ Rector Scholæ Acropolitane constitutus, eidem per septennium præfuit, ibi variis carminibus scribendis vacavit, ac inter alia versus in laudem Amici sui, *Conradi Akenstierna*, fudit, in quibus singula verba à *Lit. C.* incipiebant. Postquam A. 1695. in Acad. Dorpat Prof. Log. ut jam dictum, factus est, non tantum varias *Orationes metricas* habuit, sed etiam *Dissertationes* proposuit, utpote de *Æternitate, Philosophiæ Theoreticæ in Theologia usu, & Mente Humana in statu separato*. Vid. *Nov. Liter. T. I. p. 56. T. II. p. 269. & 359.*

Joh. Georgius Schillingius, Pegaviâ Misnicus, Adjunctus est Pastor Pernav. Eccl. Germ. **Gabriel Siöbergius** nunc sistendus est, qui opusculum hoc, uti dictum, concinnavit, atque A. 1688. primum *Profess. Log. Metaph. & Phys.* in Acad. Dorpatensis, A. 1693. *Prof. Phil. Moral. Civil. & Juris Gent. & A. 1702. Profess. Historiarum* in Acad. Pernav. est electus. Ejus quidem in *Nov. Lit. T. I. p. 56. & p. 136. sq.* mentio facta est, non tamen ingratum fore judicamus, si reliqua ipsius scripta typis impressa, prætermisiss *Orationibus* nondum typis exscriptis, eo, quo ipse

- ipse Autor usus est ordine hic exhibeamus. A. 1683. in *Acad. Upsal. Præfide Prof. Eloqu. Narcopense de Roma ruente, s. Vitiis Romanorum circa Religionem, Politiam & privatam Societatem*, Dissert. habuit, & A. 1685. in ead. *Acad. pro Gradu Magisterii Præf. Prof. Spole de Sole ejusque Naturâ*. A. 1687. *Hamburgi Tractatum de Jesu Agonizante s. de Passione interna Jes. Chr. prelo commisit* (plag. 4 $\frac{1}{2}$.) A. 1690. *Disput. de Libero Philosopho* habuit *Dorpati* pl. 6. A. 1692. *Exercit. Acad. XIII.* quas A. 1691. cum *Juvenibus* quibusdam ventilaverat, edi curavit, (plag. 8. 4to.) ut & *Metaphysicam contractam* (plag. 7.) *Disput. de Contiguitate Corporum*, 8. de *Vero Nobili* (pl. 4. 4to.) de *Erroribus Sensuum* (4to.) & *Theses Miscellaneas*. A. 1693. in publicum emisit *Dissert. de Ideis* 4to. de *Elogiis s. Argutis Inscriptionibus*, Resp. *Jac. Concio*, *Regiom. Præf. so*, pl. 3. 4to. de *Natura* 8vo. de *Vitore prudente*, pl. 3. de *Bono Cive*, pl. 3. A. 1694. de *Virtute Heroica*, pl. 4 $\frac{1}{2}$. 4to. de *Peregrinis*, pl. 4. 4to. de *Mundo*, pl. 2. 4to. de *Orbe Imperiorum*, pl. 3. 4to. de *Bono Belli Duce*, 4to. de *Amicitia*, pl. 4. 4to. A. 1696. de *Majestate*, pl. 6. 4to. de *Anima s. mente humana*, pl. 4. 8vo. de *Bello ejusque causis*, pl. 7. 4to. A. 1697. de *Libertate Civili*, pl. 6. 4to. de *Pace. de Obligatione Civium erga Principem* pl. 3. 4to. de *Cura animi*, pl. 5. de *Cultu Dei Naturali* pl. 3. 4to. de *Prærogativa Honoris*. In *Acad. Pernaviensi* habuit A. 1699. de *Jure Principis circa Sacra*, *Dissert.* 4. pl. 4. Eodem Anno X. *viris clarissimis Magisterii honores contulit*, in qua *Pangcyri Defensionem Philosophiæ* in se suscepit, publica *Oratione* assertam. *Varia* insimul scripsit *Epigrammata Latina, Græca, Suecica & Germanica*, diversis in locis *Upsaliae, Holmiæ, Jenæ, Dorpati & Pernaviæ* typis exscripta, ut & *Programmata*, tum publico, tum suo *Nomine* evulgata. *Disputationes* quoque XV. ex *Jure Naturæ* de promptas in gratiam alumnorum conscripsit, & A. 1698. habuit, illæ tñ. nondum typis fuerunt demandatæ, quemadmodum *Collegium* illud *MSS.* super *Grotium de Jure Belli & Pacis* A. 1695. habitum, in *Studiosorum* adhuc versatur manibus, A. 1694. de *Libero Philos. Disput. XIX.* habuit, quas aliquando publicis typis exscribi curabit. Nunc in *Fastu Pontificio delineando* occupatur, ut & in *Josua Redivivo* in *Carolo XII. Regum maximo* describendo. Quæ duo scripta, atq; reliqua in *seriniis* latentia, ut suo tempore in *lucem publicâ* edat, peramanter rogamus.
- M. Gabriel Skygge**, primum *Hebr. & Græc. Linguæ* nunc *S. Th. Prof.* post editas aliquas *Upsaliae & Jenæ* *Dissertationes* A. 1693. de *Pugna singulari & Consiliario* A. 1694. de *ἄνθρωπος* & 1696. de *Uso Calculatorum* *Discurs. Academ.* exhibuit.
- Stakelbergius**, *Nobilis Chiliarcha*, in *Acad. Upsal.* varia *Eruditionis* specimina edidisse fertur, inter quæ eminet *Orat. Panegyric.* in *Natalem Regis Caroli XII.* habita.
- Franciscus Carolus Steiner**, qui *Raceburgensis* domo est, *Consulatum ap. Pernav.* gerit. **Salomon Hewr. Vestringius**, *Pastor Ecclesiæ Pernav. Ethicæ* *Linguæ* est, & plures habuit *conciones* *funebres*, num verò illæ *impressæ* sint, ignoramus.
- M. Boetius werenbergius** *Upsal. Con-Rector Scholæ Dorpat. Præf. G. Siobergio* de *Mundo* & pro *Gradu Præf. Prof. Sarcovio* de *Philosophiæ Theoreticæ* in *Theologia usu* disputavit. *Gradum vero Magisterii Pernaviæ* paulò post *Academiæ* inaugurationem accepit.

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis FEBRUARII. A. M DCC IV.

GUSTROVII.

Die XXII. Dec. s. Dom. IV. Advent. M. Joh. Ebfrenfried Pfeifferus, vocatus Ecclesiastes Gustroviensis, munus sacrum, in *Æde Parochiali* subeundum, est auspiciatus, cujus vitæ rationes, prout ipse eas concepit, nobisque transmisit, maximam partem hîc sistimus.

Joh. Ebfrenfr. Pfeifferus, Misena Misnicus, Patre natus *Augusto* " Pfeiffero, & matre *Euphrosyna Maria Hertzogia* (quam *Jo. Hertzog*, " Ecclesiastes Dresdensis, è *Barbara Sabina Vollhardia* genuerat) " Anno 1676. d. 14. Januar. Inde ab A.æt. XIII. quo tempore " Parens *Lubecam* concesserat, Gymnasio ibidem interfuit. A. 1695. " ineunte, *Kilonium* accessit, mutato autem patris animo, eodem " vere *Vitebergam* petiit, ibidemque *D. D. Phil. Lud. Hannekenii* Tra- " ctationem, de *Gradibus Sanctitatis*, respondendo defendit. Altero " anno, bruma ingruente, Magistri titulum recepit, atque hinc " porro secundo, anno 97. menle Oct. de *Dignitate occidentalis Pla-* " *ga apud Ebraos*, Resp. *Christoph. Woeniger*, disputavit. Hinc " factus ad parentem redux, eodem tertio post mense orbatu " fuit. Postea auspiciis Dni. *Sebast. Gerickenii*, Jcti & Senato- " ris, Dni. *Jo. Nolto*, Medici primarii, & Dni. *Jo. Petri Stei-* " *nii*, Pastoris *Ægid.* admotus est *Schabbeliano* beneficio. " Cum isto *Rostochium* abiit Calendis Decemb. 1698. Singularem " ferè casu post quinquennium, cui stipendii lex cum adstrinxe-

E

rat

" rat, iisdem Calend. accepta ad munus sacrum vocatione, ad
 " suos reversus. Præter privatas operas, in arte oratoria utrius-
 " que generis, partibus Philosophiæ quibusdam, aliisque exercitiis,
 " publica specimina edidit; A. 99. *Orationum funebr. bigam*,
 " Patri & D. D. Kadovio dictam. A. 1700. Disputationem contra
 " Trilleri opusculum: *Untersuchung etlicher Dertter Neues Testaments*
 " *ments* &c. An. 1701. Extortam sibi à cujusdam malevoli impu-
 " dentia apologiam, itemque *Pentada Ihesum Theol.* de Dei præsci-
 " entia, de pœnitentia lapsorum, de phrasi biblica vel sacra quo-
 " ad sermonem familiarem, de probatione Scripturariâ circa Dei
 " existentiam, & de remissione ac retrogrado peccati reatu:
 " cui dehinc accessit carmen Sereniss. Principi, nunc planè
 " suo, recitatum. Sparsim conscripta l. carmina l. programmata
 " possent, si opus foret, peculiariter lucem videre. Eripuit ipsum
 " ingruens vocatio *gemina meditationi*, forte posthac elaboranda,
 " de *Nervo probationis sententiarum biblicarum*, à non *θεοπνευστοῖς προ-*
 " *λατῶν*, & dehinc, *quantum res literaria stipendio Schabbeliano de-*
 " *beat.* A. 1703. proximè præterito, evocatus est à *Senat. Gústrov.* ad
 " Sermonem S. ex hospitii jure faciendum, quem ubi habuit
 " Dom. XVI. p. Trinit. denuò Dom. XXV. p. Trin. Conc. *δοκιμα-*
 " *σιον* habuit. Electus autem divinoque nutu eod. die vocatus
 " Gústroviens. Ecclesiastes, inauguratus est Dom. III. Advent.
 " & dehinc, octiduo elapso, recepit officium, quod Deus sospitet
 " & utrinque, auditorum ipsiusque, animas indivulso nexu con-
 " stringat!

Lubet verò hac occasione *Verbi Div. Ministros*, qui ab auspi-
 catis Luth. Reformat. temporibus in prædicta *Ecclesia Gústroviens.*
Parochiali, quæ citius hic agnita purioris doctrinæ veritate, Pon-
 tificiis olim erroribus renunciavit, primi, quique successerunt ad
 nostra usque tempora, fuerunt, secundum Vocat. annos com-
 memorare, atque hic exhibere.

1. *Gerardus Oemichius* (*Oemise*) Chamâ-Westphal. SS. Th. Doct.
 Mindæ primum, (ubi Artic. Smalcald. subscripsit) tum Lune-
 burgi Superintend. post Sverinensium Concionat. aulicus, hinc
 tandem à Sereniss. Mecleb. Duce *Henrico Pacifico Gústrovium*
 missus

missus A. 1547. ad repurganda sacra, Præpositi Güstroviensis & Superintend. Meclenburg. titulo insignitus. Primus veræ Ecclesiæ Scholæque hoc loco instaurator. Quo ministerio per ann. XV. functus, † A. 1562. d. 25. Mart. sepultus in æde Paroch. ubi adhuc ejus Epitaphium suggestum contra cernitur. (Dum *Gerardo Oemichio* in LL. Symbol. adjunctum videmus *Briccianum Northanum*, qui pariter *Articul. Smalcaldicis* subscripsit, & primum *Susati* in Westphalia, postea verò *Lubeca* docuit, placet de eo, ejusque filio, nunc notare, quæ in *D. Sim. Pauli* Præfat. der *Auslegung derer Lieder Lutheri* leguntur: **Es prediget jetzt in der grossen Stadt Moscau da der Reussische König oder Kayser seinen Hof Sitz hat / das Evangelium öffentlich / Herr Briccius Nordanus, der Jüngere / des Aeltern Herrn Briccii Nordani seeligern / weyland gewesenien Predigers zu Sost in Westphalen / und hernacher zu Lübeck / welcher die Smalcaldischen Articulos mit unterschrieben hat / Sohn.** Fuit autem *Briccius Nordanus*, Senior, Ecclesiastes *Ægydianus*, denatus A. 1557. d. 4. Augusti.)

2. *M. Petrus Bartholdi*, antea Sverinensis Scholæ Rector, vocatus missusque Güstrovium Ann. 1553. Collega Oemichii. † autem 1565. pestis tempore, functus officio Eccles. per annos XII. tanquam Pastor.
3. *M. Henricus Piperites*, Hamelenfis, vocatus A. 1563. adeoque successus in locum B. Oemichii, sed veluti Pastor, qui Ann. 1568. translatus ad ædem Cathedr. (an den *Thum*) tum demum Luther. sacris initiatum, factus est primus Ecclesiastes Cathedr. à restaurat. † 1583.
4. *Petrus Tidemann*, vocatus A. 1565. in locum Bartholdi. † 1596. anno Ministerii sui XXXI.
5. *M. Henr. Schinckius*, Hamburgens. vocatus A. 1568. & B. Piperit. surrogatus. † 1593. anno Minist. XXV.
6. *M. Mauricius Rachelius*, Malchoviens. vocatus 1594. Buzovio, cui Ecclesiæ præfuerat, in locum B. Schinckii. † 1611. ann. Minist. hujus XX.
7. *M. Franciscus Rhodius*, Güstroviens. vocatus 1597. in locum B. Tidemanni. † 1617. d. 2. Nov. anno Minist. XX.

8. *M. Enochus Suantenius*, Malchinent. antea Rector Gymnasii Bors-holmensis in Holfat. & Pastor ibid. Eccles. cujus officii pertaxus, in Academiam abiit Rostochiens. inde Güstrovium vocatus ann. 1612. Rachelioque suffectus. † 1624. d. 2. Sept. ann. Minist. XII.
9. *M. Laurentius Langeclaus* / Güstrov. voc. 1618. in locum B. M. Rhodii. † 1638. d. 14. Aug. tempore pestis. ann. Minist. XX.
10. *M. Petrus Willebrandus*, Rostochiens. voc. 1625. in locum Suantenii, ordinatus Dom. Invocavit. † 1638. d. 3. Jul. temp. pest. offic. ann. XIV.
11. *M. Zacharias Schröderus*, Rostochiens. voc. 1639. & inaugura-tus Fest. Epiph. s. III. Regum, & succesit B. Willebrando. † 1674. d. 13. Decembr. ann. Minist. sui XXXVI.
12. *M. Matthæus Marci*, Colberg. Pomer. voc. 1639. & inaugura-tus Dom. Exaudi, inque locum B. M. Langeclaji surrogatus. † 1647. d. 20. April. ann. Minist. sui VIII.
13. *Jo. Franciscus Clausingius*, Osnabrug. Westphal. ex Con-Rect. Güstrov. ad Pastor. vocatus 1648. à Festo Paschatis in locum B. M. Marci. † 1674. d. 1. April. anno Minist. sui XXV.
14. *M. Jo. Marci*, Matth. F. & Clausingii Privignus vocatus ab Ec-cles. Dassoviensi prope Lubecam, cui per IV. annos præfuerat, Güstrovium, in loc. B. Parentis, A. 1674. d. 30. Dec. introductus, cum novo anno 1675. munus suum auspicatus. † 1688. d. 15. Febr. anno minist. hujus XIV. Binas hic ventilavit *Dissertationes*, quarum altera in *Acad. Rostoch.* prodit sub Præsidio *D. Jo. Frid. Königii*, P. P. A. 1664. de *Principio Salutis Nostræ Primo*, *Catholica nempe Dei erga Homines Lapsos Benevolentia*, ex *Ezech. XXXIII. 11. plag. 7.* altera verò in *Acad. Jenensi* A. 1665. Præs. *D. Jo. Ern. Gerbar-do*, P. P. de *Testamentorum Divinorum, Veteris & Novi, Natura & Differentia*, ex *Jer. XXXI. 31. - 34.* plag. 10. proposita fuit.
15. *M. Lucas Schröderus*, Zach. Fil. Güstroviensis. A. 1675. Dom. III. Adv. electus, anno v. 1676. vocatus, d. 19. Jan. in locum B. Parentis introductus, Dom. Sexages. munus suum auspicatus. Qui anno minist. hujus XXVI. à Stralsundensibus vocatus, Superin-tendentis officio ibi fungi cœpit A. 1701. de hoc conf. *Nov. Li-ter. Mar. B. T. IV. p. 296. sq.*
16. *Henricus Ern. Reimarus*, Bilyvarda-Hamburgens. A. 1688. Dom. I. Advent.

- I. Advent. electus & Dom. III. Adv. in locum B. M. Marci, Soceri, introductus, Dom. IV. Advent. munus sacrum capessivit.
 † 1702. d. 19. Nov. anno minist. XIV.
17. M. Job. Hövet, Stralsundensis, à Rectoratu Rostoch. huc vocatus A. 1701. in locum Dn. Lucæ Schröderi, electus Festo Joh. Bapt. introductus Dom. IX. p. Trinit.
17. M. Jo. Ehrenfr. Pfeiffer, Milnicus, de quo jam actum.

ROSTOCHII.

D. V. Dec. Præside D. Casp. Matth. Müllero, P.P. Disputationem Jurid. Circular. de *Juramento per alterius Salutem*, defendit Jacob Adrian von Heidebreck, Nob. Pomer. (pl. 3½.)

Disputatio hæc duobus absolvitur Capitibus. In I. agitur de *Juramento per salutem alterius*, num illud verum sit juramentum? In II. verò *Ejus Effectum* examinat. Ante verò quam primum membrum expedit, ad quæstionem illam & quidem affirmative §. 2. respondet: *Num Christiano sub quacunque formula liceat jurare?* §. 3. Definitionem juramenti ex Doctorum scriptis sistit, quod sit *religiosa rei alicujus asseveratio, in cujus majorem fidem Deus ipse, ut testis & vindex perfidiæ, invocatur.* §. 4. Rejicit juramentum, per *Deastros* præstitum, &, in quantum illud obliget, §. 5. inquirat. §. 6. Affirmat, juramentum gentili homini posse deferri. §. 7. Per solum verum Deum jurandum esse, asserit, atque insimul probat, per *Evangelium* jurari posse. §. 8. Rejicit illam formulam juramenti, quando per salutem alterius juratur. Dicit enim valdè absurdum esse, salutem tertii suis supponere juramentis, cum exitum res habere non possit. In juramento siquidem devotio quædam & obligatio tacita ad pœnas æternas latet, cum tn. nemo alienam salutem exitio & pœnis æternis devovere queat, atque nullus innocuus sit damnandus. §. 9. Objectionem, à juramento *Josephi*, per vitam Pharaonis factò, desumptam, resolvit, illud non verum & strictè sic dictum juramentum, sed tantum obtestationem aliquam fuisse. §. 10. Factum *Davidis*, II. Sam. XXIV. pestem sibi eligentis, quique populum exitio devovere visus fuit, perpendit, ad concurrere populi peccatum respiciendum esse, monens. §. 11. Sententiam hæctenus (forsan ex aliorum mente) adductam ipsemet

Autor nunc videtur deserere, atque contrariam amplectitur, statuens, ejusmodi juramentum verum esse juramentum, & probationis loco adducit, animum jurantis & ipsum Deum respicientis esse considerandum. Hinc dicto loco ut & §. 12. de juramento per *Creaturas* facto disserit. §. 13. Objectionem supra formatam diluit, asserens, jurantem hoc non velle, ut proximum æternis exponat pœnis, sed hoc tantum innuere, se in fide data tam certò permansturum, quàm omninò cupiat, vitam & salutem alterius esse salvam, hinc propriam magis respicere pœnam, quam proximi sui. Hæc in *Cap. I.* dicta sunt. Nunc in *C. II. Effectum Juramenti hujus in Foro Civili* siliit, atque §. 2. docet, illum effectum juramenti consistere in obligatione ad implendum promissum, aut perjurii pœnam, si contra venerit, subeundam. Quem deinde variis exemplis §§. insequentibus illustrat. §. 9. De pœna, ejusmodi perjuro infligenda, agit. §. 12. Docet, illum, qui per Principis salutem pejeraverit, in læsæ Majestatis Crimen incidere. §. 13. Perjurium pœna arbitraria afficiendum esse, tradit. §. 14. *Coronidis* loco monet, differentiam inter juramentum per salutem alterius, & in animam alterius, illudque majoris esse pretii, quàm hoc, innuit.

Doctrinam de *Juramentis*, jucundam admodum, à variis Doctoribus examinatum fuisse, neminem latere credimus. Placet ergò Scripta quædam commemorare, quæ varias de *Juramentis* Quæstiones pertractarunt. *A. 1669. in Acad. Witteb. M. Simon Frid. Frenzelii*, Colleg. Phil. Adjunctus, Miscella Problemata de *Juramentis* proposuit. *A. 1675. in Acad. Jenensi Præsidi Erhardo Weigelio, P.P. de Juramento Specimen ex Philos. Morali* propositum fuit. *A. 1681. in Gymnasio Ulmensi de Jurejurando Ejusque Variis Ritibus ac Ceremoniis M. Eberh. Rudolph. Roth* Disquisitionem elaboravit. *A. 1682. L. Bernh. Ludovicus Mollenbeckius in Acad. Giess. de Genio Principis, & veteri per hunc Jurandi more, Occasione L. 13. §. fin. ff. de jurejur.* disseruit. *A. 1684. Witteberge de Obligatione juramenti* commentatus est *M. Adam Erdmann Mirus*, hod. Con-Rect. Zittaviens. Eod. anno in *Acad. Lips. de Juramento per Creaturam*, sub Præsidio *M. Heunischii*, disputavit *Jo. Gottlieb Lucius*, vid. *Nov. Lit. Germ. T. I. p. 419. A. 1686.*

A. 1686. in Acad. Witteb. de Juramento per Genium Principis, Exercit. exhibuit M. Jo. Ge. Röserus, in Nov. Lit. Mar. B. T. VI. p. 269. laudatam. A. 1687. Lipsie Quætionem illam: An Juramenta per falsos Deos vera sint Juramenta? discussit M. Matth. Gunoldt. A. 1688. in Acad. Argent. de Juramenti per vim extorti obligatione ad Cic. III. Officior. 31. Dissert. Moral. scripsit D. Jo. Joach. Zentgravius. A. 1689. in Acad. Lips. D. Jo. Schmidius, PP. in Dissert. de Pacti, metu extorti, Obligatione p. 15. sqq. luculenter probat: Pacta, vi metuque extorta, si juramentum quoque accessit, omninò esse obligatoria. A. 1691. in ead. M. Carol. Andr. Redel / de Obligatione juramenti dolosi, Dissert. proposuit. A. 1696. in Acad. Jen. Præf. D. Christ. Wildvoegelio, PP. Dissert. Inaug. de Relatione Juramenti ad Forum Saxonicum potissimum accommodata, von Wiederheimschiebung des Eydess / fuit ventilata. Eod. Anno in Acad. Witteb. de Dispensatione circa Jusjurandum sub Præf. Christ. Röhrensee PP. Dissertatio prodiit. A. 1698. Altdorfi Præf. Dan. Guil. Mollero de Juramentorum Judaicorum, à Christianis tam acceptorum quam exaltorum, Fide & Moralitate, Discurs. Acad. est defensus. A. 1699. in Acad. Lips. M. Gottlieb Gerhardus de Ceremoniis Gentium circa juramentum disputavit. A. 1700. in Altdorfina Præf. Prof. Magno Dan. Omeisio de Juramento, & speciatim quoque Academico, Dissert. est habita. A. 1701. Lips. de Juramentis, quæ falso habentur non obligantia, Exercit. Mor. publicavit M. Andr. Ritter; Et in Acad. Jen. eod. anno à Præf. D. Job. Jac. Müllero, PP. de Moralitate Reservationum Mentalium in Juramentis, fuit disputatum. Reliquos Autores, qui integra Volumina de Juramentis concinnarunt, ut & Dissertationes Juridicas, consultò prætermittimus.

D. VII. Dec. D. Jo. Nic. Quistorpius, PP. & h. t. Rector, ad Exequias D. Casparis Ellerhusen, Causarum Patroni, publ. Programme te Cives Acad. invitavit. (1. pl. 4to.) Natus autem est defunctus Rostochii 1659. d. 3. Maji, Patre Christiano, Senatùs Rost. Chirurgo, Matre Maria Freytagia. Erudiendus traditus fuit Rostoch. M. Ge. Nihenkio, Schol. t. t. Rect. nunc Past. ad D. Mar. & M. Jo. Ern. Helwigio, Con-Rect. post Præpos. Neo-Caldens. Dehinc 1673. Wismarie M. Ge. Dickio. Stralsundi B. Bunsovio, Rect. & M. Petr. Fehren. Rostochii dein in Philosophicis M. Paul. Henningium; Jena 1676. in Juridicis

ridicis *D. Hugelium* & *D. Harprechtum*: *A.* 1677. domum revocatus privatiss. *D. Jac. Lembkenium*; *Francosurti Strykium*; *A.* 1679. iterum in Patria *Jo. Sibrandum*, *Henr. Rud. Redekerum* & *Radovium* audivit, & sub *Sibrandii* præsidio *Dissert. publ.* exhibuit. *A.* 1682. exteras quoque Academias visitavit. Redux inde factus *A.* 1684. summos in utroque jure honores petiit, *Disß. Inaug.* hunc in finem habita sub laudati *Sibrandii* moderamine, de *Protocollis Collegiorum* &c. *Praxin* additurus, *Anclami* apud *Henr. Hassertum*, *J. U. L. Cauf. Patr. celeberr. commoratus est.* *A.* 1685. unò die *Rostochii*, ut *D. Matth. Wesenbecius*, *Antverpiensis A.* 1558. *d.* 21. *Febr.* (*v. M. Adr. Beieri Nomenclat. Prof. Jenens. pag.* 546.) *D. Volmarus Schererus A.* 1582. (*v. P. Freheri Theatr. Vir. Clar. f.* 992. *a.*) & *Leopoldus Hackelmannus*, *J. U. D. A.* 1591. *d.* 23. *Sept.* (*ibid. f.* 1026. *b.*) olim in *Salanna*, solennitates & Doctoratus & nuptiarum cum *Anna*, *Remberti Sandhagii*, ad *D. Nic. Past. & Direct. Rev. Min. Filia* celebravit. *Conjugium prole vacuum & morborum plenum egit, adeò ut horum impetu tandem planè pleneque fuerit consumtus, & d.* 28. *Nov.* 1703. indormienti similis ac sapius ingemiscens: *Domine Jesu, suscipe animam &c.* *A.* æt. XLIV. cum mens. VII. placidè ad cœli gaudia transmigraverit.

D. VIII. Dec. In *Dissertat. Circulari Problema Morale: An detur Principium Juris Naturalis verum, primum, unicum, adequatum & evidens, nec ne?* proposuit *Joach. Henr. Sibrandti U. J. D. & Moral. PP. Resp. Gabriele Mauersbergero, Colb.* (3½. pl.)

Completitur hæc *Dissertatio III. Capita.* *Imum* varias examinat quæstiones controversas *v. g.* an *Jus Gentium* sit idem cum *Jure Naturali*, an verò ab eodem differat? An *Jus divinum morale* sit idem cum *Jure Naturali*? An *Jus Divinum Levit. XVIII. & XX.* prohibitiones nuptiarum exprimens, idem sit cum *Jure Nat.* an verò ab eodem differat? Quibus pertractatis *Jus Naturæ* definit, quod sit *commune universi humani generis vinculum & jus, quod omnes in universum homines, nemine planè excepto, absque ulla aliqua expressa seu promulgata divinitus lege, ad parendum adstringit, atque obligat, quodque cuique homini etate matura, mentisque sua compositi, ac integra ratione gaudenti perceptu faciliè est.* *Udum* *Caput* exponit,

nit, quodnam dicatur principium Juris Natural, verum, primum, unicum, adæquatum & evidens. *Verum* dicitur, quod non continet propositionem aliquam falsam. *Primum*, ex quo omnia Juris Nat. præcepta ultimò per legitimæ consequentiæ leges inferuntur, atque in illud denique iterum resolvuntur. *Unicum*, nam hoc consequens est veritatis, cum unius rei non nisi unica detur veritas. *Adæquatum*, quod omnia J. N. præcepta sub se continet. *Evidens*, tam quod voluntati divinæ convenit, quàm cum quo connexio conclusionum adedò evidens, ut ferè palpari possit. Deinde variæ adducuntur Doctorum de hoc principio *opiniones*, quæ in *Cap. III.* prolixè refutantur.

Eodem die inter horam XI. & XII. antemerid. magnum urbis Rostoch. ornamentum, *Nicolaitana* puta *Turris*, quâ non celsior neque elegantior in Oris Balthici Maris visa est, sævisimis turbinibus & inauditis procellarum ventis in cœmeterium versus boream dejecta est, ita ut quidem tecti & murorum templi particulam ad boreale latus læserit, facellumque ad illud latus & ædiculam muro templi contiguam quassaverit, imò & Ecclesiastæ Nicolaitani, *M. Jac. Burgmanni, Grec. Ling. PP.* non procul à cœmeterio versus orientem habitantis & in museo concionem, postero die Dominico, qui *II. Advent.* erat, habendam, meditantis ædes, præsertim museum, culmine tacta decussaverit, tamen nec illum, sub mensa se abscondentem, nec domesticos ejus, nec vicinos, (præter puerum septem annorum, mercenarii in ædiculam iam dicta filium) enecaverit, id quod divinæ gratiæ meritò acceptum referimus, præprimis cum parentes ac sogores pueruli istius interemti, mensæ pariter cum illo assidentes, incolumes permanserint. *Turris* illa, ceu memoriæ proditum est, primò fabricata est *A. 1312.* & quamvis illa aliquoties fulminibus læsa, semper tamen redintegrata fuit, stetitque usque ad annum 1618. quo cum ad lapsum ob vetustatem prona esset, necessitate summa coacti Provisores Templi illius, quos inter *Paulus Lünfingius*, culmen ejus destruxerunt, simul novum, altius & elegantius extruxerunt, ita ut *A. 1620.* perfectum fuerit. Murorum altitudo 86. pars verò illa, quæ decussa & cupro puro tecta fuit, 146. cubita superavit. Annus turris absolutæ hocce *Chronodisticho* fuit notatus,

M. C. sex, bis & X. sub Festum Bartholomæi;

Turris adaptatur, qua Rostochium decoratur.

Turris Petrina venti pariter sensit violentiam, quemadmodum testis templorum ferè omnium, quæ *Rostochii* sunt, aliqua ex parte sunt demolita, imò pauca conspiciuntur ædificia, in quibus calamitatis hujus vestigia non deprehenduntur. Deus ergò civitatis hujus, ut & reliquarum, quæ idem malum isto die persenserunt, misereatur gratiose; atque in universum omnes sub misericordiæ suæ alis fortiter protegat!

D. X. Ejusdem publico Programmate Jo. Nicol. Quistorpius, D. P. P. & b. t. Rector, funus *Jo. Christoph. Kiliani*, Senatoris urbis, intinavit. (pl. 1.) Fuit hic *Reddingstedii* in *Thuringia* An. 1647. d. 23. Aug. natus, & placidè *Rostochii*, anno et. *LVI. & IV. Mensum* defunctus, de quo videri potest *Rostochium Literat. p. 320. sqq.*

D. XV. Ejusd. Prælide M. Jo. Joach. Weidnero, V. D. M. de Constantino Magno, Signo Crucis Christi in nubibus viso, ad Christianismum inaugurato, differuit *Balth. Joach. Subr*, Rhena-Megapol. (pl. 5.)

Præfamen exponit sententiam *G. Arnoldi*, miraculorum necessitatem adhuc hodiè valdè urgentis, atque ad præsens institutum applicat, sc. miraculum illud inchoantis Ecclesiæ, cum *Constantinus M.* crucem Christi in nubibus vidisset, atque Christianorum accessisset partibus, in dubium non esse vocandum, hinc adversus jam dictum *Arnoldum* atque *Autorem Observ. Halens. T. I. Observ. XXIV.* disputat. Postquam autem §. I. causam, cur hæc Dissertatio elaborata sit, indicavit, statim §. II. probat, ipsi *Eusebio* in relatione hujus miraculi fidem non esse detrahendam, & §. III. monet, deliberationem de religione Gentilibus non esse impossibilem; quod §. IV. ad *Constantinum* applicat, hinc §. V. *καὶ ἀνδρωπῶν* disputat, §. VI. notans insimul, in historia speciali specialiora magis, quàm in generali esse quærenda, quod exemplo *Procopii* §. VII. illustrat. §. VIII. probat, Gentilibus quoque formam crucis innotuisse, ut & §. IX. ante *Constantinum* crucis ritum invaluisse, negat tamen, inde sequi, quod ipsa crux cœlitus ei non fuerit monstrata. §. X. quærit: *An Juramentum Imperatoris & circumstantiæ apud Autores variantes miraculi veritatem impugnent?* item §. XI.

An visio crucis Eusebio potuerit juramento confirmari? Ad priorem quaestionem negativè, ad posteriorem verò affirmativè respondet, hinc §. XIII, XIV. XV. Testimonia Gesselit, Obrechtii & Fechtii adducit, atque §. XVI. ulterius confirmat, §. XVII. quædam de tempore visæ crucis superaddens & objectiones dissentientium diluens, §. XX. sententia Schurzfleischii adducta.

D. XIX. *Ejusd. sub moderamine D. Jo. Petri Grünenbergii, PP. Consist. & Superint. Diœces. Meclenb. Dissert. Exeget. Theologicam in ΒΙΒΛΙΟΝ ΓΕΝΕΣΕΩΣ Jesu Christi, à S. Mattheo scriptam, defendit Joach. Henr. Eggebrecht / Rostoch. Megapol. (pl. 3 ½.)*

Agnoscit verò dissertatio præsens Autorem D. Jo. Henr. Lentzium, Ecclesiarum Fehrbellinensium Antistitem, (de quo actum est in *Nov. Lit. M. B. T. IV. p. 293.*) qui eandem sub laudati Grünenbergii præsidio pro primo in Theologia Gradu demerendo publicè defendere secum constituerat, verum ob rerum temporisque angustiam prohibitus, eam Theologo jam nominato obtulit, & ubi videretur, typis exscribendam concessit. Eam ergò defendendam in se suscepit Respondens politissimus, quædam tamen à Summe Rev. Præsidente adjecta fuisse, sequentia in Epistola ejus ad Lentzium scripta confirmant: *Nihil hic meum est, nisi quod aliqua ad scopum quendam meum, (id quod Quæstiones, aliis literis expresse, docebunt) accommodaverim, & brevissimam quæstiunculam extremam adjecerim.* Pertinet autem *Discursus* ipse ad *Matthæi Eugenealogiam*, atque sequentia complectitur *ζητήματα*: I. *Cur Matthæus inchoet cum vocibus: ΒΙΒΛΙΟΝ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ?* II. *Cur David præmissus primum hic sit Abrahamo?* III. *Quare per similia verba, ὁ ἔδ' Ἀδάμ non ascendatur ad Adamum usque?* IV. *Quomodo vox Ἐγγίνης sumenda? Quare in hac Βιβλῳ γενέσεως Jesu Christi, mentio fiat ἌδελΦῶν Ἰσραὴλ?* Singulis succinctæ adduntur responsiones.

D. XX. *Ejusd. Sæpius jam nominatus Acad. Rector. D. Quistorpius, peculiari Programmate exequias Elisabethæ Krügeriæ, D. Mich. Cobabi, Theol. PP. & Acad. Senioris (A. 1686. pie denati) relicta viduæ, indixit. De qua memoratu dignum est, quod illa A. 1618. quo modò dicta *Turris Nicolait.* restarata fuit, lucis usura frui cœ-*

perit, & quarto à dejectione hujus turris die, nempe d. XII. Dec. cum annum æt. LXXXVI. attigisset, finem vitæ fecerit. (pl. 1.)

D. XXV. Ejusd. Idem Acad. Reët. Programma edidit, quo inter *Amarâ* ad *Dulciâ Gaudia*, in solemni Jesu Christi Salvat. N. Natali, devota & grata mente agitanda, Cives Acad. invitantur. (pl. 1. $\frac{1}{2}$. 4.)

In ipso autem Programmate, lectu perquam digno, de *Amaris* conqueritur Autor, quæ *Rostochium* post tristissimum illud incendium, (quod A. 1677. d. XI. Aug. non procul ab *Æde Nicolaitana* exarsit, & magnam urbis partem absumpsit) denuò sustinuit, dum præterito VIII. Dec. die *Turrim Nicol.* cujus paulò antè mentio facta est, tempestas ingens cum sævissimo turbine concussit & præcipitavit, prætereaque *Turrim Petrinam* tantisper laceravit, ut lapsui prior videretur, quod accolâs permovit, ut omnes tunc domus suas desererent. Deinde *Dulciâ* enarrat, quæ festivitas illa solennis exigit, hinc ad *Luc. II. 10. 11.* pluribus commentatur, de *Abysinis* referens, quod cujusque mensis XXV. diem in Christi nati memoriam sacrum solennemque habeant ac celebrent.

SEDINI.

D. X. Octobr. Præsidi D. Jo. Ge. Rösero, PP. & Gymnas. Rectore, Dissertationem, de *Consensu Gentium in Moralibus*, exhibuit Albert. Henr. Sledanus, Strals. (pl. 4.)

Indicat verò statim §. 1. Autor, argumentum hoc, an & quousque *consensus Gentium in æstimandis ritè actionibus humanis* valeat, à moralis doctrinæ Scriptoribus aut prorsus prætermissum, aut parcius traditum fuisse, hinc peculiari exercitatione illud exponendum esse judicavit. §. 2. per *consensum Gentium* intelligit, quando plures gentes ipsis factis eandem rem probant, ceu sibi congruam, vel omissione aut contraria actione rejiciunt ac detestantur, velut sibi adversam. §. 3. probat, qua ratione Gentibus consensus tribui queat, & quod societates s. cœtus humani *persona composita*, quæ sua jura & affectiones proprias habent, suasque actiones exercent, non sècus ac singuli homines ac personæ physicæ, dici mereantur. §. 4 & 5. requisita consensus expendit, atque exemplis illustrat, ut 1) cir-

ca

ca rem notam fiat, & 2) liber sit. Consensum tamen illum §. 6. non tam *expressum* quam *tacitum* esse, ac modò *citius*, modo *rarius* à Gentibus factum fuisse, asserit. §.7. docet, si non consensus universalis expectandus sit, majorem tamen illius vim esse agnoscendam. §.8. *objectum* sistit, seu *res*, circa quas *Consensus* versatur. §.9. monet, dari consensum gentium, si non omnium, saltem moratorum, in pluribus non tantum *ceremoniis civilibus*, ritibus, solennitatibus, aliisque specialibus, sed etiam in *moralibus*. §.10. disquirat, num ejusmodi consensus *regula adæquata & infallibilis* sit, multosque magni facere hunc, atque Juris naturalis esse, quod apud moratiores gentes tale esse creditur, refert. §.11. concludit, inde non posse *normam justi injustique certam & infallibilem haberi*, 1) eo quod omnes gentes nondum sint cognitæ, neque earum leges ac statuta, atque §. 12. 2) difficulter admodum determinari queat, quænam gentes sint barbaræ, quænam sint moratæ, hinc varia assert de Voce *Barbarus*, ut & Judæis, Ægyptiis, Græcis, Romanis, Germanis, Gallis, Europæis, Sinensibus, pro *Barbaris* habitis. §.13. De Scythis mitius judicandum esse suadet. §.14. probat 3) ex inductione universalium Juris Nat. præceptorum, quibus integrarum gentium mores & consuetudines contradicunt. Dantur enim exempla gentium, quæ approbarunt cædem ac expositionem infantum, item §. 15. vagos, promiscuos & incestuosos concubitus, & §. 16. de autochiria constat, eam pluribus probatam fuisse, nec non de obscæno cultu divino, & de veneremascula. §. 17. causas ejusmodi perversi consensus investigat, quarum *prima præjudicia* diversa, quibus mortales inescati sunt, tradit. §. 18. *Secundam* innuit, quæ est corrupta hominis per lapsum primævum natura, & *tertiam* ac *quartam* annexit, fraudem puta Diaboli, & consuetudinem, ac exempla aliorum. Inde §.19. deducit, istum consensum non esse justæ rectique normam aut probandi principium, sed tantum *modum probandi secundarium*. §.20. negat inde sequi, quod non detur norma recta ac firma actionum humanarum, §. 21. quærit, an Jus Gentium ex hoc consensu natum sit? Et cum Becmanno è *Conspect. Polit. Cap. II.* docet, *Consensum gentium non efficere jus G. sed indicare*, eidemque per illum non nihil addi aut in eo determinari posse. §. 22. De usu & abusu ex-

emplorum ultimò differit. Prostat dissertatio *M. Bernhardi Wagneri*, (hodiè SS. Theol. Doct. & Prof. Argentor.) de *Consensu Gentium*, ejusque usu in cognoscendo *Jure Naturali*, ad Hug. Grotii *Lib. 1. c. 1. n. 12.* in *Acad. Witteb.* 1680. ventilata, huic pariter argumento inserviens.

STRALESUNDÆ.

D. IV. Febr. M. Jac. Wolfius, Gymnasii Rector, *Actum Oratorium* instituit ejusque rei ergò Programma scripsit. (plag. 2. 4to.)

In quo *Questionem Isagogicam* à Ludo Schacchico ex *Sam. Bocharto*, de quo varia infimul Eruditorum elogia adducit, pertractavit, scilicet: *Utrum Pavo sit propter caudam, an cauda propter Pavonem?* καὶ τῆγε μὲν παρὰ κήλον: *Nunquid homo sit propter Eloquentiam, an eloquentia propter hominem?* Ac de utraque sic concludit; quod cauda sit propter pavonem: Et eloquentia propter hominem. Posteriorisque Problematis veritate, veràque æstimatione permotus, decem Eloquentiæ Amasios ad Panegyrim Scholasticam coegit excitavitque, ut ex rostris Dominantis Europæ, & quidem sub Insula & Syrmate quorundam Europæ Principum, & qui cognati sanguinis sunt, perorarent.

GRYPHISWALDIÆ.

D. XXII. Julii Christ. Saalbach / Poët. & Orat. PP. tabulâ publ. indixit orationem *Thomæ Gadebuschii*, Gryphis. in memoriam *Alberti Wackenirii* Toparchæ in Clevenou, Equitis, Jcti, citerioris Pomer. Consiliarii Provinc. & Canonici Caminensis, habendam. (1. pl. in form. pat.)

D. IX. Octobr. sub D. Jo. Frid. Mayeri, P.P. Præsidio, *Synodologie Pomeranicae Dissertationum IV.* (Tertia enim nobis nondum est exhibitâ, dabimus tamen eam, quamprimum illius copiam nacti fuerimus) *Acta Synodi VI. Gryphiswaldensis* complectentem, defendit *M. Joach. Andr. Pommer-Eschen* / Vice-Plebanus Gützkoviens. (pl. 1.)

Sexta hæc Synodus habita fuit *A. 1554. d. XI. Julii*, eique occasionem dedit litigium quoddam de *Descensu Christi ad infernum*, quod serere instituit *Jac. Tiele*, Coadjutor Pastoris in Ecclesia Treptoviensi. Hinc *D. Jo. Knipstrovius* cum Pastoribus de Articulis

culis variis non solum egit, sed etiam controversiam illam dirimendam esse judicavit. In *Art. IV.* de privata absolutione decretum fuit. *Art. VII.* de *Controversia Osiandri* hæc notata leguntur: Von Osiandri Sachen ist abermahl berührt / daß sie auf Predigstühlen nicht werde geregt noch disputirt, auch nichts ohne gemeine Bewilligung in den Druck gegeben. *Art. VIII.* de *Descensu Christi ad inferos* ex professo egerunt, atque inter alia hæc verba literis mandarunt: Die allgemeine Christliche Kirche auch orthodoxi Patres, sonderlich aber unser Pater, D. Lutherus, und der auserwählte Fürst / Gürgen von Anhalt / diesen Artikel verstanden / und gelehret / und das ist tröstlich allen betrübtten Gewissen. Dabey wollen wir durch Gottes Gnade bleiben / und die / so andere Opiniones zu lehren sich unterstehen / nicht bey uns im Predig-Amte dulden. *Art. IV.* voluerunt, ut pars illa Catechismi de *Absolutione privata* prælegeretur publicè & illustraretur. Ipse verò *Jac. Tiele*, qui Ecclesiam turbaverat, agnito errore, in hac Synodo revocasse, & publicè coram fratribus absolutionem accepisse, dicitur.

D. XII. Ejusd. D. Jo. Frid. Mayerus, P. P. Epistolam ad M. Immanuellem Proleum, Fac. Phil. in Acad. Lips. Assessorem, exaravit, de Diplomate, ab Illustri Leibnitio adducto, Henrici VII. ex venenata Eucharistia obitum negante. (pl. I. 4.)

Dubitat autem Autor celeberrimus in hac epistola de veritate illius testimonii innocentiae, quod *Petro de Castro Reginaldi*, *Johannes Bohemiae Rex*, *Henrici* filius, præbuit, quodque *Codici suo Juris Gentium Diplomatico* illustris *Leibnitius* inferuit; Ejus rei ergo hanc adducit rationem, quia 1) non adeò exploratum sit, num ex authentico exemplo, an verò ex undecunque conscripto incertæ autoritatis Codice excerptum fuerit; 2) in ipso Instrumento omnia fermè dubia esse asserit, atque tandem sic concludit: *Stylus Diplomatis insolentior, & planè Monachalis est. Subscriptio aut subscriptio instrumento deest, argumenta jejuna valdè sunt, omniaque, quæ ad suspicionem recentioris originis suppositæque autoritatis, facere possunt, abundè suppetunt.*

D. XVI. Ejusd. Exercitationem Hist. Theol. de Hostiis Calice venenatis, von vergiffteren Oblaten und Kelchen in Abendmahl / Auspicis D.

Jo. Frid. Mayeri, P.P. proposuit *M. Immanuel Proceus*, Pomeran. Fac. Phil. Lips. Assessor. (pl. 4.)

Hanc methodum sibi §. 1. præscripsit Autor Schediaſmatis hujus, ex variis dissertationibus, quas in *Acad. Lips.* huc usque habuit, notissimus, ut ex historiarum monumentis documenta venenatarum hostiarum atque calicis exhibeat, postea rationes & causas explicet, cur Symbola tam sanctè habita, ad perniciem communicantium fuerint usurpata, & tandem subnectat quæstionum nonnullarum Syllogen. §. 2. Sicit *Henricum VII. Imperat.* qui ex hostia venenata perit. §. 3. Autores adducit, eadem hanc pernegantes. Obiter hîc notamus, *Martinum Dieffenbachium*, Ecclesiast. Francof. integram ac luculentam *Dissertationem*, (cujus summam *Acta Erudit. ad Ann. 1686. p. 311. sqq.* tradunt) de *Verò Mortis Genere*, ex quo *Henricus VII. Imp. obiit, A. 1685.* conscripsisse, atque hoc argumentum, variis inspersis observationibus, eleganter admodùm illustrasse. *Natal. Alexandrum* in *Hist. Eccles. Cap. Sec. XIV. pag. 272. sqq.* hanc maculam ab ordine Dominici, cujus ipse pars est, variis testimoniis remove conari, monet D. Jo. Andr. Schmidius in *Dissert. de Oblatis Eucharisticis, p. 39.* vano autem successu id fieri, prudentiores judicabunt. §. 4. de *Christophoro I. Daniæ Rege*, ex hostia venenata mortuo, agit. §. 5. *Theodorici Italici Regis Uxorem*, calice venenato necatam, sicit. §. 6. *Victoris II. Papæ*, calice venenato tentati, meminit. §. 7. *Victorem III. Pontificem* calice venenato occubuisse, memorat. §. 8. Ob hanc rationem, quia Sacræ Synaxeos usus Pontificibus à veneno minus tutus erat, factum fuisse, docetur, ut hostia & calix inter Pontificem communicantem, & Diaconum atque Sub-Diaconum dividatur. §. 9. & 10. *Wilhelmum*, Eboracensem Archi-Episcopum, & *Raynerium* Episcopum Magolensem, utrumque veneno inter missarum solennia necatum, adducit. §. 11. De sceleribus, quibus ordo sacer inquinatus est, agit, hinc §. 12. in causam cædis *Henrici Imp.* inquit, atque §. 13. & 14. rationes adducit, cur religiosi homines in tam tetra scelera consentiant, & tot circumferantur exempla summorum virorum, à religiosis, venenatis hostiis, aut calice, interemptorum. §. 15. I. *Quæstionem* pertractat: *An Hostia aut Calice venenato utens, verum accipiat Sacramentum?* Et ad illam negativè respondet. II. *Quæst.* *An venenatam hostiam aut calicem accipiens,*

icipiens, fructum Spiritualem sentiat? Resp. Affirm. Quæst. III. An ex hostiis de venenatis hostiis & calice, dogma de Transsubstantiatione refutari possit? Affirmat eandem, atque Pontificiis hoc argumentum, fufius deinde probatum, opponit: Si hostia aut calix venenatus effet transsubstantiatus, indicandum foret Subjectum, cui venenum inhaereret. Sed in hostiis & calice venenatus nullum potest ostendi Subjectum: Itaque concludendum est, hostias & calicem non esse transsubstantiatum. Et denique Quæst. IV. An Minister, hostias & calicem veneno inficiens, pœnâ civili possit affici? Existimat verò, ejusmodi hominem, non equidem ut corruptiorem Sacramenti, sed tanquam maleficum & interfectorem, civili-ter esse puniendum.

In Bibliotheca Mayeriana, quæ singulos in admirationem rapit, magna cum cura asservantur *Acta Colloquii Thorunensis*, ut & ea, quæ, cum *Formula Concordiæ* scriberetur, collecta fuere; *Dionysii Gothofredi Corpus Juris*, variis observationibus, propriâ Autoris manu scriptis, refertum; *Epistola* diversorum Autorum ad *Martinum Lutherum* exarata; *Nummi* elegantissimi, *Historiam Reformationis* illustrantes; Ac *Donum* illud *Nuptiale*, quod *Acad. Witteb. Luthero*, cum nuptias *Wittebergæ* celebraret, olim obtulit. Ut reliqua, quæ in eadem obvia sunt, non commemoremus,

REGIOMONTI.

D. XXV. Oct. M. Michael Schreiber, Eloqu. & Hist. P. P. *Dorotheæ Helwichiæ*, *Christoph. Meyeri*, *Scabini Palæopolitani*, Conjugis, Programma scripsit, cujus titulus: *Der verwüsthete Weinstock* (1. pl.)

D. I. Nov. In funere puellæ *Regina Barschia*, post edita varia pietatis, fidei & constantiæ, gravissimo in morbo, specimina, placidè defunctæ, aliud Programma, cujus hoc rubrum: *Die kleine Märterinn* (pl. 3.)

D. VIII. Nov. *M. Paulus Rabe*, Log. & Philos. Primæ PP. Ord. de *Definitione Categoriarum* disputavit, Resp. *Ernesto Frid. Kesselring*. Reg. Pr.

D. XX. Ejusd. Idem Præses disputavit de *Genuino Categoriarum Numero*, Resp. *Jo. Ludov. Boye*, Reg. Pr.

D. XXIV. Ejusd. In Fun. *Melchioris Lübeck*, Consulis *Cneiphofiani* A. æt. LXXVI. denati, laudatus modò *M. Michael Schreiber*, programma publico nominae latinum concinnavit, de hoc B. Viri emortuali anno, qui olim *Abramo*, ob exitum è patria, à Deo imperatum, memorabilis fuit, (pl. 2.)

D. XXVII, Ejusd. Sub Præs. Petri Schwemmer 7. U. L. & PP. Resp. Joh. Henr. Pattone Disp. Jur. habuit de Retractu Gentilitio. (5. pl.)

Initio affectum communem exponit, quo homines profecti solent res avitas, cui affectui etiam contractus Gentilitius natalis debet §. 1. ostenditque quot modis vox retractus in jure accipiatur. §. 2. Et qua ratione à jure protimiseos differat. §. 3. Ulterius vocem Gentilitii exponit. §. 4. Dividitque Retractum in legalem, testamentarium & conventionalem. §. 5. Legalem iterum in communem jure communi competentem, & singularem, jure communi retractum competere asserit (1) Creditori, in re oppignorata vendita. (2) Domino in re emphyteuticaria. (3) Socio in re communi. (4) Fisco intuitu metallarii. (5) Habitatibus metropolium, & horum exemplo incolis, in rebus civitatum pagorumque, extraneo venditis. §. 6. Retractum singularem ex singulari consuetudine competentem duplicem facit: vicinitatis, qui vocatur Jus congrui. §. 7. Et consanguinitatis, qui describitur. §. 8. Quique Jure Civili reprobatur; Jure Feudali tamen & consuetudinario approbatur. §. 9. Et competit consanguineis per *Fridericum II. Const. de Jure Prot.* nomine parentum denotatis. §. 10. Non tamen ipsi venditori. §. 11. Nisi hic consanguineo vendidisset, & consanguineus emptor eandem rem iterum extraneo venditurus sit. §. 12. Inter consanguineos vero ante omnes alios, ad retrahendum res avitas alienatas, admittuntur (1) liberi venditoris. §. 13. 14. 15. 16. legitimi & per subsequens matrimonium legitimated. §. 17. Cujuscunque sexus. §. 18. Etiam nascituri. §. 19. Clerici. §. 20. Exhereditati. §. 21. Non tamen spirituales nec adoptivi: nec spurii, (nisi quoad bona materna) nec incestuosi. §. 22. Ascendentes in certo duntaxat casu ad R. G. admittuntur: Collaterales verò juxta ordinem succedendi ab intestato. §. 23. Proximior venditoris consanguineus, licet remotior sit à primo acquirente, excludit remotiorem venditoris consanguineum, licet hic sit stipiti proximior. §. 24. Modo consanguineus retracturus sit ex lineâ primi acquirentis, licet non ab utroque parente latere sit consanguineus. §. 25. plures in eodem gradu, omnes ad retrahendum admittuntur. §. 26. Licet res avita non extra familiam sed in remotiorem consanguineum sit translata. §. 27. Quibusdam proximis Jus retrahendi repudiantibus, illud aliis æq; proximis accrescit. §. 28. Proximio-

ximioribus verò omnibus, retrahere nolentibus, sequentes admittuntur. §. 29. 30. Etiam ultra decimum gradum computationis civilis, nisi statutis aliud determinatum sit. §. 31. Disquiritur, utrum emptor & venditor, in præjudicium consanguinei retracturi, resilire possint à contractu, Resp. neg. Si contractus traditione sit consummatus, si non: affirm. §. 32. Proximus consanguineus in extranei utilitatem retrahere nequit, multò minus Jus retrahendi extraneo cedere potest. §. 33. Consanguineus tamen à retractu excluditur. (1) Si eidem vel expresse vel tacite renunciaverit (2) Si per delictum eodem se reddiderit indignum (3) in Sax. post judicialem rei venditæ resignationem. §. 34. Res retractui obnoxia sunt avitæ §. 35. Pluribus autem rebus avitis uno pretio venditis, omnes sunt retrahendæ §. 36. Si vero cum rebus avitis alia quoq; bona non avita sint vendita, consanguineus, avita bona retracturus, alia simul retrahere non tenetur. §. 37. Bona mobilia licet sint avita, retractui non sunt obnoxia §. 38. Jus R. consanguineo competit adversus quemcunque prædii aviti possessorem cujuscunque sit conditionis. §. 39. Etiam si emptor rei avitæ eandem majori pretio alienaverit, nihilominus consanguineus idem pretium, quod primus emptor dedit, offerens, rem avitam à secundo emptore potest retrahere §. 40. Jus retractus locum habet (1) in venditione purè (non conditionali, nisi traditio intercesserit) aut sub modo facta. Etiam si inter emptorem & venditorem ita conveniatur, (α) ut dominium rei avitæ venditæ non antea transeat in emptorem, quam pretium, in certos annos promissum, integrum solutum fuerit, (β) ut res inempta sit, si consanguineus retrahere conatus fuerit §. 41. Non tamen retractui est obnoxius fundus sub hasta ob debita fiscalia: vel ad usus pios V. G. ut ibi Templum extruatur, venditus §. 42. (2) in donatione insolutum §. 43. (3) In divisione, qua res dividenda ad luctationem deducitur §. 44. (4) in cessione bonorum, si inter hæc bona quoque avita deprehendantur §. 45. (5) in dotis datione, si uxor marito suo prædium avitum, venditionis gratia æstimatum, in dotem daret §. 46. Non tamen in permutatione §. 47. Nec in transactione: nec in oppignoratione: nec in alienatione, quæ fit in testamento, legato aut donatione: nec in locatione §. 48. Prædio avito per proximum consanguineum retracto, emptor non habet regressum adversus

venditorem ad evictionem præstandam §. 49. Consanguineus retracturus, idem pretium intra legitimum tempus offerre tenetur. §. 50. etiam augmentum pretii ab emptore, re ad huc integra bonaque fide, non in fraudem consanguinei, additum §. 51. iisdemq; terminis pretium solvere debet, quibus extraneus emptor erat soluturus §. 52. In parata & non devoluta pecunia §. 53. Una cum pretio impensas quoque modicas, non tamen magnas §. 54. Aliosque sumptus, qui ab emptore sunt facti ex consuetudine v g. laudemium, sumptus vini §. 55. Consanguineus in tempore non retrahens, postea non admittitur. §. 56. Quod de Jure Can. & Sax. est annus & dies §. 57. Actio proximo consanguineo ad retrahendas res avitas competens, est dicenda condictio ex moribus. §. 58. qua actione utrum & fructus ab emptore percepti possint peti, in §. 59. disquiritur.

D. II. Decembr. M. Michael Schreiberus duas adhuc Disput. publici juris fecit: Prima est Rhetorica, Resp. Daniele Funck, Insterburg. Bor. de Quantitate Orationis, & prudentia circa eandem observanda.

Hic initiò, præmissis rationibus, quæ pro brevibus & prolixis orationibus afferri possunt, dictum in genere est, tam excessum, quam defectum esse vitandum: utriusque ratio, in quo consistat, ostensa, additum tandem, ex oratoris, rei & auditorum, aliisque circumstantiis prudenter dijudicandum esse, num protractius, vel brevius dicendum sit.

Secunda fuit Historica, constans ex Lemmatibus XII. Historie Antediluvianæ non scriptæ. I. Lemma est de Mose, quod fons sit hujus Historiæ. II. Quod multi, velut Rabbini & Talmudici, Muhamedani, Hæretici, & inter Christianos aliqui eò non rectè utantur; III. Rectus ejusdem usus ostenditur, multa in eodem esse, quæ ἀποδείξαι non extant, aperitur cum methodo, quomodo talia eruenda. IV. De cognitione Adami rerum naturalium. V. Quamdiu Protoplasti in statu felicitatis fuerint. VI. De pœnitentia Adami. VII. Quod Protoplastis multa à Deo oretenus sint revelata, ex sacrificiis, ab Abele & Caino oblatis, evincitur. VIII. Num sacrificia φύσει fuerint introducta, an quo alio instinctu, contra Spencerum disquiritur. IX. De Ministro Sacrificiorum. X. De Societatibus hominum antediluvianorum. XI. In specie de matrimoniali. XII. De literatura istius ævi.

D. IV. ejusd. Sub Præs. *Petri Schwemmer* / U. J. L. & PP. *Bernh. Frid. Sahm* / Resp. & Aut. Diss. Jurid. de *Marrimonio Senum* habuit (pl. 4 $\frac{1}{2}$.)

In qua Dissert. præmissa Senis etymologia §. 1. & homonymia §. 2. expenditur, qua ætate quis dicatur senex §. 3. evolviturque matrimonii etymologia §. 4. homonymia §. 5. synonymia §. 6. matrimonia senum licita esse, probatur ex Jure Naturæ §. 7. divino §. 8. Civili §. 9. Canonico & moribus §. 10. sententia improbantium matrimonium illud refertur. §. 11. - 13. Contrarium tamen probatur ex triplici fine matrimonii, sobolis procreatione §. 14. libidinis extinctione §. 15. mutuo adjutorio §. 16. Matrimonium senis cum juvencula & juvenis cum vetula consideratur §. 17. respond. ad argumenta §. 18. - 20. Qu. 1. an Pastor possit reculare proclamationem senis? Qu. 2. an in benedictione sacerdotali illa verba: Crescite & multiplicamini: sint addenda? Qu. 3. an liberi ex matrimonio senum nati sint legitimi? proponuntur in §. 21. Qu. an virgo à parentibus cogi possit ad nubendum seni? neg. §. 22. ubi quoque expenditur, an senes in suis nuptiis saltare possint? ultimo proponitur Qu. an vetula sibi jure arrogare possit imperium in maritum juvenem? §. 23. Conclusio est in §. 24.

D. VIII. ejusd. *M. Christiannus Mafecovius*, Regior. Alumn. & Comm. Convict. Inspect. secund. de *Curiositate* disputavit, Resp. *Christoph Groszmann*, Gedan. Pruss.

D. XI. ejusd. Sub modò dicti *Petri Schwemmeri*, 7. U. D. & P. P. præsidio *Joh. Schröter* Resp. & Auct. Disp. Jurid. de *Jure domuum* habuit, quatuor capitibus absolutam (pl. 3 $\frac{1}{2}$.)

In qua Disp. Auctor in Cap. I. generalia de significatione domus & juris præmittit. In C. II. omnem terè Juris dispositionem collegit, qua ratione dominium, servitus aut aliud jus in Re, circa *Domus* acquiri possunt. In C. III. exponit contractus, qui occasione *Domus* iniri possunt. In C. IV. actus ad ordinem judicium pertinentes appenduntur, quatenus in ædibus quoque privatis seu *Domo* expediri possunt.

D. XVIII. ejusd. *M. Jo. Ern. Segers*, Reg. Pruss. hæc. Alumn. & Commun. Convict. Insp. 2. Pro *Loco Ordinario Professionis Græcæ*

Lingua Disput. prior. Philologicam ad 1. *Timoth. III.* 14. 15. habuit, Resp. *Christiano Flottwel*, Reg. Pruff.

D. *XXV. ejusd.* Programma Sacrum, quo VERBUM CARO FACTUM EST, ex Joh. I. 14. ad piam meditationem ipso Festo solenni Natalitio, propositum est à Pro-Rect. & Senatu Academiae Regiomont. Autore *D. Gottfr. Wegnero*, Theol. Prof. Ord. (pl. 1 $\frac{1}{2}$.)

RIGÆ.

Prodiit super. anno *Liber Arithmetices*, idioma germanico conceptus, (1. Alph. 2. pl. in 8vo.) Cujus titulus sic sese habet:

Rigisches Rechen-Buch / worinnen / nach der neuesten und besten Art / die wahren Fundamenta der edlen Rechen-Kunst / auf hiesigen und der benachbarten Handlungs-Gebrauch / so kürzlich als deutlich angewiesen und getehret werden / daß es auch einer fast selber durch fleissiges Lesen und Nachsinnen erlernen kan. Gott zu Ehren / und auf Oberkeitlicher Verordnung / der allgemeinen Bürgerlichen Jugend alhier / insonderheit aber seinen lieben Discipulen zum Besten / mit grossen Fleiß zusammen getragen / und mit der Russischen Art zu rechnen vermehret / von **Johann Wolken** / Schreib- und Rechen-Meister der Schulen zu S. Peter. Da Der FLEISS so Kern als Safft / Fand an selner Wissenschaft. Cum Gratia & Priv. S. R. M. Sueciæ. Bey und in Verlegung Georg Matthias Nöller. HAFNIÆ.

D. VII. Julii. Preside *Christiano Henrico Bartholi Fil. Respondente Nicolao Lyngbye* Sev. F. Phil. Bacc. in Collegio Walkendorphiano ventilata fuit *Dissertatio historica, de Ritu sacrificandi homines apud Ethnicos*, 2. plag. 4. Constat sectionibus III. Quarum I. *Ανθρωποθυσίας ortum*, II. *Progressum*, III. *Dur ationem* exhibet.

D. XII. Julii. Horis antemerid. 4. Regiæ Communitatis Decanus *Jacobum Jacobaum*, 5. *Philippum Julium Bornemannum*, 4. *Johann Sidelmannum*, 3. *Johannem Fridericum Wandalinum* Joh. Fil. 2. menarum, constituturus M. *Severinus Lintrupius* def. Prof. Havn. Cathedr. Scholæ Bergens. Rector, & p. t. Communitatis Reg. Præpositus, de *Incremento rei Academicae, & variis intra decursum Seculi 17. per Europam hinc inde conditis Academicis* in Auditorio inferiori disseruit.

Ejusdem diei horis pomerid. 170. Studiosos humanitatis, post exantlata styli atque artium examina in Auditorio superiori consuetis ritibus renunciavit *Olaus Wormius*, Eloq. Prof. & Fac. Phil. Decanus.

D. XIX.

D. XIX. In Collegio Walckendorphiano Præsidi Arnoldo Crufo Henr. F. Respondente Andrea Wöldick, Ph. Bacc. *Dissertatio II. de dignitate & usu Purpure apud veteres fuit ventilata.* (1 $\frac{1}{2}$. pl. in 4.)

D. XXV. In Auditorio Collegii Regii, Præsidi Johanne Daniele Ramo Melch. Fil. Reg. Communit. Alumno, Resp. Jano Brunio Fridericoburgensi, pro Beneficio Regia Mensæ disputationis ordinariæ loco ventilata fuit *Problematum Criticorum Trias* $\frac{1}{2}$. plag. 4. sc. I. de *Scriptione Christi in terra Joh. 8. v. 6. nec typica, nec allusoria, nec representativa, nec Analogica, nec otiosa, sed vera, reali & propria, cujus materia & causa ignoretur.* 2. De *Anchialo Martialis* l. II. Epigr. 95. nec *Anchialum urbem Ciliciæ, nec puerum Martialis, nec Ancharium* notante, nec ex Chiala, cum Scalig. *Scriverio.* Dion. *Vossio*, nec ex אלה יסחי cum *Famatio*, nec ex אין חי עליין cum S. *Petito.* Dav. Clerico, nec ex יפרעחי עולם cum *Seldeno*, nec ex illo החיעולם cum *Salmasio*, sed vel ex הו כליה vel ex 'Ανχιαλῶ cum *Steph. le Moyne & Sigism. Greenio* in pec. *Diss. accersendo.* 3. De *Ambubajis* nec ex *Am & Baja*, cum *Tumebo*, nec ex *ambire*, cum L. *Torrentio & Schrevelio*, nec ex *Ambubeja* herba, cum *Crucquio*, sed e *Syriacō Abbubbe*, nunc loco *Dageschi* inserto & in M. mutato, cum J. *Paschio* pec. *disl. derivandis.*

D. XXIIIX. Julii in Collegio Walckendorphiano, M. Johannes Nicol. Beenius Resp. Daniele Ramo Jonæ F. Phil. Bacc. *Dissertationem Apologeticam* $\frac{1}{2}$. plag. in 4. proposuit 1) de *Numero sapientum Græciæ septenario*, non una ratione augendo 2) de *Voce Danica Dannemand*, non virum præcisè Danum, sed hominem probum & modestum significante.

In gratiam quoque Filiorum Apicii novum artis coquinariæ compendium vernaculum edidit *Christianus Gerhardi Bibliopola Havn: En Høysfornemne Madamies Raage-Bog* inscriptum. 15. plag. in 8.


Excunte Septembre curiosissimus atque elegantissimus Vir, *Othto Sperlingius*, de *Nummo quodam false Sevennensibus tributo, Dissertatiunculam* è *Typographéo* Regio prodire jussit, (plag. 1 $\frac{1}{2}$.) quam in *Gratiam* eorum, qui *Rei Nummariæ* Studium suum locare solent, integram *Novis hisce* inferendam esse judicavimus:

De *Nummo Suecico Æreo* per *Error* Francicorum *Sevennensibus* adscripto, nunc verò detecto & ab errore liberato, monstrante *Othbone Sperlingio* *Consiliario Regiæ* J. U. D. *Professore Publico Historiar. & Eloquentiæ* in *Academia Illustri Regiæ Hafniensi Equestri & Collegâ* per *Illustris Societatis Anglicanæ.*

Imprimatur *Joh. Bircherod* *Jani* fil. *Havniæ, ex Reg. Majest. & Universit.*

Typographéo,

BENE-

*Explicatio Literarum.*CHRISTIANOS ROMANOS
SACRIFICATE.JUVENES OFFERTE RELIGIONEM
SACRIFICIUM MAGNUM.

Hic nummus, prout illum videtis sculptum, Anno 1703. ex Francicorum ingenio sculptus prodiit; sed male inte llectus, & pejùs etiam explicatus, hanc personam induit, postquam a Sevensensì milite, vel militibus, captis fortè vel occisis in illis oris, ubi nunc velut rebelles contra Francicos bella gerunt, in Francicorum manus pervénit. Et ab illis in Franciam missus, tot distraxit ingenia & exercuit, totque excitavit turbas, ut SEVENNENSIVM Monetam esse illi crediderint, quam tesseræ loco sociis suis, & qui cum illis contra Francicos sentirent, distribuerint, quâ dignosci possent, qui a Sevensensium partibus starent vel minus.

Hic primus error alios progenuit. Nam quia facilè videmus ex icone nummi ipsius, illum detritum fuisse, ut satis percipi non potuerint ejus figuræ & Inscriptiones, nec iis oculis observatæ fuerint quibus delauerunt, tot errores produxit hic nummus, quot ferè lineamenta ejus sunt. Nihil sanum, nihil incorruptum in eo reliquerunt, nec figuras, nec Inscriptiones. Quis enim Suecicas ôras vel nummos æreos in illa regione Sevensensium vellet aut posset expectare? Unde ad illa delapsi sunt hujus nummi interpretes, ut & figuras & Inscriptiones absurdas nihilque veri continentés & ære & calamo expresserint. Quæ omnia verus Suecicus nummus comparatus cum hoc falso & efflcto satis declarabit.

Qua

Qua ratione hic nummus æreus Suecicus ad Sevennenses pervenerit, aut alii similes, me quidem latet; Sed si conjecturare licebit, militem aut milites quosdam Suecicos, vel qui stipendia prius sub Suecicis meruerant, tunc Sevennensium militiæ nomen dedisse, qui hos secum nummos ex Sueciâ attulerant, affirmare tantisper licebit, donec de circumstantiis aliis veritas se nobis clariùs manifestabit.

Nam tesseram fuisse inter Sevennenses milites, eo sine a Sevennensibus cusam, ut, qui a suis partibus starent, dignoscerentur ab aliis, Franciorum, ad quos hic nummus missus est, purum putum est figmentum. Neque enim Sevennenses tales nummos unquam cuderunt, nec pro tesserâ usurparunt, quum Sevennensibus nulla æris copia tam grandibus nummis cudendis esse legatur. Minores sanè procudissent, quod solent, si quos æreos voluissent huic usui dicare.

Nummus hic Suecicus unciam cum quadrante æris & ponderis nostræ libræ continet, nihilque commune habet cum nummis ullis Sevennensium, unde judicare liceat, eum Sevennensium monetæ fuisse. Captis igitur vel occisis ejusmodi militibus, qui quondam inter Suecos versati fuerant, repertus fuit cum ipsis hic nummus, quem Francici ut singulare opus Sevennensium suo more sunt interpretati, & ex Leone super tres fluvios biceps quoddam animal, & ex coronâ clausâ coronam septem montium, cum aliis erroneis nobis præfigurata exhibuerunt, typumque ejus nobis perperam efformatum cum explicationibus suis admodum absurdis tradiderunt. Nam solæ literæ C. R. S. satis ostendunt Suecicum esse, & CAROLUM REGEM SVECIÆ designari, sub quo nummus hic cufus. Præ autem istæ æreæ Suecorum, prout hodie supersunt, primum describendæ. Magnitudinem in ære uncialis thaleri habent, & pondere unciam nostram excedunt unâ quartâ parte nummi. Prima faciès in scuto coronato coronâ clausâ Leonem habet ascendentem super tres fluvios, Suecicorum insignium principale: extra scutum ad latera ejus media, annus quo cufus est nummus existat 16—79. superiùs hæ tres literæ a se invicem distantes C. R. S. significantes, CAROLUS REX SVECIÆ. Aversa habet duas sagittas decussatim positas, inter quarum genua stella quinque radiorum. Mediumque ad latera tenent hæ literæ: J. ÖR. --- S. M. & superiùs inter sagittas corona aperta. Significant hæ literæ Suecicâ linguâ EN ÖRE SILVER MYNT. Latine. UNA ÖRA ARGENTÆ MONETÆ, nimirum, hoc æs unciale *Kopper Thaler*, seu thalerum æreum, apud Suecos idem valere quod öram argenti. Öra verò argenti hodie idem est quod asis Lubecensis argenteus, vel apud Francicos *un sol François*.

Nunc videamus quâ ratione Francici nummum hunc non solùm perperam legerint, sed & multis modis sinistrè sint interpretati. Nam primam paginam numerum, ubi Leo, illam erosam forte nacti sunt, ut satis videre non potuerint, nec coronam clausam nec Leonem, nec annum: hinc falsò substituerunt coronam ex montibus contextam, & in medio scuti pro Leone super fluvios, animal bipes & biceps: quibus capitibus singulis unum cornu, & faciès instar caprorum &c. quæ delineata conspiciuntur in nummo isto, quem Berolinenses expresserunt, Gallicamque & Germanicam explicationem addiderunt, haud plus valentem, quàm illam, quæ in Franciâ prodiit. Titulum Berolinenses fecerunt: *Medaille, que les*

peuples des Sevennes ont fait trapper, dont l'Original a esté envoyé en Cour, & que leur Commendans & Officiers portent pour se faire reconnoître parmy eux. Francici ergo hanc explicationem literis in nummo exstantibus dederunt. Ex C. R. S. facientes CHRISTIANOS ROMANOS SACRIFICATE. Ex I. OR. S. M. exculpsérunt JUVENES OFFERTE RELIGIONI SACRIFICIUM MAGNUM.

Berolinenses, nihil plus videntes quàm Francici, male habuit hæc explicatio, quâ Sevennensium crudelitas ob oculos a Pontificiis ponebatur : quam Berolinenses Reformatæ Religionis, qui ex Francia illuc refugerant, excusare sibi sumentes alias explicationes attulerunt. Nam & illi crediderunt hunc nummum Sevennensium esse, ut Pontificii Francici, quum nihil sit mirûs, ideoque sic illorum incipit excusatio. *La fausse explication inventée par quelque Prestre ignorant, jusques au langage de sa Messe oppose celle qui suit.*

Ubi præter coetera C. R. S. exponuntur CONTRA ROMAM SANGVINARIAM aut CONTRA ROMAM SUMUS. aut CHRISTUS REX SOLUS. sed I. O. S. M. explicandum esse crediderunt IN OBOEDIENTIA REGIS SEMPER MANENT. aut sic. IN ORBE ROMANO SANGVIS MARTYRUM. Hæc explicationes similes sunt illis quos Dani & Septentrionales Runica in nummis invenientes non semel nobis obruserunt, quilibet pro lubitu. Neque enim facilè conjecturis talia assequi possumus, quæ nobis ignota sunt, aut a nostro ævo longè distant. Haud igitur facilè quisquam sibi persuadeat, se penetrare posse ad ignota & abdita. Hic enim nummus facilè se prodit iis, qui nummos septentrionalium cognitos habent, non item Francicis, sive Parisiis sint, sive Berolini. Ibi enim meras chimæras & monstra inaudita finxerunt, fingunt, nihil horum intelligentes, dum apud Sevennenses hunc nummum cûsum statuerunt, qui Sueciam patriam & authorem habuit. Quâ verò ratione tales nummi Succici ad Sevennenses pervenerint, docebunt aliquando ipsi Sevennenses, & larvam detrahent, quâ Francici & Berolinenses hæctenus luserunt.

Et pono tandem ipsam explicationem Berolinensem, licet impressam & nunc obviam: sed quoniam folia talia, (non enim est nisi dimidium folium Francicè impressum cum versione Germanica e regione) facile pereunt & intercidunt. Igitur post titulum, quem supra posui, sequitur effigies nummi prout illum excuderunt Francici, & Berolinensibus missus est.

“ A la fausse explication inventée par quelque Prestre ignorant jusques au
 “ langage de sa Messe, on oppose celle qui suit. L'estampe portant une beste
 “ a deux testes & deux cornes, & armée de deux lames d'espées, est l'emblem
 “ des deux Puissances unies, de France & d'Espagne, tousjours membres de la
 “ Beste ennemie des Saints. Les sept montaignes sur l'Ecuillon signifient Rome & son
 “ Eglise, la source de la fureur, & des mouvements violens de la beste. Les petites
 “ montaignes accolées à l'Ecuillon, au nombre de 16. representent les Sevennois pour
 “ defendre leur Consciénces. Les trois lettres C. R. S. designent les objets de leur juste
 “ ressentiment CONTRE ROME SANGVINAIRE. ou CONTRA ROMA MSU-
 “ MUS. ou CHRISTUS REX SOLUS. La seconde Estampe chargée des deux
 “ dards fleurdeliséz en sautoir situéz sur une estoile, & timbréz d'une Couron-
 ne avec

ne avec les lettres I. O. R.—S. M. fait une manifeste allusion à la guerre des Sevennois, ennemis seulement des destructeurs de la patrie, désignée par les fleurs des Lis. L' estoile l' appuy & le fondement de ces armes représente Jesus Christ, appellé l' estoile du matin, pour la cause duquel ils combattent, & la Couronne qui termine la pointe de ces armes, suppose la glorieuse récompense promise à la foy des fidelles. Et enfin les lettres peuvent estre expliquées ainsi. JESUS ORDONNE ROY SOVTENEZ MALNTENANT. ou tellement; IN OBOEDIENTIA REGIS SEMPER MANET. On en laisse le jugement au Lecteur.

IN ORBE ROMANO SANGVIS MARTYRUM. A Berlin se vend chez

A. Dufarrat Libraire de la Cour 1703.

Si quis Latinè potiùs hæc legere velit, ita vertenda duxi.

Falsæ explicationi iuventæ sacerdotem aliquem ignorantem, usque ad linguam Missæ suæ, opponitur hæc quæ sequitur. Sculptura, quæ exhibet animal biceps & bicorne & armatum est binis laminis gladii, emblema est duorum Regum conjunctissimorum Franciæ & Hispaniæ, quæ perpetua membra Bestiæ illius sunt, & piis & sanctis est inimicissima. Septem montes, qui scutum tegunt, significant Romam & ejus Ecclesiã, fontem furoris & violentorum motuum Bestiæ. Parvuli montes illi, qui ex lateribus scuti prominent, circa numerum 16, repræsentant Sevennenses, conjunctos pro conscientia suâ defendendâ. Tres illæ literæ C. R. S. designant causam illorum doloris; CONTRA ROMAM SANGVINARIAM. aut CONTRA ROMAM SUMUS. aut CHRISTUS REX SOLUS. Secunda sculptura, exhibens duas sagittas, liliis floribus insignitas & decussatas super stellam & in capite ornatas coronâ cum literis I. O. R. S. M. manifestè alludit ad bellum Sevennensium, qui hostes sunt solum eorum, qui patriam illorum destruunt, designatum istis insignibus per liliorum flores. Stella sustentamen & fundamentum horum insignium, exhibet Jesum Christum appellatum STELLAM MATUTINAM, cujus causâ præliantur: & Corona, quæ super hæc insignia collocata, indicat gloriosam mercedem promissam fidei fidelium. Et tandem literæ istæ sic possunt explicari. JESU ORDINATE REX SUSTENTA MANU. aut IN OBOEDIENTIA REGIS SEMPER MANENT. Judicium relinquitor Lectori.

IN ORBE ROMANO SANGVIS MARTYRUM.


Berolini venditur apud A. Dufarrat Bibliopolam Aulæ 1703.

Quis unquam liquido & defæcato tales explicationes animo ferat vel audiat?

Loco Leonis ascendentis super tres fluvijs animal biceps & bicorne & bipes producant monstrum, & pro tribus fluvijs duas laminas gladii posuerunt, quod forte tertiam non viderint. Pro ornamentis scutum cingentibus monticulos Sevennensium expresserunt. Ex literis C. R. S. CAROLUS REX SVECORUM significantibus, quas non nœvias & commenta exsculperunt? Pro pennis sagittarum flores liliaceos Francicos substituerunt. Pro stellâ & coronâ quid non effinxere? Et sagittas decussatas insignia vel arma Sevennensium esse crediderunt, qui nunquam illis insignibus, nec armis, nisi cum Ethnici fuere forsan usi sunt; sed insignia sunt, nisi fallor, Dalekarlorum in Sueciã, aut pro-

vinciarum illarum, quæ jus cudendi talem monetam obtinuerunt. **L**iterarum verò I. O. R. S. M. explicationes tam jejunæ sunt, quam falsæ omnes. Novimus enim his locis, quid propriè significant, & supra explicatas dedi.

Nihil superest quàm ut figura vera & genuina hujus nummi Suecici adjungatur, quò magis convincatur & Francici & Berolinenses, tandemque errores suos agnoscant, ob quos tollendus, & errantes in viam reducidos hunc laborem suscipere cum fructu aliquo futurum judicavimus, ne plures imposterum istis erroribus sedantur. Subjicimus igitur figuram nummi Suecici in quâ sculptor omisit tres illos fluvios, super quos Leo ascendit, non satis ipsi visos.



Vale Benevole Lector & fruere.

Dabam Hafniæ. a. d. XV. Septembr. Anni
1679.

KILONII.

D. III. OR. Sub Præsidio *Christoph. Franckii* S. Theol. D. & Profess. Primarii, Sereniss. Ducis Slesvici & Hols. &c. in Acad. Kilon. Pro-Cancellarii & in supremo senatu Ecclesiastico Consularii, Disputationem Theologicam Fridericianam de *Justificatione & Fide Justificante*, Primam, *Martino Becano* oppositam publicè defendit *Christianus Münden* Femariensis. in N. L. T. VI. p. 262. laudatus (pl. 4. 1/2).

In hac Prima Dissertatione 1. Quæstio ventilatur: *An peccata verè tollantur in Justificatione?* Quæ §. 2. admittitur, si tolli peccata nihil aliud sit, quam non imputari §. 3. quomodo peccatum actuale, originale & habitus vitiosi tollantur explicat, *sententiam orthodoxam pugnare cum verbis scripturæ* §. 4. Tres partes sententiæ orthodoxæ *Becanus* sibi refutandas proponit, & quidem *Primam*: In Justificatione peccata non tolli sed manere, pugnare dicit cum verbis scripturæ, Joh. 1. 29. Act. 3. 19. Hebr. 9. 28. Mich. 7. 19. cum sensu scripturæ, quæ peccata vocat maculas, funes & compedes vulnera & plagas, mortem & interitum, vomitum derogare meritis Christi, tollere vim baptismi §. 5. quæ citatis ipsis *Becani* verbis, §. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. solidissimè discutuntur. *adam*: Peccata in Justificatione à Deo regi seu non imputari propter Justitiæ Christi fide apprehensam, & credentibus imputatam

putatam, contrariari Becanus vult locis citatis & Pl. 116. 16. Hebr. 4. 13. quæ omnia §. 16. 17. 18. dicuntur & refutantur. *Tertiam*: peccata, quæ per Justiciam Christi tecta sunt, nobis non imputari, dupliciter intelligi posse asserit: vel non imputari ad culpam, vel non imputari ad poenam, utrumque vero sensum falsum esse probare nititur ex Rom. 2.2. Sap. 14.9. utrumque verum esse evincit §. 19. 20. 21.

D. VI. Oct. Præside *Wilhelmo Hulderico Waldschmidt*, Med. D. Ejusdemque & Philos. Experim. Prof. Ord. Acad. Cæsar. Leopold. Collega, dissertationem Frid. de *Metu Vacui Specioso Ignorantiæ in rebus Physicis Asylo*, publicè tuitus est *Matthias Gabriel Wedderkopf* Kilia-Holfatus, (2½. plag.) Quis patro- nus vacui & osor vacui, & quidnam sit Vacuum Philosophicum & vacuum ru- sticum p. 3. quidnam vacuum Philosophicum disseminatum & coacervatum, p. 4. 5. quinam pro illo, & quinam pro hoc pugnent p. 5. 6. 7. recensetur p. 8. repu- gnare dari vacuum Philosophicum asseritur & p. 9. ad quæstiones *An Deus per suam omnipotentiam vacuum efficere possit?* & quid futurum, si omne corpus ex aliquo loco tollatur? respondetur. Metum vacui à Peripateticis effectum, & à causa finali & efficiente à Conimbricensibus probatum improprie naturæ assigni- & metum vacui s. ne detur vacuum, & quia non datur vacuum modos loquendi esse diversos p. 10. 11. 12. 13. demonstratur. Experimenta vero, quibus existen- tiam vacui probare conati sunt Philosophi, ut: cum Tubo Torricelliano, cum baroscopio, cum lagena vitrea figuræ quadratæ &c. cum experimento magde- burgico, cum sclopeto pneumatico, aquæ in spheram vitream ære vacuum ascensu, omniumque machinarum hydraulicarum primigeniis Effectibus, Sy- ringa, Clepsydra, allegantur p. 14. 15. 16. 17. sed effectus hos non fieri ob metum vacui, sed ob sublatum aeris interni cum externo æquilibrium, ob aeris gravita- tem & secundum nonnullos passivam aeris resistentiam, experimentis tribus de- monstratur p. 18. 19. 20.

D. XXVII. Oct. Idem laudatissimus D. *Waldschmidtus* indixit *Collegium experimentale* Curiosum, in quo occupabitur potissimum circa experimenta de- monstranda de ære, ope Antliæ pneumaticæ, Methodus in hoc collegio obser- vanda erit hæc: Præmissis semper de re, quæ tractabitur, sermone, ipsa deinde ex- perimenta exhibebuntur, addita rei exhibendæ succincta explicatione, deinde causa & ratio experimenti dabitur, quid inde firmiter demonstretur docebitur, ususque in Physicis, Mathematicis, Chymicis & Oeconomicis subjungetur. Recensita sunt in hoc programme omnia experimenta, quæ exhibebuntur & demonstrabuntur (2. plag. in quarto)

Menſe Novembre Præside *Georgio Paschio*, Artis rationis, Philos. Primæ ac Moralis Professore Ordinario, de *FABULIS ROMANENSIBUS ANTIQVIS ET RECENTIORIBUS* publice disputavit *Jacobus Volckmannus*, Lunæb. (4. plag.)

Summa Rerum hujus *Dissertationis* hæc sunt. §. 1. indicatur origo vocis *Romanæ* quæ a Romanis proficiscitur, qui Romanum sermonem in Gallias a se subactas in- troduxerant, ubi is temporis lapsu depravatus admixtò sermone Gallico, qui præcesserat, & Francico sive Teutonico, qui successerat, semper nihilominus *Romanus* appellatus est, quo a privata & naturali unius cujusque nationis lingua

distingueretur. Idemque Romanense vocabulum Hispani eadem ac nos significatione usurpant, patriumque sermonem *Romanæum* vocant. Monetur insuper fabularum Romanensium scriptores poetis olim annumeratos fuisse.

§. II. Exhibetur fabularum Romanensium descriptio, doceturque esse illas historias fictas, qui inprimis versentur in casibus amatoriiis. Memorantur etiam Milesiorum ac Aristidis fabulæ amatorix, quæ amorem antea purum, & a sordibus & lascivia alienum, narrationibus molliusculis, minusque honestis corrupterunt. Dearchus Aristotelis discipulus primus de Amore scripsisse proditur, ac ex Antonii Diogenis scripto, de *erroribus atque amoribus Dinix ac Dercyllidis*, pleasque fabulas Romanenses, tanquam ex fonte manasse, Photius testis est. Extremo de Luciani *Asino vel Lucio*, ejusdemque per jucundis scriptis aliis copiosius disseritur.

§. III. Laudatur, quod ad verborum præstantiam attinet, Jamblichii actio ficta, de *amoribus Rhodanis & Sinonidis*; contra vero Achillis Tatii, de *rebus Leucippes ac Clitophontis*, libri octo amores obscenos continent. Damascii *Incredibilem libri quatuor* non sistunt amores, sed alia stulta mendaciorum portenta. Heliodori *Æthiopica* referunt *Theagenis & Charicleæ* amorem, sed qui castitatis desiderium præferat, custodiamque accuratam. In quibus cum pudoris & honestatis ratio habeatur, multi, tacentibus inprimis Photio & Socrate, disfidunt relationi Nicephori Callisti *Histor. Lib. XII. Cap. XXXIV.* factæ, Synodum provinciam Heliodoro, ad munus episcopi Tricæ in Thessalia evecto proposuisse, ut opus memoratum vel flammis aboleret, vel dignitate cederet; sed elegisse eum ultimum. De Parthenii Niceni, Athenagoræ, Theodori Prodromi, Eustathii & Longi fabulis etiam sermo instituitur, formaturque de aliis celebrioribus fabularum Romanensium scriptoribus antiquis judicium.

§. IV. Docet finem fabularum Romanensium secundarium voluptatem esse, primarium autem utilitatem legentium. An legendis fabulis Romanensibus dare operam nefas? expenditur, ab usumque ab usu distinguendum monetur, temporisque pœnituisse eos, qui nimium his indulserunt, id quod exemplis probatur. Fabulæ Romanenses & poemata Epica quomodo inter se differant prolixè declaratur.

§. V. Statuit auctor cum Huetio fabularum Romanensium inventionem Orientis populis acceptam referendam esse: Quo in genere Galli hodie se principem obtinere locum gloriantur. Jo. Bapt. Thiers, Gallus, libros omnes de amore & amantium tricis rejecit, vocans inter alia in subsidium testimonium S. Theresiæ, quæ damnum lectione fabularum illarum sibi illarum deploravit. Excepitque ille Episcopi Bellicensis libros fabulosos, consilio Francisci Salesii compositos, quos solos omni lascivia immunes esse asseverat. Sed errare Gallum auctor probat exemplo Præschix, doctissimi Senatoris Ratisbonensis Jo. Ludovici Præschii conjugis, cujus libellus Ao. 1684. hoc titulo editus: *Reflexions sur les Romans*, legi meretur. His, ipsius Præschii fabula Romanensis thematis Sacri, cui titulus: *Psyche Cretica*, subjungitur, ejusque argumentum recensetur.

§. VI. Adducitur ratiocinatio eorum, qui pro amore, in quo fabulæ Romanenses vulgo versantur, propugnant, nec non Episcopi Bellicensis institutum & contrario etiam memorantur amorum profanorum osiores.

§. VII.

§. VII. Exhibentur Germanorum nobiliores fabulæ Romanenses *Hercules & Herculiscus*, *Syriaca Aramena*, *Octavia*, *Happellii*, *Talandri*, *Joachimi Mejeri*, *Menantis* aliorumque opera. *Lohensteini Arminius & Thufielda &c.* *Proserpina*, *Ottbertus & Dianea*. *Simplicissimus & Trutz simplex*, aliaque hujus indolis scripta. *Tiellus Ullespiegelius*, cujus Huetius meminit, tantum abest, ut fabulam Romanensem repræsentet, ut potius esse scurrilibus & spurcissimis gestis confarcinatum, & centonis instar factum sit: quæ qui memoria repetit, aliisque recitat, lædit aures pudicas, ex proprioque ore facit podicem.

§. VIII. Laudatur Gallorum hoc in genere industria, memoranturque præ cæteris *Astræa*, *Frantzion*, *Cleopatra*, *Cassandra*, *Ariana*, *Illustris Bassa*, *Cyrus Magnus & Clelia*. His adduntur *Telemaque*, *Stratonica*, *Philadelphæ nouvelle Egyptienne*, *Leonore d' Yvrée le Mary jaloux*, *Agnes de Castro &c. &c.*

§. IX. Inter Anglorum lucubrations Philippî Sidneji *Arcadia* eminet. Apud Italos *Biondi* suavisima *Eromena*, *Marini certamen desperatorum*, *Loredani* aliorumque hujus generis opera laudantur & commendantur. Apud Hispanos pulchra *Diana* sese conspiciendam exhibet; qua occasione de *Don. Kischotio*, & *Amadæo sive Amadisi* libris simul sermo instituitur, ac fabulas Romanenses cum Satyra propinqua conjunctas esse cognatione docetur, id quod exemplo *Argenidis Barclaji* fufius declaratur. Ad extremum indicat auctor universam Philosophiam sub schemate fabulæ amatorix tractatam quidem esse; sed monet idem, fabulas non esse aptas, ut præbeant universalia scientiæ vel prudentiæ civilis principia, quibus jucundam hanc dissertationem concludit.

LUBECÆ.

Prelo exiit *Cantionale Lubecense*, quod Autoritate Superiorum, Reverendum Presbyterium diligenti adhibitâ curâ typis imprimi curavit. Complectitur illud *trecentos hymnos*, usui Ecclesiarum Lubecens. destinatos. In fine habetur *precationum* libellus, ac brevissima *Institutio*, quâ ratione *Cultus publicus* sit celebrandus. In *Præfatione* varia leguntur monita, ut decenter & sapienter *Psalmi* canentur, DEOque gratum & acceptum exhibeatur officium. Non tamen ea omissa sunt, quæ circa ipsos *Hymnos* erant monenda, è quibus notamus, in Cantico: *Tun Komm der Heyden Heyland* / verba commatis penultimi ita esse flectenda: *Der Glaub bleib immer in Schein*; non verò *der Glaub bleibt immer in Schein* / ut hoc modo verba Latina: *Fideque jugi luceat*, eò melius exprimantur. Ut non attingamus quæ de *usu novorum Hymnorum* fuere dicta. Est autem *Hymnorum* hic *Libellus Dom. III. Adventus* Auditoribus publicè commendatus, & *Festivitate Natalitiæ Salvatoris Nostri* receptus & introductus. Inscriptio ejus ita legitur: *Lübbeckisches Gesang-Buch / nebst Anfügung etnes Gebet-Buchs / auf Verordnung E. Hoch-Eblen Hochw. Raths / von E. Ehrwürdtgen Ministerio außgegeben. Lübeck / verlegt Joh. Widemeyer, gedruckt bey seel. Schmalhergens Wittbe 1703. (1. Alph. 12. plag. in 12. oblong.)*

D. *Nicolai Hunnii*, Superint. olim Lubecensis, Viri de universa Christi Ecclesia excellenter meritissimi, *Principia Theologiæ Fanaticæ*, quam *Paracelsus* genuit, atque *Weigelius* interpolavit, denuò ob argumenti utilitatem, & Exemplarium inopiam, typis fuere commissa, accurate *Job. Henr. Feustkingio*, Stell-

via-Hofato, SS. Theol. D. Pastore, Præposito ac Superint. Kembergenſi. (Dres-
dæ ap. *Joh. Chriſt. Miethium* 1703. pag. 9. $\frac{1}{2}$.)

In *Præfatione* Editor clariff. adverſus Turbatores illos, ſpecioſo pietatis no-
mine ſuperbientes, agit, eorumque artes non ſolum depingit, ſed etiam à Pa-
racelſo ac Val. Weigelio, velut Parentibus ipſorum, primum expreſſas fuiſſe, fuſè
docet; Hinc monet, ſe Traſtatum hunc B. Humii, in *Acad. Witteberg. A. 1619.*
ſcriptum, & ceu *Prodromum Conſiderationis Theologiæ Hermeticæ*, eum in ſi-
nem denuò publici juris feciſſe, ut Paralleliſmus utriuſque, vel *Harmonia Weige-
liano Pietiſtica* eò melius deprehendi, omniumque cenſuræ exponi poſſet. Ad-
jecit huic Scripto D. Theod. Thummii, cujus *Impietas Weigeliana* Eruditis pariter
nota eſt, *Generale Judicium de Theologia Weigelii Fanatica*. Forſan nec ingra-
tum fuiſſet, ſi ea, quæ D. Andreas Merckius, Halenſ. Eccleſiarum olim Superin-
tendens, de *Weigeliana Theologia* commentatus eſt, paucis cognita & obvia hiſce
ſuperaddidiſſet. Nunquam enim ſatis adverſus recentiores *Weigelianos* diſputari
poſſet, quin ipſorum *impietas* plura adhuc eſſagitaret.

Georgius Henricus Goezius, D. & Superintendens, pietatis ſux, quam optimis An-
teceſſoribus, ac meritiſimo præfertim Bugenbagio, debet, probè memor, in *Lyceo Lube-
cenſi*, cum ei in illa primum, peracto *Examine Vernali*, verba eſſent facienda, Jo. Bugen-
bagii laudes ore grato deprædicandas eſſe judicavit. Hinc natus eſt *Sermo Scholaſti-
cus*, hanc Inſcriptionem, cum typis demandaretur, præ ſe ferens:

De *Jo. Bugenbagii Meritis in Eccleſiam & Scholam Lubecenſem*, Oratio,
D. XXVII. Martii A. M. DCCIII. in ſchola Lubecenſi recitata. (Lipi.
ap. Chriſt. Immericium MDCC. III. pag. 3. Quarto.)

Hoc verò negotiū ſibi datum eſſe credidit Autor Noſter, ut non ſolum me-
moriam Meritorum Jo. Bugenbagii hæc recitatione inſtauraret, ſed etiam ſcripta O-
ptimi Viri, quæ ipſi ad manum fuere, breviter conſignaret, addito voto hoc, ut elegan-
tiſſima hujus Theologi Scripta, quæ in tenebris latent, & vix uni alterivè viſa fuere, in
lucem protraherentur, atque ab oblivione liberarentur. Quemadmodum enim Hiero-
nymi Welleri Scripta nuper admodum conjunctim prodierunt, (olim à nobis pariter
commendata *Nov. Lit. Mar. Balth. T. III. p. 351. ſq.*) quæ à veræ pietatis cultoribus
intra & extra Germaniam cum tripudio excipi merentur, & ulteriori noſtra com-
mendatione nunc non indigent; Ita pari ratione peroptat præſentis Scripti Editor, ut
Bugenbagii Meletemata diligentiffimum nanciſcerentur Collectorem, & felicibus au-
ſpiciis in dias luminis auras prodirent. Quâ occaſione notamus, modò nominatum
Feuſtkingium in eo eſſe, ut Bugenbagii *Anabaptiſmum*, Librum illum, noſtris tempo-
ribus apprime inſerviturum, recudi curet. Carterum varia quoque in *Notis Oratiun-
culæ* adjectis leguntur, quæ lectori diſplicere nequeunt. Sic Verſus *Phil. Melanch-
thonis de Monarchia* propria manu ſcriptos pag. 7. inſeruit Autor, ut & de *Hermanno
Bonno*, primo Lubecenſ. Eccl. Superintendente, p. 15. plura de illo narraturus, ſi *Han-
wielmanni* Scripta, quæ ſub prelo ſudare dicuntur, & inter ea *Opusculum de claris
Weſtphalis*, evolvere ipſi integrum fuerit. P. 16. adverſus *Autorem Diſſert. de Jure
Sabbathi* notat, minus rectè ad conſenſum *Minifterii Tripolitani* eum provocari, ſi-
quidem ab illo Ceremonias pias non fuiſſe improbatas, ſed ſuperſtitioſas ſaltem, uti-
les autem quàm maximè receptas probatasque.

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS, Edita Calendis MARTII. A. M DCC IV.

GUSTROVII.

Die XII. Februarii Joach. Otto, Gymnasii Re-
ctor, in signum lætitiæ publicæ atque devotionis subje-
ctissimæ erga Serenissimum Principem Mecklenburgi-
cum, FRID. WILHELMUM, qui D. II. Januarii *Casseli* nuptias
cum SOPHIA CHARLOTTA Landgravia Hassiæ, celebravit, atq; cum
nova Conjuge D. I. Febr. Sverinum ingressus est, *Actum Oratorium*
instituit, atque sex adolescentes in scenam produxit, qui modò ora-
tione soluta, modò ligatâ, modo germanico, modo latino idiomate,
vota precati sunt Illustrissimis Conjugibus, atque pietatem suam
solenniter fecerunt testatam. Ejus rei ergò Programma editum
fuit. (1. plag. fol.)

Eridericus Thomas, Gymnas. prædicti Sub-Rector, eandem
observantiam submissè declaraturus, *carmine germanico* actus hu-
jus oratorii solennitatem intimavit. (1. pl. fol.)

Dum verò nuper *Mense Febr.* Syllabum *Pastorum*, qui huc us-
que in *Templo Mariano* s. *Parochiali*, quod *Güstrovii* est, verbum
divinum docuerunt, exhibuimus, placet nunc catalogum *Prae-
sulum & Concionatorum Cathedralium* contexere, atque hic tradere,
certâ spe innixi, fore, ut Institutum hoc nostrum non solum *Le-
cturi* æqui bonique consulant, sed etiam reliquæ civitates ejus-
modi NOV-ANTIQUA nobiscum communicare haud graven-
tur. Multum enim prodest, atque oblectamentum singulis af-
fert, recentiores non tantum enumerare Doctores, sed etiam anti-
quiores nosse, eorumq; facta diligenter imitari. Hæc itaque est

Series *Superintendentium* & cæterorum Verbi divini *Ministorum*, qui inde ab auspiciato Reformationis tempore in Basilica *Güſtroviensi* ſ. cathedrali Templo Evangelium docuerunt & ſacra adminiſtrarunt, ſucceſſive ad hæc uſque tempora :

**SUPERINTENDENTES GÜSTROVIÆ ECCLEſIAſTÆ CATHEDRALES CÆ-
TERTI, QUORUM BINI SINGULIS**

ENSES, ET TOTIUS CIRCVLI :

TEMPORIBUS VIXERUNT :

1. *Conradus Becker*, SS. Theol. D. vocat. 1562. ex Acad. Rostoch. & primò Eccleſiæ Paroch. Güſtrov. Præpoſitus, ſed A. 1568. ad. Ed. Cathedralẽ inſtaurata translatus unã cum Collega ſuo *M. Henrico Piperite*; cum verò poſt hæc detrectaret amplius concionandi officium, impetratã dimiſſione ruruſ demigravit Rostochium ad Profeſſ. Theol. 1578.
2. *Andreas Celichius*, *Spanday*. vocat. 1580. Stendaliã, ubi fuerat Superintendens. † 1599.
3. *Jacobus Colerus*, SS. Theol. D. vocat. 1599. Berolino, ubi fuerat Præpoſitus & Paſtor primarius † 1612.
4. *Lucas Bacmeiſter*, SS. Th. D. ejuſque Profeſſ. in Acad. Rostoch. unde vocatus 1613. Güſtrovium, † 1638.
5. *M. Daniel Michaëlis*, ex Paſtore Superintendens 1639. factus, † 1644.
6. *M. Samuel Arnoldi*, ex Paſtore Superintendens 1645. † 1655.
7. *Daniel Janus*, Pragã *Bob.* 1656. vocatus Eucino, ubi fuerat Epifcopi Lubec. Concionator aulicus. † 1669.
8. *Hermannus Schuckmann*, Rostoch. SS. Th. D. ejuſque Profeſſ. in Acad. Rostochienſi. inde vocatus 1662. in aulam Güſtrov. a Sereniſſ. b. m. Duce Guſtavo Adolpho, factus Concionator Aulicus & Princip. Confessionarius. tandem 1670. Superintendens † 1686.
9. *Job. Balthaſar Haberkorn*, *Giessenſis* SS. Th. D. & olim Erfurdi Orthod. Mi-
1. *M. Henricus Piperites*, *Hamelenſis*, vocat. 1568. à Paroch. Güſtrov. Primus Evangelii purioris in hac Basilica reparata præco, item Sereniſſ. Meclenburg. Ducis Ulrici b. m. Confessionarius. † 1583.
2. *Chriſtophorus Mageirus*, aliã *Koch Güſtrovienſis*. voc. 1568. † 1586.
3. *Erhardus Mertelius*, per ann. 24. ſacro officio functus † 1603.
4. *Nicolaus Giſenbagen*. † 1603.
5. *Johannes Hildebrandus*, voc. 1603. † 1619.
6. *M. Petrus Heſſeus*, *Suerinenſis*. vocat. 1604. dimiſſus 1620.
7. *M. Daniel Michaëlis*, *Anclam. Pown.* vocat. 1620, qui primus Paſtoris titulo ornatus a Sereniſſ. Duce Johanne Alberto II. & factus tandem Superintendens Güſtrov.
8. *M. Samuel Arnoldi ſ. Arndius Mecléb.* voc. 1621. factus 1639. Paſtor, & tandem 1645. Superintendens.
9. *Hermannus Hartmann*, *Rostoch.* vocat. 1645. Paſtor, † 1657.
10. *Stephanus Hane*, *Moguntinus*. vocat. 1646. à Conſecratoratu Güſtrovienſi factus 1657. Paſtor, & Concionator aulicus, † 1667.
11. *M. Nicolaus Heidemann*, *Mecléb.* vocat. 1657. factus 1667. Paſtor. † 1687.
12. *Andreas Metzmacher*, *Mecléb.* primò Rector Gymn. Güſtrov. tum Paſtor Malchin. poſtea 1668. Eccleſiaſtes Cathedral, Güſtrov, † 1682.

nist, Senior. inde vocatus 1687. à Ser.
Duce Gustavo Adolpho p. m. factus Superintendens, & in Aula Concionator supremus ac Confessionarius, adhuc superstes.

13. *Martinus Hedenus, Gustrov.* vocat. 1683. † 1689.
14. *Joachimus Schröderus, Rostochiensis.* vocatus 1689. ad Pastoratum Cathedr. cum antea esset Concionator Aulicus Gustrov. inde jam utroque fungitur munere.
15. *Naman Redelffsen, Husumensis Slesvico-Holfatus.* vocat. 1690.

In his Superintendens & Pastor Cathedralis sacra etiam Aulica hodie præcurant in Ducali arcis Sacello, coram Sereniss. Principe Magdalena Sibylla, Duce Mæcleb. Viduâ. Cujus Sereniss. Conjux Princeps Dn. Gustavus Adolphus p. m. cum adhuc viveret & Ducatum Gustroviensem regeret, suos peculiare habuit Ecclesiæ Aulicæ Præsules, ab Oppidanis sacris exemptos, eosque magnæ famæ Theologos; ut

1. *Josua Arndium, Gustrov.* vocat. 1656. † 1687.
2. *Hermannum Sebuckmannum, Rostoch.* SS. Theol. D. & Prof. Rost. vocat. 1662. postea Superintend. Gustrov. † 1686.
3. *Michaelem Siricium, Lubec.* SS. Th. D. & antea Profess. Gieff. vocat. 1670. tandem Prof. Theol. Rost. & Superint. † 1685.
4. *Joachimum Schröderum, Rostoch.* vocat. 1680. à Præposit. Dragun. jam quoque Pastor Cathedr.
5. *Johann Ernst Pfuellium, Berolin.* SS. Th. D. voc. à Rector. Stetin. Gymn. 1690. jam Superint. Stargard. & Neo-Brand. emeritum.

Est & Gustrovii Templum Hospitale s. *Spiritus Sancti*, cujus Pastor cæteris Rev. Ministris. membris nunc etiam accensetur. Docuerunt autem hoc loco inde à Reform. tempore:

1. *Christophorus Møllerus, 1580.*
2. *M. Jacobus Helmstedt, 1590.* qui fuit simul minister Scholæ Gustrov.
3. *Thomas Staaten, 1626.* Pastor simul in Narum, pago prope Gustrovium.
4. *Balthasar Tarnau, 1637.*
5. *Georg. Nicol, Erasmus, 1645.* postea Pastor Lagenfis.
6. *Heinradus Gravius, voc. 1655. † 1685.*
7. *Heinricus Witschius, Lubecens.* Pastor antea Plaviensis (in Mau/) vocat. Gustrovium 1683. qui præterea nunc etiam in templo Cathedrali Concionatoris extraordinarii officio fungitur.

Ordo Dni. Ministerial. præsens:

- D. *Jo. Balthas. Haberkorn,* Superint. & Supr. Conc. Aulic.
Joach. Schröderus, Conc. Aul. & Past. Cathedr.
Henricus Witschius, Pastor ad Æd. Sp. S.
Naman Redelffsen, Ecclesiast. Cathedral.

M. Job. Hövet, Pastor Paroch.

M. Job. Ebreufr. Pfetffer / Pastor Parochi;

• ROSTOCHII.

D. VI. Jan. *Rektor & Concilium* ad mandatum Sereniss. Principis Programmate denuò *duella*, & his similes digladiationes, quæ *Rencontres* Gallicè dicuntur, severissimè prohibuit, cum non ita pridem aliquot Studiosi in publico planè foro citra meridiem in conspectu omnium & leviss. de causis adversus commilitones suos ferrum acuere, & mortale vulnus infligere, veriti non fueriat. (1. plag. in form. pat.)

D. X. Jan. M. Henr. Ascan. *Engelke* / S. S. Th. quam proximè Ddus (cujus supra sæpè mentionem fecimus) ad *Profess. Theol. Ducal.* hodiè *extraordinariam*, quam B. D. Sam. *Starckius*, per transitum ad *Pastoratum Ecclesie Jac.* vacare fecit, prævio Programmate, quod *Rect. Acad. D. Jo. Nic. Quistorpius*, publicavit, introductus est. Thema Orat. Auspicat. fuit: *Concordia veræ Religionis nonnisi per falsæ unionis evitacionem concors.* (pl. 1. in form. pat.)

D. XXIII. Jan. Idem Acad. h. t. *Rect. D. Jo. Nic. Quistorpius*, S. Th. P. P. & ad D. Nic. Pastor, nec non Eccl. Rost. Superint. Programmate publ. ad exequias *Christoph. Redekeri*, J. U. D. & ante hac Codicis hic Prof. & Ducal. *Consist. Assess. ultimò Consulis* hic primar. invitavit. Natus hic est A. 1652. d. 10. Nov. *Osnabrugæ*, & denatus d. 15. Jan. æt. 51. ann. & 3. Mens. relicto unico filio *Joh. Henrico* J. U. Studiofo. Præcipua Vitæ ejus momenta, ut & scripta, quæ edidit, consignata sunt in *Rostoch. Liter. pag. 196. sqq.* (plag. 2. 4to.)

D. XXIX. *Ejusd. M. Dav. Henr. Kapkenius*, *Luneburg. S. Th. Ddus. Canonicus* quondam *Bardovicenf.* quem supra etiam non rarò memoravimus, ad *Profess. Philos. extraord.* autoritate Sereniss. introductus est, ad quem actum introduct. sæpè laudatus Acad. *Rect. D. Jo. Nic. Quistorpius*, Programmate invitavit. Munus verò suum *Professor novellus* oratione, *de incrementis urbium ex earum decrementis*, auspicatus est. (1. plag. in f. pat.)

D. XXX. *Ejusd. Sub Præsidio Andr. Dan. Habichborstii*, S. Th. D. ejusdemque PP. & Consiliar. *Consistor. nec non Fctis Theol. & Colleg. Ducal. totiusque Acad. Senioris*, defensionem *Dissertacionis*

tionis XXIII. partis II. illustriorum Jeseia Locor. de Virgine Filia Zidon, non amplius exultatura, uti & Terra Chaldaeorum, quam Assur fundavit, in ruinam danda, ex Jesa. XXIII, v. 12. & 13. in se suscepit Petrus Christoph. Eggebrecht / Rostoch. (pl. 3. in 4to.)

Duo iterum Loca hæc Dissert. tractat. *Prioris loci de Virgine filie Zidon non amplius exultatura ex v. 12. agentis §. 1. præfationem exhibet, quæ connexionem cum præced. loco de terra Kittim ex Jes. XXIII. 1-12. exponit, & rationem, quare seorsim de virgine hac agatur, reddit hanc, quod alii per virginem filie Zidon non Tyrum, sed Zidonem, intelligant, ipsaque phrasis hæc non unis obnoxia dubiis deprehendatur. §. 2. Analysis loci hujus præmittit, quæ 2. capita totidemque quæstiones, & h. l. considerandas, exhibet, sc. 1. Subjectum, quod est virgo fil. Zidon. 2. Prædicatum, quo virgini huic denegatur ulterior exultatio: alterum 1. prædicatum s. quæst. de Tyrorum fuga & exilio in Kittim, quæ h. versu prædicatur, præcedens Dissert. pag. 390. sq. seorsim expedit. §. 3. Quæstionem 1. de Subjecto, quid per virginem filie Zidon intelligendum? Tyrusne an ipsa Zidon vicina? & porrò, quænam sit filia Zidon, cujus hæc virgo dicitur? exponit, & Musculi aliorumque sententiam refutat, qui per virginem & filiam Zidonis unam eandemque, & non nisi ipsam Zidonem intelligi volunt. Refutat verò illos 1. ex fonte, in quo non datur oppositio inter virginem & filiam Zidonis, Vulgatus, Vatablus, Lutherus & alii sentiunt; sit constructio in voce בתולת, quæ satis arguit, aliam esse virginem istam, aliamque filiam Zidonis, cujus est virgo. 2. ex contextu, nempe inscriptione hujus prophetiæ & arctiss. cohærentia verborum §. 11. & 12. quæ probant virginem hanc filie Zidonis non esse aliam, quam Tyrum, cum qua & de qua hactenus Propheta est locutus. §. 4. 5. & 6. ad exceptiones 3. respondet, & phrasin h. virgo filie Zid. ex similibus Scripturæ locutionibus: Virgo filie Zidon, virgo filie Jhuda, virgo fil. Babel, virgo fil. Mizraim, declarat. §. 7. ex dictis colligit, quod & filia h. e. terra Zidonis à Zidone possessa & cognominata vel dependens, & virgo filie Zidonis i. e. florentissima urbs Tyrus progenies Zidonis vel à Zidoniis condita fuerit, illudque confirmat ex Justino, & Adrichomium illud in Theatr. terræ & p. 10. urgentem, septimumque Japheti filium, qui Tirus vocatur,*

Gen. X. 2. conditorem Tyri statuentem ex Gen. X. 15. 18. & 19. refutat. §. 8. de prædicato agit & quæstionem, *an Tyro hic omnis spes exultationis future, vel Tyri inhabitanda simpliciter denegetur?* cum dicitur: *non addes amplius exultare*, negat, & quomodo particulæ *non amplius* in Script. accipiantur, explicat. §. 9. *Ufus loci* indicatur: *Posterioris de terra Chaldaeorum, quam Assur fundavit, in ruinam danda ex v. 13. agentis, §. 1. nonnulla præfatur de coherentia loci obscurioris cum præcedentibus ex analysi capitis XXIII. quam præced. Disp. XXII. pag. 731. exhibuit, & ex qua conspicitur h. l. proponi Tyriis, vastationem sui incredibilem putantibus, exemplum potentie divinæ ultricis*, in longe potentiores nempe Assyrios & Chaldæos ostensæ. §. 2. connexionem cum præced. loco de *virgine filia Zidon*, præmittit, & unâ quæstione, quæ tamen sit quadrimembris, juxta numerum variationis sententiarum, controversias circa locum hunc vexatum occurrentes expediendas promittit. §. 3. *primum* Quæst. membrum tractat, *an h. v. detur l. continuetur oratio Dei ad Alexandr. M. qua ille sub nomine Kittim v. 12. juxta Lutherum jubeatur post devictam Tyrum in terram quoque Chaldaeorum progredi, quod ex præced. Disp. pag. 390. refutatur.* §. 4. *Secund.* quæstionis membrum, num *h. l. Chald. sive Assyrii, jam Chaldæis adjuncti, compellentur & ut arma contra Tyrum sumenda excitentur, quæ B. Sebast. Schmidii sententia est, refellitur.* §. 5. *Tertium* quæst. membr. *an Chaldæi hic commendentur, tanquam populus, cui similis non extiterit?* contra *Sanctium*, à Vulgata deceptum (qui reddit: *talis populus non fuit*) retundit. §. 6. *Quartum* qu. membr. *an terra Chaldaeorum in ruinam à Deo posita vel ponenda, ceu recentius potentie div. exemplum vindicatricis, in confirmationem vaticinii de Tyri excidio, affirmat, idque ex contextu & confessione Sanctii, itemque ex genuina verborum loci versione & interpretatione confirmat.* §. 7. Genuinam illam loci versionem & interpretationem suppetat & notis illustrat. §. 8. *Ufus loci* annectit.

Ab. Joach. de Krackevitz, SS. Th. D. Catech. Christ. & Hebr. Ling. PP. nuperis diebus edidit Summam Theologia Chemnitiana, succinctis comprehensam thesibus, excerptam quondam opera & studio D. Balthas. Mentzeri, nunc autem Positionibus quibusdam ex recentiori Theologia Polemica desumptis, iisdemque asterisco notatis, autam

ctam, ac *XXIII. Disputationibus*, à *XX. Viris-Juvenibus* habendis, destinatam. (pl. 10½. in 4.) Nomina *Disputantium*, quinque Classes constituentium, hoc ordine leguntur: Class. I. *Gabriel Mester*, Satov. Mecklenb. *Isaac Hoeman*, Colberg. Pomer. *Henricus Lange*, Rostoch. Megap. *Benjamin Roloff*, Stargard. Pomer. Class. II. *Jo. Guil. Weinmann*, Mitav. Curland. *David Neubauer*, Wismar. Megap. *Caspar Muchaus*, Ruppino Marchic. *Martinus Christ*. *Büsel* / Stargard. Pomer. Class. III. *Martinus Böttger* / *Mæva Borull* *Jo. Christoph. Grefse* / *Westenbr.* Megap. *Jo. Ge. Andreas Seld* / *Neokirch.* Francus. *Marcus Mullerus*, Hafniens. Class. IV. *Anton Ubdé*, Verdens. *Daniel Cremerus*, Palæo-Damero. Pom. *Christ. Witsche* / *Gustrov.* Mecklenb. *Christ. Schütze* / *Colonia-March.* Class. V. *Johannes Deich* / *Perl. Prig. March.* *Jo. Henr. Döding* / *Lemgovia.* Westphal. *Bernhard Christ.* Paris, *Wismar.* *Friederich Joachim Sartwich* / *Lu. bec.* Mecklenb.

SEDINI.

D. X. Dec. Pec. Programmate intimavit *D. Jo. Ge. Röserus*, *Gymnasiu Rector*, *Funus solenne Friderici Fabricii*, *SS. Th. Doct. ad D. Nicol. Pastoris*, & totius *Ministerii Senioris*, *Mense Nov.* placidè denati, è quo nonnulla excerpere nobis commodum videtur. *Lucem primam aspexit Sedini d. 20. April. 1642* *Patre natus, Joh. Fabricio, Dia. anteriorum per Pomeraniam*, *Advocato*, & *urbis Sedinens. Camerario*, & *matre Catharina Mietenwaldia*, quæ inter *Proavos Philippum Melanchthonem* numerat. *Jactis in schola patria*, præeunte *M. Erico Pelschovero*, *fundamentis*, & *auditis Professorum in Pædagogio lectionibus*, *Anno 1660. Acad. Lips.* petiit, inque eadem *Jo. Hülfemannum*, *Sam. Langium*, *Hier. Kromayerum*, *Mart. Geierum*, & qui nuper admodum (*A. 1702.*) *mortalitatem suam explevit, Val. Friderici*, *audivit*, atque, ut *eruditionis suæ ederet specimen*, *R. D. Kimchii Commentarium in Malachiam* in latinam transtulit linguam. *Anno 1661. Jenam* visitavit, atque in *Mathematicis Erh. Weigelium*, in *Oratoria Ecclesiast. Sebast. Niemannum*, in *Theologicis* verò *Christ. Chemnitium* ac *Job. Ern. Gerbardum* sectatus est, & post alias *Dissertationes Diicursum Academicum de Fide demonum*, *Præside D. Christ. Chemnitio A. 1663. d. IX. Maji* (pl. 5.) instituit. *Studiis in hac Acad.*

absq-

absolutis statim, post habitam illam Dissertationem, Patriam re-
petiit, sed ignea vis ingenii ipsum ibidem non adeò diu deside-
re passa est, hinc varias peragravit regiones, atque in *Germania*
ut & *Belgio* ac *Dania* Viris eruditissimis innotuit. Cum *Sora* in æ-
des & convictum *D. Georg. Wizlebi* receptus esset, vicarias quidem
operas sancti officii nutu Theologi hujus eximii per temporis spa-
tium sustinuit, verum *A. 1667.* domum reversus ad Diaconi mu-
nus in *Aide Nicolait.* quod *Joach. Ultechtius* morte sua vacare fecit,
fuit vocatus. *A. 1690.* ad Pastoratam illius Ecclesiæ transiit, & per
XXXVI. annos utrumque officium egregia diligentia, variis non
semel exercitatus tentationibus, administravit. *A. 1691.* in *Acad.*
Witteb. D. SS. Th. fuit renunciatus, habitâ prius (id quod planè ex-
traordinarium erat, atque singularem Viri eruditionem manife-
stè declarabat,) *d. V. Febr. Dissertatione Theologica de Samaritanismo Pon-*
tificio-Sociniano-Fanatico, in articulo de *Bonis Operibus,* eorumque *Per-*
fectione. (pl. 7.) Quam demum insecuta est *Dissert. Inauguralis pro*
Gradu, Autore & Præfide *D. Casp. Læschero, D. XIX. Febr. De Traditio-*
nibus Pontificiis, quæ ex propriis Pontificiorum fundamentis evertuntur,
(Hæc secunda est *Dissertatio,* prout ex §. 2. colligi potest, prima verò
A. 1687. cui titulus, *Sorex Romanus suo se indicio prodens,* h. e. *Tradi-*
tiones Pontificiæ, semetipsas evertentes, habita est *Resp. M. Gazio*) pro-
posita. (pl. 7.) Conjugium iniit *A. 1667. d. 11. Dec.* cum *Sophia Fabri-*
cia, D. Jac. Fabricii Prof. Publ. Mariani Templi ap. Sedin. Pastor. &
Superint. Pomer. Filia, ac modò *dicti Antecessoris* vidua, quæ ipsi
unicum filium *Jo. Fabricium* (cujus in *Nov. Lit. T. VI. pag. 244.* men-
tionem injecimus) peperit. Nuper ante *Paschatis Feras Asthma*
Cachecticum ipsum, sacris in templo occupatum, invasit, quod &
cum febris lenta pariter accederet, Eum morti tradidit, postquam
annum ætatis *LXI.* cum *septem Mensibus* attigisset. Concionem
Funebrem habuit *D. Jo. Frid. Mayerus, Superint. Generalis, (1. pl. f.)*

STRALESUNDÆ;

Ulterius peregrinantium commodo inservire studuit *Dan.*
Joachim Vaky, cujus curâ jam olim in lucem edita fuit duplex de-
signatio vernacula, quarum altera accuratam tabellariorum tam
advenientium, quàm abeuntium recensioem exhibet; altera
vero

verò pretium indicat, quod non tantum pro literis, d. & personis mercibusque hinc inde transferendis exsolvendum vid. *N. L. T. III. p. 10.* Sed & ipse jam ante aliquot annos editò libellò, cujus titulus: *Schwedischer Wege-Weiser* / nihil aliud egit, quàm ut peregrinantibus eorumque commodo, quâ posset diligentiam, confuleret.

Cum v. ita quidem aliis viam in Sueciam aperuisset; non tñ. æquè Suecis, qui ad exterar oras excurrere gestiunt, suam navasset operam, id laboris sibi dari credidit, ut pro eo, quò fertur in nationem illam, propenso animo ipsorum quoque desiderio extensiore quadam manuductione satisfaceret. Hinc nuperime librum publici juris fecit, quem inscripsit: *Schwedischer und Teutscher Wege-Weiser*. Aversa pars paginæ ea, quæ librò continentur, uberius recenset. Redeunt a. huc ferè omnia. Totum opus in tres partes dividitur, quarum prima illud, quod seorsim alias prodiit, sistit aliquantulum auctius Sueciæ Itinerarium. Ope hujus peregrinantibus inde Stralesundâ Holmiam usque via monstratur, quæ primò omnium Istadium in Scandia dirigitur ac inde porrò, quatuor modis pro lubitu variata, ad regiam urbem tendit. Non intermittit Autor apponere pretium, quod Stralesunda Istadium petentibus solvendum est c. I. §. 1. atque dein per totum iter pro uno milliari Suecico exigitur §. 6. Sequentibus V. Capitibus quatuor illas, quæ Holmiam ducunt, diversas vias ordine prosequitur, ita ut loca omnia, quæ peregrinantibus in hac l. illa via occurrant, singulatim recenset, distantiam locorum accuratò calculò notet, & siquid in locis transiendis visu dignum sit, id omne levi penicillò adumbret. Quin etiam ea, quæ à regia via non procul distant, rarioris artis aut naturæ monumenta indicat, ut curiosi eò absque magnis Sumtibus possint deflectere. Ubi ad metropolin Regni perventum, brevi descriptione Urbis datâ, inde Upsaliam tam novam, quàm veterem excurrit c. VII. atque ita itinere absolutò primæ parti operis finem imponit. Annectit tamen huic V. breviores Appendices, quarum Ima, in una tabula junctim proponit & locorum distantias & pretium solvendum, ut ita peregrinantes uno intuitu ex tabula hac non solum milliaria conficienda, sed & sum-

tus impendendos possint colligere. IIda. Viatorem de reditu sollicitum aliquot monitis instruit atque ita instructum Stralesundam, unde venerat, reducit. Illtia ordinem Tabellariorum Stralesundæ vel advenientium vel abeuntium exponit. IVta linguæ Suecicæ ignaris brevi dialogo succurrit, qui phrasas in itinere necessarias peregrinô hoc idiomate exprimit & per Germanica adjecta explicat. Vta. denique peregrinantes ad nobiliora quædam Sueciæ emporia comitatur e. g. Gothenburgum, &c. moxque geographicâ totius Sueciæ descriptione finem facit. Secunda Pars operis in eo versatur, ut Suecis quoque via in exteras oras pateat. Unde Autor, discrimine milliarium prius annotatô p. 5. sq. Rugiaque, Inſula, descriptâ, p. 7. seqq. primò omnium Stralesundâ Sedinum pergît p. 9. seqq. atque hinc modò Gedanum, Rigam, Revaliam, Fioniam ac Holmiam petit p. 37. seqq. modò Berolinum ac Lipsiam tendit p. 79. sqq. modò Vratislaviam, Poloniam & Vindobonam insequitur. pag. 128. sqq. Nec his contentus, insimul etiam illas vias fideliter emetitur, quibus ex nobiliore quadam Urbe ad finitimas eundum est. Sic enim Revaliâ Lubecam p. 77. Rigâ Dorpatum p. 78. Berolinô Magdeburgum & Francofurtum ad Viadrum p. 86. sqq. Lipsiâ Francofurtum ad Moenum p. 100. Dresdam p. 111. Egram p. 118. Vitembergam p. 120. Jenam p. 121. Halam Saxonum p. 123. Vratislaviâ Cracoviam p. 136. Warsoviâ & Vilnam p. 140. Thorunum & Gedanum p. 143. evagatur. Itinere hóc feliciter confecto, Stralesundam revertitur, novumq; abhinc iter Hamburgum fuscipit p. 151. unde iterum diversas vias ingreditur, quarum duæ Vindobonam pergunt, altera per civitates Imperiales, Noribergam & Ratisbonam p. 179. altera per Saxoniam & Böhemiam p. 199. Noribergâ Augustam Vindelicorum ac inde porro Venetias se confert p. 217. Hamburgum retrogressus Lutetiam Parisiorum iter meditatatur, quod vel per Germaniæ Urbes, Francofurtum ac Argentoratum p. 235. vel per Belgii Civitates, Amstelodamum, Rotterodamum &c. absolvit. p. 265. Lutetiâ Londinum properat p. 312. Angliæ visurus ornamenta. Sed in iis, quæ Italiâ, Galliam & Angliam concernunt, studiô brevior est, cum spem faciat, velle se hæc peculiari scriptô prolixius cum Deo ac die

die profequi. v. p. 230, 312, 315. & 332. Unde missis his in præsentiarum nihil amplius adjicit, quam recensionem viarum, quæ Hamburgò proficiscentes vel Berolinum p. 318. vel Slesvicum p. 320. vel Kilonium pag. 321. vel denique Hafniam deducunt pag. 323. In his omnibus facundum non minus, quam utilem se præbet itineris comitem, cum non solum ordinem locorum, quomodo alter alteri succedat, una cum computatione milliarium ubivis præmittat, sed & præstantiores Urbes brevi descriptione illustret, ea, quæ vel personis illustribus, vel eruditis vel mercatoribus in iis observanda sunt, concinnè enarret, diversoria melioris notæ commemoret, Tabellariorum & adventum & abitum significet, quandoque etiam pretium in itinere solvendum apponat, & tandem, ubi integram regionem peragraverit, ejus situm ac conditionem perspicuâ brevitate delineet. Sub finem Partis hujus duos reperies indices, quorum alter ordinem viarum, qui in ipso tractatu placuit, in compendio repetit, alter nomina Urbium juxta ordinem literarum digesta exhibet. Adduntur ad pietatem promovendam precum formulæ, quibus peregrinantes quacunque occasione possint uti. Superest III^{ta} Pars operis, quæ tribus, ut vocat Autor, appendicibus absolvitur. Ima earum de diversis diversarum urbium monetis agit, dum differentiam earum affert, & quomodo per tesseras nummarias commutentur, explicat. Ista discrimen ponderis ostendit; III^{ta} denique de diversitate mensuræ quinque paragraphis differit, breviterque insinuat, quantum utilitatis peregrinantes exhausta prius aliquali de Mathematic. disciplinis cognitione sint percepturi. (1. Alph. 2. plag. in Oct. obl.) *Stralsund gedruckt bey seel. M. Meders Erben 1703.* quorum studium non tantum eam ob causam commendandum est, quod suis sumtibus ac typis multa elegantioris literaturæ scripta cum erudito orbe communicent, sed quod insuper varias figuras infinitis Labyrinthis spirabilibusque ductibus delineatas curiosorum oculis exhibeant, sicuti nuperrimè adhuc in repræsentandis cunis artificium hoc cum laude præstiterunt.

Typis *Heredum Mederianorum* prodiit Catalogus Librorum *B. M. Theodori von Essen*, Pastoris & Præpositi *Bardensium*, qui *D. XXVI. Mart.* Auctione publica *Sundii* pluris licitantibus prostant. (2. plag. 8.)

NOVA LITERARIA
GRYPHISWALDIÆ.

D. X. Nov. Sub Præsidio *D. Jo. Frid. Mayeri*, PP. Theologi illius Lipsiensis, *B. D. Henr. Höpfneri*, Commentarium in *Psalmum VI.* ex *MSS*to editum, defendendum proposuit *Thomas Witton*, Crina-Pomer. (s. pl. 4to.)

Celeberrimi & accuratissimi *Höpfneri* Commentarium in *Psalmos ἀνώνυτον* ab universo Eruditorum choro anxie huc usque desideratum expetiturque fuisse, ex *Præfatione* illa, quam *D. Sam. Ben. Carpzovius*, Theologus Saxonicus, supra omnem laudem positus, *Disput. B. Parent. Isagog.* præmisit nuper, constare arbitramur. Ita enim pag. 23. scribit: *Omnes, quorum ea res in manu, publicâ voce obtestor, ne optimam illam mercedem extrudere morentur. Cui mantissam adjudicare continuatio illa B. Parentis poterit, quâ Præceptoris laborem imitari annisus est, eo, uti spero, successu, ut nequaquam, quod Poëta ait,*
- - - - - *turpiter atrum*

Desinat in piscem mulier formosa supernè.

Laudem ergò meretur singularem Vir de universa Re Literaria, excellenter meritus *Præfes* hujus *Dissertationis*, quod *Höpfneriana* *Κεμήλια* è tenebris in lucem protrahere in animum induxerit. Hæc enim, ut & illa, quæ *B. Höpfnerus* in *Seberi Hortulum Biblicum* est commentatus, & nunc pariter sub prelo sudant, nemini non grata acceptaque fore, his ipsis auguramur.

Mense Decemb. Eodem *D. Mayo*, PP. Præside, quatuor Juvenes, *Henricus* puta *Gabel*, *Stada-Bremens.* *Henr. Beye*, *Palæogæa-Bremens.* *Mart. Gabriel Kunhard*, *Oberndorffio Bremens.* & *Gerhard. Bertholdi*, *Wilstæd. Brem.* Supra nominati *B. Henr. Höpfneri* Commentarium in *Psalmum IIX.* è *MSS*to editum, & *D. Jo. Diecmanno*, ex voluntate ipsius Præsidis, inscriptum, publicæ disquisitioni subjecerunt. (11. plag. in 4to.)

Num verò hic *Commentarius* in *Ps. IIX.* jamdudum *A. 1646.* in lucem publicam fuerit editus, prout in *B. Spizelii* *Templo Honoris* pag. 153. notatum legitur, inquirere nostri non est officii, gratum potius beneficium Orbi Evangelico præstitisse Editorem nostrum fatemur, quod egregias hæc *Observationes Exegetico-Porismaticas*, quibus *Liber Psalmorum* illustratus est, omnium conspectui exponere meditetur.

GEDANI

GEDANI.

DN. GEORGIO HENRICO GOETZIO, Doctori Theologo & Lubecensium Ecclesiarum Superintendenti,
Gabriel Groddeck, Gedan. Prof. & Bibliothecar.

S. P. D.

Ex quo tempore Amicitia Tua frui mihi licuit, cui primum & solidum fundamentum jecit Nobiliss. Frater Tuus, Vir nunquam satis pro meritis honorandus, gratum mihi, supra quam verbis possum exprimere, fuit, quod nostri memoriam & amorem adeo constanter servaveris. Cumque non modo literis humanitatis plenis, sed & oblatis subinde munusculis ex divino ingenio Tuo profectis, quanta sit Tua erga me Benevolentia, declarare mihi solitus sis; inter reliquas quidem doctas lucubrationes Tuas, quibus me maectatum ivisti, non parum admiratus sum Singularia illa, quæ de Reliquiis Lutheri diversis in locis asservatis, nuper ad me mittere dignatus es. Pro quibus jam tum, Vir Excellentissime, Tibi gratias, quas poscebat tantum Beneficium, per literas retuli, atque nunc iterum quantis me Tibi agnoscam esse devinctum beneficiis, libere profiteor. Postquam vero eximius ille Amor Tuus jam dudum ad mutua charitatis officia me provocaverat, probitatis Tibi partem aliquam testaturum me esse credebam, si eodem tempore de insigni aliquo monumento, quod divini illius Viri manu notatum, & in Magnifici Senatus nostræ Civitatis Bibliotheca Instructissima reliquum est, mentionem aliquam moverem. Nec intempestive facta fuit istius scripti memoria. Statim enim maximo Te illud pernoscenti desiderio teneri testatum mihi fecisti, & quia publicæ etiam interesse rei, ut plenorem illius notitiam haberet, existimaveras, plus vice simplici me obtestatus es, ut quæ ibi occurrerent cuncta, exciperem publicæque luci exponerem. Qua in re etsi ab initio hærerem, tamen prætermittere hoc officium nolui, quod me studium meum candoremque Tibi illo testari posse intelligerem. Accipe itaque, Vir Eruditissime Reliquias illas, quas à me efflagitasti, & cum iis fac pro arbitrio Tuo. Quod si tanti momenti eas esse judicas, ut lucem aspicere possint, memoriam nominis Lutheri amplissimis hisce monumentis ulterius consecra, sin minus, Vulcano omnia tradens, famæ ejus meæque parce. Scrib. Gedani d. IX, Febr. MDCCIV, K 3 Inter

Inter Manuscriptos Codices, (quibus æquiparare soleo libros Doctorum Virorum manu notatos,) quos Bibliotheca Gedanensis publica possidet, asservatur *Psalterium Hebraicum typis Frobenianis* minori forma excusum, quo B. *Lutherus* olim tanquam manuali usus est. Ad illum enim librum istum pertinuisse, tum ex variis annotatis, ejus calamum præ se ferentibus, tum ex aliis adscriptis notis, quæ ejus vitam concernunt, manifesto colligi potest. Utut vero in anteriori involucri parte, *Philippi Melancthonis* nomen & quidem ipsius manu (ut ex collatione aliorum scriptorum ejus observo) adscriptum sit, ad cujus calamum etiam illa verba refero, quæ ibidem leguntur: *posteriora mea videbis, faciem meam non videbis*, reliqua tamen omnia ab alio calamo, nempe Lutheri, profecta sunt. Et in posteriori quidem istius involucri parte hæc verba leguntur: *Anno 1518. absolvit me D. Staupitius ab obedientia ordinis & reliquit Deo soli Augustæ. Anno 1519. excommunicavit me Papa Leo ab Ecclesia sua. Et sic secundo ab ordine absolutus sum. Anno 1521. excommunicavit me Cæsar Karolus ex imperio suo. Et sic tertio sum absolutus.* Reliqua à vermibus corrosa sunt. Præterea in ipsius impressi psalterii primo folio, quo inscriptio sive titulus libri cernitur, superne scriptum est: *Anno 1483. natus ego.* A latere vero hæc verba se aspectui offerunt: *Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet. Esai XLII.66.* In altera ejusdem folii columna reperitur *præfatio hebraica Conradi Pellitani Rubeaquensis Or. min.* cui hæc interlinearis versio adjecta est: *Benedictus Dominus Deus exercituum, qui in miserationibus suis replevit orbem terræ & plenitudines ejus scientia Dei nostri: & notum fecit omnibus gentibus, quod Dominus unus & nomen ejus unum. Et convertet ad populos labium electum ad invocandum omnibus in nomine domini ad serviendum ei humero uno. Et laudabunt eum omnes familie populorum in lingua sancta, quia magnum est & laudabile nomen ejus in æternum.* Jam quod præcipuas observationes, (quædam enim ob vetustatem deletæ sunt, & vix amplius legi possunt) quæ per integrum librum ad marginem occurrunt, attinet, inter illas quasdam optimæ notæ esse, alias vero, prout menti primum sese obtulerunt, additas fuisse, fateri oportet, quæ etsi non ubivis divini vatis sensum exprimant, negligi tamen propterea a me non debuerunt, quod

aliis

l iis contemplationibus occasionem præbeant. Sunt autem, quæ sequuntur, juxta Psalmorum ordinem: Commata sive versiculos ego addidi, nam in Frobeniano exemplari hæc distinctio prætermissa est.

Psalm.

V. 2. **הנהיג** (**הנהיג**) meditatus est ut Psal. 39. in meditatione mea exardescit ignis.

VI. 8. **עששתי מכעס עיני** (**עששתי מכעס עיני**) Pf. 30. Conturbatus est in ira oculus meus.

VII. 5. Si reddidi pacificis mihi, malum, & extraxi tribulatores meos sine causa, i. e. Et si multum sanguinem fudi, ut illi dicunt, nunquam tamen feci malum iis, qui pacem coluerunt mecum. Hostes vero non nisi plenos & probe meritos expugnaui.

VIII. 3. **להשבת**] ut deleres, conculcares, melius autem, ut abjiceres sicut peripsema, vel cessare faceres & sabbatifikasi. Pf. 45. masbit, confringet arma.

IX. 19. Hic negatio in totum versum vergit. Expectatio mansuetorum non peribit.

X. 2. Qu. papa exurit suos hostes.

4. Non est Deus omnium cogitationum ejus,

5. Parturient via ejus omni tempore altum, i. semper nititur altus esse. Vel: prophanabunt via ejus omni tempore altum, i. e. Deum & quæ Dei sunt. Hic est qui extolletur super omnia, polluit & prophanat omnia.

6. **אמר**] Libere agit, libere loquitur in eos.

9. Abscondent i. occulte in eos videbunt,

10. Et conterens incurvabit & cudet in viribus suis pauperes, i. irruet, conteret & cadere faciet & omnia incurvabit.

XVI. 2. Non bene habeo propter te. i. morior propter te. Jer. 15. propter te sustinui opprobrium, non propter te bene habeo. i. male habeo propter te.

XVII. 3. **כל יעבר פי**] Prov. 8. & aquis, ne transfret os suum.

11. Gressibus nostris nunc circumdederunt me. i. e. observant omnes incessus nostros, ut me capiant. **אשר** gressus Prov. 14. altitudo considerat gressus suos. Pf. 40. & direxit gressus meos.

15. **אשבעה**] plenus ero.

- XVIII. 37. קרסלי) tali mei.
- XX. 7. Quod solius Dei sit salvare Regem.
- XXII. 4. Et tu sanctus habitator inter laudes Israel.
16. ולעפר) Periphrasis & allegoria, non enim in pulverem abiit.
17. כארו) Sicut leo.
- XXIII. 5. Panis facierum, aqua facierum. i. e. proposita ad conspectum. Prov. 27.
- XXVII. 6. סביבות) Qui sunt in circuitu meo.
12. ויפה חמס) Et libere loquens injurias.
- XXIX. 6. Secen sicut vitulus præ gaudio & sicut filius unicornum, saltans & currens præ gaudio. Ps. 114. montes exultaverunt ut arietes.
- XXX. 6. רנוע) Subitum vel momentaneum, ut Apostolus vocat.
- XXXII. 7. Exultationibus crepti circumdabis me.
- XXXV. 12. In dolore eorum, wenns yhn libel ghang so tratwret ich / wenn myrs libel geht so lachen sie.
14. Sicut lugens mater obscurus inclinabo. i. incedebam prostratus & submissus sicut mater lugens.
15. Et in crurifragio meo lætati sunt & congregati sunt. Congregati sunt super me claudi vel percussiones & non cognovi, fiderunt & non siluerunt vel non cruentaverunt.
16. In hypocritis & subsannatoribus escæ, vel in hypocritis subsannatorum escæ, i. utuntur talibus contra me, qui solum escam quærunt, & ob hanc me subsanniant & frendunt.
20. Et super subitos terræ. i. super pios subitis fluctibus passionum expositos.
- XXXVI. 2. Definitum quid facturus sit impiis. Spe Evangelii etiam de papa dicitur.
3. Quum blanditor est ad eum in oculis ejus. i. quicquid loquitur, blanditia est.
- XXXVII. 1. Indigneris. Erzürne dich nit.
3. Et pascere, fide, i. age in fide & fideliter, fidens in Deum & fidelis hominibus.
5. Er wirtts wol machen.
7. מזמות) Mutterwille.
35. סתערה) ab ערה nudavit, effudit, obtexit. Est ergo sensus; impius ille omnia textit & complexus est, macht sich breytt.
98. Impiis nihil est reliquum.
- XXXVIII. 3. נחתובי) drucken mich. 54.
7. Büße dich / byn gekrümmet.
- XXXIX. 4. Turbatus est, confusus, yer worden / weys nit was ich thun soll. Paulus Gal. 4. Confundor in vobis.
14. ואבליגה) Contentus ero, wils lassen gut seyn.
- XL. 5. Qui posuit Deum spem suam.
7. Quia fides sola requiritur, quæ per auditum verbi venit.
- XLII. 3. Eyn Tlesse rufft der andern / von der Stymme deyner Bluten. Alle deyno Wellen und Wogen sind über mich gangen.
- XLIV. 19. Negatio super totum versum feratur sic. Non recessit retro cor nostrum & non declinavit gressus nostros à semitis tuis. XLVL

XLVI. 10. Cessare, sabbatizare facit.

XLIX. 8. Neque fratres neque amici redimere possunt in die malo, neque dant pro anima ullius placationem.

L. 20. Sedebis, loqueris, dabis. i. e. *solltestu myr das thun.*

LI. 7. Gnōnæ.

16. Sanguinibus, i. reatu homicidii, de quo lex præcipit. Hujus legis vim sentit & metuit mortem.

LII. 3. Quid gloriaris in malo potentis, sc. in malo Saulis.

7. Confringet, abradet, i. abjiciet sicut abrasum.

LIV. 2. **פְּסִיִּים** Pices nigri, fetere facientes. i. Detractores, accusatores.

LV. 20. **מְשִׁיבֵי רֵחַ** Mutationes, alterationes, manent enim sub lege.

22. Leniverunt plus quam butyra os suum & bellum cor ejus. Molliverunt verba ejus plus quam oleum & ipsa sunt gladii vincula.

23. Offer te Domino, i. quicquid tibi allatum fuerit.

LVI. 11. In Deo laudabo verbum, i. verbum Dei laudabo & in eo hærebo.

LVII. 2. Nonne vere mutam justitiam loquimini, i. verissimum est, quod docetis mutam justitiam, i. vestram quæ Deum non laudat, nec ipse eam exaudit, sed mea sententia hæc, si sane justitiam vere loqueremini, recta indicaretis filii hominum. Nunc autem in corde operamini iniquitates, in terra, quid est, nisi quod ab utero errant impii, vel sic: vere neque justitiam aliquando loquemini neque recta indicabitis filii hominum? vel sic: verene est hoc loqui justitiam & recta indicare filii hominum?

8. Erunt reprobi, reprobabunt, sicut aqua ambulabunt sibi. Gen. 49. Effusus es sicut aqua. Ita: Current sibi sicut aqua. Intendent sagittas suas, sicut infirmabuntur.

9. Sicut cochlea liquefcit, sic ibunt sicut abortivum mulieris, sic non viderunt solem. Sensus est, cito peribunt & non pervenient ad finem & intentum suum.

LXVIII. 10. Deut. 23. Et falcem non **אָנְיָן** in segetem. Et 27. ferrum non tetigit. i. non duces ferrum super eos **לִפְנֵי אָנְיָן**.

LXXII. 3. Levabuntur montes pacis & colles in justitia. Præfides erunt in pace & justitia.

LXXIII. 7. Exivit oculus eorum ab adipe, i. ex abundantia cordis præsumptuosissimi omnia audent. Exire oculus est eorum faciem prodire & publice aperire cum fiducia. *Ibid.* Imaginationes, *was sie nur denken mögen*/hoc faciunt & plus quam cogitent.

LXXVIII. 57. Versi sunt sicut arcus doli.

ult. Er leydet sie/regleret sie mit ganzem Herzen / und wartet ihr auß allerseitsigst. Et stund ihn für. Er wendet sie auch mit aller Treu und subdet sie mit allem Bletsß.

LXXXI. Est forte hic Ps. argumentum quod Israel Epetur (hoc vocabulum non intellexi, nolui tamen aliud in ejus locum ponere) ad futurum Ev-

angelium, quod prius non audierunt, sicut Joseph figurat in Ægyptum veniens & labium ignotum audiens.

LXXXIV. 7. Induet doctor.

11. *Der Thür hütten* quam durare.

XCIV. 11. Quod istæ cogitationes sint artis & ingenti.

16. Quis insurgit mihi cum malignis. i. Quis ex illis cum me. Vel. Quis mihi astabit agenti cum illis, & hoc melius est.

XCVII. 7. Adorate eum omnes dii: angeli Psalm 8. Hinc Elohim certe filios Dei significat.

CV. 18. Ut illud Luc. 2. tuam ipsius animam pertransibit gladius.

CX. 3. *נְדָבוֹת* Proprie voluntarios *נְדָבִים* principes vocant.

CXIV. 4. Ps 28. Et exultare eos fecit sicut vitulum.

CXIX. 29. *הַנָּנִי* Gen. 32. filii quos mihi Deus *נָנִי*

CXX. 7. Ego pacis, sicut Gen. 48. ecce ego mortis & Jos. 1. Moses servus meus mortis.

CXXVII. 2. Vanum vobis matutinantibus surgere tardantibus sessionem, manducantibus panem afflictorum. i. Frustra est quod cito surgatis & tarde cessetis, quod non operando sed credendo & nascendo sint filii Dei.

CXXXVIII. 2. Super omne nomen tuum: eloquium tuum. i. sicut dixisti ita fecisti, quicquid de te dicitur ac nominatur, hoc implevisti, ut sit omne tuum!

CXXXIX. 5. Finxisti me in præteritis & in futuris meis.

16. Imperfectum meum viderunt oculi tui & in libro tuo omnia scribuntur. Dies formabuntur & non unum in eis.

CXLI. 10. Illi cadent rhetia: ego autem satis ultra transibo, i. non capiar sed præteribo.

CXLII. 8. Educ è claustro & monasterio.

CXLIV. 13. Oves nostræ militantes (i.e. multa milia facientes) & centena miliantes in compitis nostris. Boves nostri onusti (multa portando & laerando) non est disruptio, non est exitus, non est clamor (sc. luctus & doloris de malo interiori) in plateis nostris.

REGIOMONTI.

D. XI. Januarii. De Quantitate Orationis & Prudentia circa eandem observanda disputavit M. MICHAEL SCHREIBER, Eloqui. & Historiar. P. P. Ord. Bibliothec. Wallenrod. Respondente Daniele Funck Insterb. Pruffo.

D. XIX. Jan. SOLENNITAS ANNUA CORONATIONIS S. R. M. Prussiae in Templis, & d. 19. in Academia Regiomontana Oratio. ne Panegyrica & concentu mulico devotè celebrata est.

D. XXII.

D. XXIV. Jan. De Canone illo Philosophico; *Omnes Homines natura scire desiderant*, ex Arist. lib. 1. Metaph. cap. 1. Dissertationem Metaphysicam habuit M. PAULUS RABE. Log. & Phil. Prim. Prof. Publ. Ordin: Resp. Wilhelmo Wilche, Memelâ Prusso.

D. XXVI. Ejusd. Dissertationem Politicam, sistentem *Legatum Religiosum*, sub Præsidio M. Georgii Heinen Regiom. Prussi habuit Johannes Victorinus Gregorovius, Schiffenb. Pruss. S. Theol. & Phil. Stud. Auctor.

D. XXI. X. Ejusd. De Canone illo: *Omnia Doctrina & Disciplina Dianœtica ex antecedente sit cognitione*, ex Arist. lib. 1. Post. Anal. c. 1. Disputationem Analyticam habuit M. Paulus RABE, Log. & Phil. Prim. Prof. Publ. Ord. Respond. *Christiano Schwenckenbecher*, Regiom. Prusf.

D. XXXI. Jan. IDEM Præses, De Proprio ejusque Divisione *Aristotelica, Porphyriana & Platonica*, Disputationem Dialecticam habuit, Resp. *Johanne Friderico Kunsmann* Bartenst. Prusso,

THORUNII.

D. *Pauli Hoffmanni*, Minist. Evangelici Senioris, *Orationes Funebres* in Saxonia olim habitæ, & quarum mentio facta est in *Nov. Lit. T. IV. p. 15* nunc demum *Dresdæ*, cura Filii ipsius, *Pauli Gottlieb Hoffmanni*, in *N. L. T. II. p. 11. & T. III. p. 37.* laudati, & nunc in *Acad. Lips.* recens creati Magistri, conjunctim prodire, hoc titulo insignitæ:

Die beklagte und getröstete Sterblichkeit in XXIV. auserlesenen *Abdankungsreden* vormahls von einem nunmehr alten berühmten Theologo, an unterschiedenen Orten des Churfürstenthums Sachsen gehalten/und einzeln heraus gegeben. jeho aber von desselben zu Leipzig studirenden einzigen Sohne/*Paul Gottlieb Hoffmann*/verhoffentlich zu guten Nutzen/und Erbauung vieler Personen nebst einer angehengten *Geistl. Trost-Schrift* und etlicher *Leichen-G.* dichten zusammen gefasset samt einem Register der vornehmsten Sachen. *Dresden 1704.* bey *Joh. Christ. Zimmermann.* (1. Alph. plag. 7. in 8.)

RIGÆ.

D. XXV. Nov. M. *Jacobus Wilde* Utr. Eloqu. & Hist. PP. peculiar. programme, in laudem sexus fœminici scripto *Orationem Bernhardi Elsingii*, de *Sexus Fœminici in Literas & Literatos Studia ac Meritis*, recitatam, intimavit. (plag. 1. 4.)

Mense Augusto scriptum prodiit vernaculum 32. hymnos sacros, in totidem fidei vitæque Christianæ capita, complexum. cui titulus:

Et Guds Bæns forlyssende fornøvelse / udi sin Guds / efter Hertzens egne ord & anvisning/ em hveris Christendoms Hæver = Stykke. r udi XXXII Sange forfattet af Hans Hansen Bernhoffs hetsbuch. Hos Jacob. Schmetgen.

1703. 9 $\frac{1}{2}$. plag. in 8.

Prælo quoque liberata fuit gemina *D. Erii Græve, Episcopi* quondam *Aarhusiensis* & oratoris disertissimi, *Concio parentalis*; *Erii* quidem in funere *Margarethæ Bangiæ. D. Erii Monrath*, primum *Midtelfartensis* in *Fionia*, inde *Havniensis* ad *S. Spirit.* Pastoris *Primarii*, ac demum *Episcopi Ripensis*, viduæ, *Ann. 1669.* ante *34.* circiter *Annos Arhusii* habita, nunc autem curante *Filio Beata, M. Friderico Monrath*, Præposito *Guldtrandsdallensis* & Pastore *Ogerensi* in *Norvegia*, edita, cui inscriptio:

Erckveræs Gudelige Forhold i Enslighed / Endernesfallsge Tilhold i Evtighed è 1. Tim. 5. v. 5. cum præmissioe Prov. 31. v. 25. Exordio. 18. Plag. in folio.

Posterior vero in funere *M. Johannis Rhumanni* Pastoris quondam ad *Templum Cathedrales. Clementis. & Canonici Aarhusiensis, Nomarchiæ Hasloensis Præpositi, A. 1676. d. 16. Oct.* habita, nunc aut. a memorato *B. Affine M. Monrath* edita cum titulo:

En God Præstes Eftlæmiste frasin Wienslighed og gode Forhold for hans Eftlæmiste ex Act. 20. v. 25. 26. 27. cui Exordium è Gen. 48. v. 21. præmittitur, insertaque B. Biographia, cujus hoc esto compendium.

Natus fuit *B. Rhumannus* *Havniæ A. 1622. d. 3. Martii, Patre M. Wolffgango Rhumanno, Logices Professi. P. & Matre Botilla Joh. Filia. Positis in Schola primum Othiniana, deinde Sorana, studiorum fundamentis, civibus Academiæ Havn. adscriptus A. 1642. Baccalaurus artium A. 1544. a Th. Bangio, & A. 1649 M. Philosophiæ a M. Jac. Finchiotreatus. A. 1647. in familiam D. Casp. Et. Brochmanni adscitus, cujus aliquot Annos *σύνουζ* fuit, mox ab *Illust. Christiano Thomæo Sehested, Regni Cancellario, moderator studiorum Filii, Erii Seestedi, postea Domini de Lyckesholm & Commissarii Provincialis, delectus, quibus triennio præfuit, donec A. 1653. 27. Novembr. M. Jacobo Canutio ad Prof. Th. Acad. Havn. vocato, successor, Templo a. Aarhusiensium Cathedrali Pastor Primarius, Capitulo Canonicus & Nomarchiæ Hasloensi Præpositus daretur, quibus officiis, (ducta interim A. 1659. d. Decembr. uxore *Anna Monrath, D. Erii, Ripensis Episcopi, Filia, ex qua unicum Filiam M. Henrici Blichfeldii* (de quo nuper) hodie viduam suscepit.) functus usque ad A. 1676. d. 27. Septembr. quo decessit. Præter varia, quæ (Studiolosus Præfes) in Collegiis Regio & Walckendorphiano ediderat eruditionis Academicæ specimina, *Antiquitates etiam & monumenta Aarbusiensis* collegisse dicitur, quæ ad Generum *M. Henr. Blichfeld* devoluta feruntur.**

Hac occasione, dum illas memoramus pridem editas conciones, prætermittere non possumus *Catalogum Concionum funebrium*, plusquam 350. maximam partem *Danicarum*, 1 $\frac{1}{2}$. pl. in 4to. hoc ipso mense editum.

Menſe Septembr. Typis vulgata fuit *Havnæ, Johannis Wandalini Fil. SS. Theol. D. & Profeſſ. Bim. & in Colleg. Conſiſt. Aſſelloris, Τπολυπλωσις Sanorum verborum, ſive Brevis expoſitio S. Theologiæ, in theſi & antitheſi, ſolius Scripturæ ſ testimoniis confirmata, & in juventutis, Eccleſiæ Miniſterio conſecrata, & gratiam facillimam hac methodo adornata.* 1. Alph. 3. pl. in 8.

Cujus œconomiã monſtrat Index Capitũ; Quorũ poſt Proemium de Theologia p. 1. Cap. 1. de Scriptura Sacra p. 8. C. 2. de Deo Tri-uno p. 22. C. 3. de Creatione, Angelis Bonis & Malis, Hominiſus primis & Imagine Dei p. 44. C. 4. de Providentia p. 58. Cap. 5. de Peccato ejuſque origine, propagatione & effectibus p. 66. Cap. 6. de Chriſto Θεωϋ Δρωπων p. 86. Cap. 7. de Gratia ejuſque Actibus, in ſpecie Prædeſtinatione, Vocatione, Regeneratione, Juſtificatione, Renovatione p. 126. Cap. 8. de Converſione Hominiſus per Pœnitentiam, ejuſque conſequentibus Bonis Operibus p. 172. Cap. 9. de Lege & Evangelio ſub utroque Teſtamento p. 191. Cap. 10. de Sacramentis V. Circumciſione & Agno Paſchali, & N. T. Baptiſmo & S. Cœna p. 219. Cap. 11. de Eccleſia univerſali & repræſentata p. 266. Cap. 12. de Tergemina Hierarchy, Eccleſiaſtica, Politica, Oeconomica p. 290. Cap. 13. de Sex Noviſſimis, Morte temporali, Reſurrectione, Judiciio Extremo, Vita æterna, Morte æterna, Conſummatione ſeculi p. 331. Cæterum inſtituti ac methodi rationem breviter ſic aperit celeberrimi Autoris præfatio; quod tam proficientibus quàm incipientibus conſulturus: *Primum* cenſuerit non eſſe multiplicanda doctrinæ capita præter neceſſitatem, ſed, quæ ſub uno genere comprehenduntur, in uno capite tractanda, e. g. Cap. 7. ſub tit. de Gratia Dei in Chriſto ejuſque actibus, complexus ſit doctrinas cognatas de Prædeſtinatione, Vocatione, Regeneratione, Juſtificatione, Renovatione &c. ut hac ratione tum memoriæ diſcentium, tum captui prodeſſent; ut uno conſpectu quamlibet doctrinam in ſe & in partibus conſtituentibus atque non temere ab invicem divellendis integram ſibi proponant, tum & ipſarum inter ſe partium connexionem & ſequelam obſervent. *Secundò* Definitiones in formam, quam fieri potuit, breviffimam contractas exhibeat, ita tamen ut ſingulæ totam comprehendant materiam neceſſariam &c. *Tertiò*: Scripturarum testimonia ad quamvis theſin, non omnia, nec pleraque, quæ quovis modo allegari poſſunt, ſed ea tantum recenſeat, quæ proximè & immediatè propoſitionem confirmant, & quidem duo vel tria ut plurimum; id animo intendens, ut θεολογόμενα noſtra non in πείθειſis ανθρωπίνης σοφίας λόγοιſis ſed in αποδείξει ipſius Spiritus S. conſiſtant 1. Cor. 2, 4. Quarta propter & ad vitandas argumentationes per conſequentiam remotam, dictis illis Scripturæ, quæ tales ſaltem includunt, adducendis ſuperſedeat. *Quartò*: nervum conſiſionis in dictis recenſitis nonnunquam, ubi opus eſt, paucis indicet; nonnunquam & eorum genuinum ſenſum evolvat, ubi res ipſa poſtulat, propter ψευδερμυνείαν των εξ εναντίας. *Quintò*: Singulis Capitibus quæſtiones aliquot ſubjecerit, de præcipuis quibuſdam eò pertinentibus controverſiſis; quas quàm ſuccinctè fieri potuit, expediſerit, cum unice in ſinem,

ut, cum elenchico Theologiæ studio non ita multi sint, qui ingenia sua exercent; hæc duo intelligant ad minimum, quas se. & a quibus præcipuè adversariis vera sententia patiarit contradictiones, & quibus illæ maximè e Scriptura S. argumentis refellantur &c. Denique hoc egerit sollicitè, ut qui proficere cupiunt, in succincta hac ἰποδυπέσει neque desiderent, quæ ullo modo necessaria inque majoribus συνήμασι καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος sæpe plus quàm est necesse, extenduntur, neque tamen a brevitate aliqua compendiaria absque causa discessum quærantur. Cæterùm ut potiores ubique controversias accuratè licet breviter tetigit, ita nec recentiores v. g. de termino gratiæ peremptorio cap. 8. p. 188. qu. 2. de Sabbatho N. T. cap. 9. p. 214. qu. 10. &c. relinquit intactas.

D. VI. Septemb. in Templo D. Mariæ Sacro jussa solvuntur Illustriss. atq; Excellentissimo Heroi CHRISTIANO GULDENLEWE Domino de Comitatu Samsøe, Baroni de Lindenberg, Equiti Ordinis Elephantini Aurato, S. R. M. Daniæ & Norveg. Archistratego Generali, Summo Cubiculo Regio Præfecto &c. &c. ingentium palmarum domi non tantum sed & foris in Gallia, Belgio, Italia &c. partiarum Heroi, majoris tamen spei atque expectationis, d. 15. Julii Orbiniæ in Fionia in ipso ætatis meritorumque & virtutum flore, variolis extincto, parentante ex Psalmi 103. v. 15. D. Hect. Gottfr. Masio, SS. Theol. Profess. P. Ordin. S. R. Maj. Dan. & Norveg. Concionatore Aulico, Cæterum universam in exsequiis ejus visam pompam funebrem, in Novis mensibus Havniensibus mensium Augusti & Septembris fusè descriptam cum hic inferere vetet prolixitas, solum hoc Decalichon imagini ejus appositum describemus:

Os oculosque Deo similis sic natus in ostro
Sanguine Semi - Deus conspiciendus erat,
Regis delictum! Regnorum gloria! Fulcrum
Pacis! Bellonæ fulmen! ubique LEO!
Formarunt vultus Charites, Cor finxit Apollo,
Juno, Themis, Pallas heic studiosa fuit.
Talis mellitus Nestor fortissimus Hector,
Talis erat, Talis MENTE, MANU Priamus,
Unum ast infelix deplorat Patria, Talis
Ah! immortalis non LEO noster erat.

D. XXII. Septembr. in Collegio Medicæo Dissertationem de Speculatore proposuit M. Laurentius Ludius Pet. Fil. Respondente Petro Erasmi Philof. Baccal. 3 $\frac{1}{2}$. pl. in 4. Post Proœmium de vocibus N. T. Latinis atque instituti ratione. Sect. I. verba Textus ex Marc. 6. v. 27. recitantur & variantes lectiones apponuntur. Sect. 2. a speciosis objectionibus Pasoris, Cornelii a Lapide, Jacobi Gothofredi vindicatur Speculator. Sect. 3. Σπεκκλάτωρα legendum firmatur variorum Auctoritatibus, atque Etymon vocis expenditur. Sect. 4. Officium Speculatorum exponitur, Carmines illos fuisse ostenditur, ut & Stipatores Principum, frequentes non solum in

Prætoria.

Prætorianis militibus sed & Legionibus ipsis; Eisdem qui Scultatores postea, *Señ. 5.* An ab exploratoribus differant speculatores? disquiritur, & contra affirmantes negatur. *Señ. 6.* Arma speculatorum memorantur. *Señ. 7.* Βαργύγυς Speculatores & Custodes Imperatorum, origine DANOS fuisse contenditur.

Prodiit quoque *Petri Jurieu* libellus Practicus de *Devotione, ejus natura & effectibus, contempta* item ejusque origine, tum denique mediis eam suscitandi, & Gallico Danicè versus a *Christiano Friderico Mayors*, ita inscriptus:

En meglit Gubelig Tractat, om Andagten/og dende Natur og Virckinger/ saavel som baade eyndelsen til dens foragt / som Naad og Midler til at antande og komme hende til at brende paa nye tigen etc. 13. plag. in 12.

E FIONIA.

Haud ita pridem in modico colle prope Arcem *Hinds Gaul*, non ita procul *Middelfardia*, a Rusticis terram fodientibus 9. reptaræ fuerunt *Urnæ sepulchrales*, ossium crematorum cinerumque & instrumentorum, complurium reliquiis plenæ, materiam haud dubiè ἀρχαιολογίας curiosæ variam daturæ, si diligentius lustrentur, sed quarum nos laculentiorẽ dare descriptionem nequimus liquida ἀυλόπτων relatione destituti.

TÖNNINGÆ.

Georgii Loffhagen, Medic. Doct. Serenissimi Cimbriæ Ducis
Medici &c. Observatio,

De Ridiculis ac Noxiis Remediis Antifebrilibus.

Quod Sanctissima penetralia castissima Medicinæ impudens agyrta, edentula anus, impurusque impostor, illotis manibus contrectare non erubescant, imò de laurea cum devotis ac indefessis illius cultoribus sæpius certent, magnus ille Philosophus Angliæ *Franciscus Baco de Verulamio*, suo loco notavit, *lib. 4. Cap. 2. p. m. 104.* de Augm. scient. perappositè scribens: *Poëtæ oculati planè & perspicaces fuisse videntur, cum Æsculapio Circem sororem dederunt, utrumque e sole prognatum: omnibus enim temporibus famâ & opinione vulgi sagæ & aniculæ & impostores, Medicorum quodammodo rivales fuere & de curationum celebritate eum iisdem ferè certarunt.* Et sanè verissimum hoc esse estatum, toto die invitè experimur, dum insana plebecula, sana Medicorum monita fusque deque habet, e contrariò potrestum ab impostore nequam, aut benedictis manibus beatæ vetulæ medicamen, pleno ore tanquam celo demissum, devorat, quò certius ad ortum missura, citius imponatur cymbæ Charontis. Ad singulos affectus mirabilia quæ commendant remedia, partim ridicula, partim deleteria, sæpius cachinnò, sæpissimè verò lachrymis excipi merentur, estque illius farinæ Curatio *fluoris albi* in muliere nostra inter mœnia instituta, cui a medicoastro defrustati pannuli quin. decuplici colorum varietate superbientes pro suffumigio oblati & ineprè satis tantquam singulate in hoc nullo alio remedio domabili morbo arcanum laudati sunt:

Esie müſſe ſich mit fünfzeubenderley Art-Farben Lappen räuchern/welch ſolche ein groſſes Geheimniß wider dieſe ſchwere und ſonſt incurabele Krankheit wehren. Hujus vero generis tot tragici caſus in obſervationibus Medicorum de ſiniſtro eventu propinatorum ab imperitis medicaminum loquuntur. Imprimis autem Curatio- num februm:

Tot ſunt Autores, quot veris tempore flores,

Inde tot errores, quot habet natura colores,

Et ſi in ullo, maxime in hoc affectu tanta eſt medentium varietas, ut ad describen- dam omnium methodum & ſpecifica conſignanda vix charta ſufficeret: quæ inter moroſiſſimo Catoni riſam movere poſſent ſequentia apud nos decantata antifebrilia, e. g. Quisquilias novem ſcopis novis è totidem angulis domus purgatas, in tres partes aquales dividunt, unaque ante paroxyſmum hora pro epithemate cordi & manuum pulſibus applicant. Aut raſuram unguium febricitantis terebinthinâ ſubactam cum linteo carpis alligant. Aut ſeptem aſſulas à limine ædium abſciſſas pro amuleto de collo ſuſpendedunt & per novem dies ibi relinquunt, poſtea torrenti injiciunt, & hac ratione febrim medio in fluctu ſubmerſam eſſe putant, quæque hujus farinae plura ſunt, quæ ſicco pede lubens prætereo. Hæc omnia etſi non juvent, nocere tamen non poſſint, toleranda ſunt, modo cum intempeſti- va exhibitione remediorum internorum ſe non maculent, ne ab inſecuto irre- parabili damno vitæ amiſſæ aut ad minimum ſanitatis, conſcientia illorum macu- laretur. Verum ſurdus narratur fabula, & mundus vult decipi, incaſtigandis enim erroribus, qui propter conſuetudinem in beneficium abierunt ſanandæque inſana- bili medendi cacoëthe oleum & operam perdimus, quippe nuper à præpoſtero no- xiorum medicaminum uſu duo viri juvenes & una nutrix, febricitantes, ſpacio u- nius ſeptimanæ in rationem Libitinæ venerunt; Primus nempe illorum cholericus, cum febre epidemica, (de qua alia occaſione, ſi Deus vitam conceſſerit, acturus) corripereſceretur, poſthabitis Medici conſiliis, ſuaſu rugoſæ anus, baccas meze- rei, quæ officinis Cocci gnydii, Germanis *Kellershäls* vocantur, numero XXV. de- vorat pro exſtinguenda febre, graviore verò morbo fores aperiendo: tantus enim æſtus cum ſiti inexplebili horum aſſumptionem inſecutus, ut æger totus deſlagrare videretur, pro quo demulcendo ſitique ſedanda nec emulſiones nec decocta ſcorzon. aut tamarindorum quicquam proſuerunt, ſed omnia in pejor ruebant, uſque dum ſupervenientibus aphthis inoptata ultimam imponeret Tragædiæ catastrophem. Idem fatum expertus quoque eſt alter eadẽ febre detentus, qui ſuaſu alterius piper longum cum Spiritu vini, majori quam humeri terre vale- rent doſi, aſſumſit, quò ſanguis à ſuo nexu adeò ſolutus, ut inſecuta larga hæ- morrhagia ſaſtaque perfectiſſima morbi in mortem tranſmutatione, deſunctus exemplum reliquerit commilitonibus, quo in poſterum cautius cum medicamen- tis internis antifebrilibus mercari diſcant. Hæc autem Prædeceſſorum veſtigia mi- nimè deterruerunt nutricem, apud quam tanta & tam ſancta vetularum fuit au- ſtoritas, ut reſectis Medici medicaminibus, cum imperita plebe errare, quam cum prudentibus ſapere maluiſſet, cum in finem Alumen erudum plenis buccis, ſed ſi-

nifro

nistrò profusus eventu, ingessit, quippe cardialgia, anxietas circa præcordia, nau-
sea inexplicabilis, hypochondriorum inflatio, aliaque ad interitum agentia sympto-
mata, extemplò illius assumptionem infecuta sunt, quibus tamdiu excruciatà, donec
inepta curiositas immaturâ morte mulctaretur. Quæ omnia mihi minimè miran-
da acciderunt; miasma enim peregrinum si è massâ sanguinæ poris convenien-
tibus remediis non exturbetur, sed e contrariò austeris & astringentibus
fores illi claudantur, non potest non œconomia sanguinis ac hu-
morum universalis ab illato bello intestino perverti; omnem quip-
pe febris hujus securam ac felicem curationem in promovenda, non impedienda
diaphoresi, consistere, rationi & experientiæ est consentaneum. Et licet in in-
termittentibus ortum ab ingurgitatione & potatione nimia ducentibus, quibus
ventriculi reliquorumque viscerum tonus labefactatur & laxior redditur, fermenta-
taque inertia deponuntur, ob astringendî præcipitandique facultatem, alumen for-
san conveniret; minimè tamen in febribus epidemicè grassantibus, quarum cau-
sa semper in miasmate peregrino sanguini ab aère communicato, quaerenda, locum
habebit. Pari ratione duo priora in perfectè intermittentibus, quæ natales suas
debent pituitæ viscidæ & vitreæ, parietibus ventriculi agglutinatæ, chylosinque
impedienti, ob incidendi attenuandique virtutem fortassis toleranda essent, modò
subjectis robustis & phlegmaticis, nullatenus verò teneram constitutionem haben-
tibus & cholericis exhibeantur. Possèm hac occasione plura huc spectantia, addere,
verècò autem ne prolixitate nimia lectoribus tædium pariam, dum ob ingenii
sterilitatem tenui saltem farre & molâ falsâ litare cogor, qua de re *Dn. Petr.
Scriverii* verbis veram artem medicam, quam omnes Medici rationales exercent,
œgrotis commendo:

*Egregium Medicina bonum, valde utile nobis
Immisit terris quod bonus ille Deus.
Qui frutices herbasque ideò produxit, ut æger
Totus in integrum restituaatur homo.
Protelum vitæ Medicina est tempore primo
Hanc cole pro telo. si cupis ipse coli.*

KILONII.

D. II. Decembr. Pro-Rector & Senatus Acad. Kiloniens. *Publico Edicto* Cives
monuerunt, ut omnes rixas evitare studeant, neque unus alterum indignis mo-
dis lacessere aut infestare, & malè, sive scutica & baculo, sive gladio id fiat, tra-
ctare audeat. (1. plag. in form. pat.)

D. XXI. Decembr. De *Responsis Prudentum, eorumque ut & aliarum for-
mularum forensium auctoritate in sacris literis stabilita*, sub Præsidio Samuelis
Keyheri, J.C. Cod. & Mathem. Prof. Publ. Facult. Jurid. VII. Decani disputavit *Ste-
phanus von Derenthal*/Pernavia-Livonus. Synonymia & Homonymia vocis *Re-
sponsa* p. 3. 4. origo & progressus eorum p. 4. auctoritas, quæ illis secundum Jus
civilè & divinum competit p. 4. 5. 6. 7. duplex hodie responforum genus, sc. alia

consilia de instituendo processu, alia sententiæ, eæque vel interlocutoriæ: definitivæ aut decisivæ; & duplex divisio in publica & privata p. 7. 8. & quæstio: an Judex, parte alterutrâ vel utrâque petente, acta transmittere teneatur? p. 8. 9. porro illa: an Judex liberam facultatem habeat, ad quoscunque voluerit sapientes acta transmittere? p. 9. ulterius illa: an Judex literas, quibus Consilium petit partibus desiderantibus vel etiam inquisito edere & ipsarum copiam dare teneatur? p. 10. item nova illa: an sententia non Judicis, sed sapientium nomine publicata in rem judicatam ire possit? p. 10. & illa: quot Juris Periti, vel Prudentes ad Collegium requirantur? pag. 11. 12. cujus sumptibus acta transmittenda sint? p. 12. 13. denique illa quæstio: an Collegium aliquod vel privatus aliquis Cuius utrique parti in quæ eadem causâ respondere possit? p. 13. adducitur & ventilatur. Plura qui hac de materia desiderat, ablegantur ad Kennemanni tractatum de transmissione Actorum; ad Dn. Wedderkop. Disp. de Inrotulatione Actorum, & D. Joh. Sibrandi de sapientibus extraneis. De Convenientia formularum forensium cum S. Script. agit Autor p. 14. 15. 16. (2. pl. in 4.)

Mense Decembr. De *Transactionibus* ad lib. ff. II. Tit. XIV. Præside *Nicolao Martini*, Sereniss. Ducis Slesvici & Holstiaë Consiliario Justitiæ, JC. & Antecessore Primario, Pandect & Juris Publ. Professore d. Decembris Anni 1703. publicè disputavit *Adolph. August. Heick.* Holf. ostendens §. 1. & seqq. Transactionis Homonymiam, descriptionem, causam efficientem remotam & proximam s. quinam possint transigere, nempe ratione potestatis, Pater, Tutores & Curatores, ratione Juris ad rem, quæ ad nos pertinet, unusquisque, quæ vero ad nos non pertinet, creditor hypothecarius, usufructuarius & usufructus; ratione obligationis, creditor cum quo pactus est debitor de non petendo, venditor de evictione non præstanda transigere possunt, quomodo Procurator, Administrator Civitatis, Procurator Fisci transigere possunt, hæc omnia §. 5. 6. 7. 8. 9. 10. declarantur. De Objecto Transactionis, ut sunt: res litigiosæ, causæ criminales, ut crimina capitalia (excepto adulterio & crimine Majestatis,) delicta privata; & quam vim habeat illa de delictis Transactionis §. 11. 12. 13. agitur. §. 14. 15. recensentur res, de quibus transigi nequit, ut (I) crimina non capitalia, Incestus, stuprum, (II) crimina futura, (III) Matrimonium solvendum, (IV) res spirituales. (V.) Controversiæ, quæ ex testamento proficiuntur, (VI) Alimenta futura in testamento relicta, (VII) res Judicata. §. 16. Formale Transactionis essentialia §. 17. 18. accidentalia §. 19. fines Transactionis §. 20. & 21. effectus Transactionis commemorantur. §. 22. Divisio transactionis in perfectam & imperfectam, §. 23. Contraria transactioni, §. 24. Affinia transactioni allegantur & §. 25. denique notatur: ad Transactionem cogi neminem posse. (plag. 2 $\frac{1}{2}$. in 4.)

D. XXV. *Ejusd.* Confecto Programmate *Natalitia Christi* à Jacobo moribundo (Gen. XLIX. 10.) prædicta, piè celebrandâ, indicta fuere. (2. pl. 4.)

Die IX. *Januar.* Dissertationem Medicam *Fridericianam de Pericardii, Pulmonis, & Partium Genitalium Anomaliis, nuperrimè observatis*, publico examini sub-

ni submisit *Carolus Fridericus Luthes* / Med. D. & P. P. Respondente *Joh. Christian. von Witschoffen* / *Quedlimburgensi*. In Præfatione occasionem observatorum narrat Autor. Neinpe se vocatum fuisse ad inspectionem cadaveris Juvenilis, factoris filii, & de violentia defuncto illata judicium reddendum. §. 1. Vocabulum Anomalix explicat, eamque in adventitiam & nativam distinguit. §. 2. Utriusque originem adducit, dum adventitiam v. g. membrorum retractionem à convulsio- nibus &c. à morbo vel alio superveniente casu excitari: nativam vero, e. g. cor inversum, vesicam urinariam triplicem, (quorum etiam in titulo I. rubrica nota- tate anomalix spectent) naturæ opus esse. atque à plastica virtute produci, sta- tuit. §. 4. 5. & 6. de Pericardii statu naturali ejusque usu agit. §. 7. Anomaliam ejus in cadavere notatam proponit; se nimirum cum pro inspectione Interrancoro- rum sternum removere conatus fuerit, Pericardium illic quintæ costæ adhærens; & elevato sterno idem sinistri quoque lateris plevræ firmisimis fibris annexum, ac Cor non in medio thorace, sed sinistro hujus latere, pendulum, deprehendis- se. §. 8. Disquiric, utrum hæc partium conformatio Juveni adhuc viventi mole- sta fuerit nec ne? & negativam rationibus confirmat. Relictò Pericardio, ad Pulmo- nes progreditur, & §. 9. eorum usum, §. 10. Substantiam, §. 11. Situm atque ma- gnitudinem naturalem describit. Verum quomodo naturali statu in eodem sub- jecto declinarint §. 12. indicat, quandò Pulmonem sinistri lateris, ob angustio- rem Thoracis conformationem, dextro multò minorem exstitisse, & plevræ quoque nexibus fibrosis firmisimè adhæsisse, testatur. §. 13. Ob affinitatem Materix re- lationem historicam de Hermaphrodito, à Domino Krusio, Medicò Aulicò Gotorpi- ensi, sibi communicatam, annectit. Est autem talis: *Mammæ fuerunt mulie- ribus admodum similes; regio pubis satis pilosa; Penis parvus & brevis; Glans penis non perforata; Scrotum bifariam, & in bina quasi receptacula, divisum, quæ testiculos debitæ magnitudinis complectebantur. Reclinatis deinde testiculis, unò dextrorsum, alterò sinistrorsum, Rimam sub pene, pudenda muliebria exactis- simè æmulantem, labiisque diductis, in utroque latere sic dictas alas vel nymphas; & in rimæ medio exiguum foramen conspexit, stylum obtusum sex pollices longum admittens, per quod lotium & semen, (ut Hermaphroditus asseruit) more mulieri- bus consuetò excernuntur.* §. 14. Ejusdem Krulii de Hermaphroditi Impotentia, ob glandem imperforatam, si masculinum; vel ob foramen sub pene exilius, si sequiorem respicias sexum, affert Judicium. §. 17. 18. Tandem Autor suam al- legat sententiam, quæ eò redit, quod credat, conceptionem, non ob foraminis exiguitatem, sed potius propter vaginæ, & procul dubio partium etiam reliqua- rum internarum, ad concipiendum destinatarum, defectum nunquam ibi sperari potuisse; licet generationem huic subjecto simpliciter denegare, vereatur. Nam (hæc sunt ejus verba) *quinquam, ob glandem penis imperforatam, materiæ semi- nalis in vaginam uteri ejectio impediatur, nihilominus idem semen, quia foramen, è quo ejaculatur, propè membri virilis radicem situm est, pene in vaginam immisso, officio hujus fortasse adspergi, & femina (si reliqua sint paria) per contagium*

Gravida fieri poterit. Ultimum folium Corollaria decem de *Ideis* replent. (2 $\frac{1}{2}$ Plag. in 4to.)

Mense Februario Christoph. Henr. Amthor, Phil. Civil. Prof. Ord. & Extraord. Juris, Orationem Inauguralem de *Politico Perfecto* habuit, quam Acad. Pro-Rector, *Henr. Opitius*, SS. Theol. D. & Prof. Ord. *Publicè Tabula* intimavit. (1. pl. form. pat.)

RACEBURGI.

D. XVII. Dec. *Exuvix Laurentii Gutzmeri*, Præpositi & Past. Templi Cathedral. terræ matri suæ demandatæ, cujus vitæ rationes, lectu oppidò dignas, Novis hixce inserere, nulli dubitavimus. Primam hujus lucis usuram A. 1636. illi dedit *Schwerinum*, Ducum Megapolit. haud ignobilis sedes, parente *Michaële*, per sexdecim annos ibidem Past. Templi Cathedr. Avo *Michaële*, Proavo *Simone Gutzmeris*, utroque ap. *Sterenbergios* Past. & Seniore, hoc verò post Reformat. *Lutheri* ibidem insimul primo Concionatore Evangelico. A prima statim pueritia varios casus variaque fata subire habuit necesse. Vix enim bimulus præmatura morte matre *Catharina*, *Schoefiorum* profapia oriunda, fuit orbat. Postea A. 1645. Ophthalmia adedò laboravit, ut eum penitus oculorum jaçturam facturum esse nonnulli vererentur; omnibus quoque medicamentis irritò effectù adhibitis fons tandem soterius *Hornhusæ* Anno 1646. ortus, visum pristino tenori restituit. Vix magno hocce malo liberatus, majus ingruit. A. enim 1647. ipso die, qui *Thomæ Apostolo* in fastis sacer est, verres quidam, non ita procul à patris domo, eum invasit, & lumbos carne ad ossa usque denudavit, proculque dubio illum prorsus dilacerasset, nì noverca ejus clamorem vehementissimum percipiens ei subvenisset. Sed infortunii nondum satis, maximum adhuc instabat. A. itaque 1648. cum violentior ventus sæviret, & *B. Gutzmerus* cum commilitonibus puer adhuc puerilia in horreo quodam tractaret, crebris motibus compages tignorū se laxavere, & structura corruit. DEUS verò, singularem ejus curam gerens, modo planè mirando eum suosque collusores salvos ac incolumes conservavit, tantamque molem adedò compositè concidere fecit, ut tanquam sub casa straminea latitarent. En mira, dira & dura fata in tenera statim ætate obeunda. Habuit paucis abhinc septimanis, quod obiter notamus, hoc argumentum occupatum *M. Jo. Tobiam Gletch/ Gera-Var.* & *Jo. Conr. Försterum*, *Berga-Varisc.* in *Dissert. Histor. de Singularibus quorundam Theologorum fati* in *Acad. Lipsi.* proposita pl. 4. & ante hunc *M. Jo. Gottlob. Pfeifferum*, *Misensenf.* & *Jo. Gottf. Meznerum*, *Neukircha-Lusat.* in æquè lectu non indigna *Dissert. de Erudito θαυρασώ in ætate tenera* in ead. *Acad.* 1696. pl. 4. ventil. Post patris mortem, quæ incidit in A. 1648. d. 17. Aug. *Patrueli Simoni Gutzmero*, J. U. D. *Rostochens.* fuit commissus, à moriente patre antea sedulò commonefactus, ut animum suum ad pietatem studiumque Theol. appelleret, quoniam statim post partum eum Deo consecrasset. Illius igitur curâ pueritiam suam absumpsit in Schola Oppid. Rostoch,

Rostoch. usuf sedulâ institutione & hospitiò Mich. Cobabi, Rectoris, deinde SS. Theol. D. & PP. A. 1653. XVIII. æt. annum agens Civis Acad. ibidem fuit factus, perque triennium Viros celeberrimos D. Dorſcheum, D. Schuckmannum, D. Quiſtorpium, D. Cobabum, D. Gofmannum legentes ac diſputantes audivit. Dubius autem hærens, cuinam vitæ generi ſeſe potiffimum inſciparet, initiò Themidi litavit, ac clanculum libris Jurid. legendis noctu vacavit. Admonitus verò à quibusdam, ut patris voluntati votoque ſatisfaceret, faciles iisdem præbuit aures, & Theol. Studio ſe accinxit. Quâ in re poſt multos alios, quos ordine recenſere, nunc noſtrum non eſt, imitatus eſt, M. Jo. Colerum, Superintend. Mecklenb. Parchimienſem (quæ Sparta B. Gutzmero etiam aliquando fuit oblata) de quo M. Henr. Prengerus in *Curric. Vit. Conc. funebri memoriz illius dicatæ & Roſtochii A. 1639.* impreſſ. annexo, *Lit. E. I.* refert, ſtudium juris, adde & medicinæ, eum non ſolum ſatis feliciter excoluiſſe, ſed & publicas Jene Diſputationes ſub moderamine famigeratiſſ. Jctorum D. Regeri, & D. Hakelmanni exhibuiſſe; Berolinum deinde redeuntem & cauſarum Patronum agentem, ex matre quendam audiviſſe, quod in utero materno Dei Eccleſiæ eum dicaverit, quo ante hac nunquam audito voto pernotum eum, Paulo Caſtrenſi valedixiſſe, & Paulo Tarſenſi ſubſcripſiſſe, ad ditis hiſce verbis notatu dignis; *Si, dilectiſſ. Parentes, Deo ejuſque miniſterio me ſacratiſſ. ſacratus manebo, licet vel editui munere ſim ſuncturus.* Sed hæc tranſultim. A. 1657. noſter ob cauſam quandam domi ſibi natam jam laudatum D. Gutzmerum, Patrualem, Stargardiæ Pomeranor. t. t. degentem viſitans, in tam repentinum incidit morbum, ut de valetudine recuperanda valdè dubitarent propinqui, & de amiculo ſerali & ſepulchro eſſent ſolliciti. Verum DEUS & hac vice mortis ſauce eum eripuit. Informator poſtmodum cujuſdam divitis mercatoris Stargard. filii Chriſtiani Netzelii diſtus cum eo Witteberg. ſalutavit, & eo nomine felix dicendus, quod ibidem ab ore doctiſſ. Theologorum D. Abr. Calovii, D. Jo. Meiſneri, & D. Andr. Kunadi pendere, hoſpitiò D. Jo. Deutſchmanni frui ipſi fuerit integrum. Studiis ad finem exoptatum perductis exteras quoque cum Netzelio adiit regiones. Ex quibus redux A. 1667. d. 13. Sepz. Paſtor templi Cathedr. vocatus. A. 1669. thalami ſociam vidit Helenam, Simeon. Gabr. zur Nedden, quondam Schverin. Conſiliar. intimi filiam. Durante matrimonio auſpicatiſſimo per XXXIV. annos trium filiorum totidemque filiarum ex ea pater factus, filiorum verò natu minimus A. 1684. immaturâ morte deceſſit, reliquis adhuc ſuperſtitibus. A. 1690. Senior Miniſterii conſtitutus. A. 1701. Menſ. Novemb. electus Præpoſitus. Cui muneri non ſine laude præfuit uſque ad B. Analyſin, quæ ei ob tigit A. 1703. d. 30. Nov. æt. LXVIII. demptis duobus menſ. & 3. diebus muneris XXXVII.

LUBECÆ.

Georg. Henr. Goezius, D. & Superintendens, *Sermonum Nuptialium*, vernaculo

idiomate habitorum, *Trigam. Prodromi* loco, plures enim se editurum esse promisit, publicavit, sub hoc titulo:

Drey Christliche Trau- und Hochzeit Reden / am XXsten Augusti Anno 1703. in Lübeck bei unterschiedenen Copulations-Actibus gehalten / und den Abdruck übergeben / Lips. ap. Christ. Emmerichium plag. 3. Quarto.)

Primus eorum expendit è Pl. LXXXIV. v. 13. *Secundus* è Luc. XIIX. v. 10. *Tertius* vero è Pl. CXLVII. v. 13.

Petrus Brandis, Lubecensis, in *Rintheliensium Academia Mens. Nov.* Honores ac Privilegia Doctoralia in Utroque Jure consecutus est, habita Dissert. Inaug. sub Præsidio *D. Cunradi Ludckingii*, PP. & t.t. Decani, de *Eo, quod justum est circa Consensum minoris Partis*, ut non teneatur stare Majori, nec Majori *Minor* prejudicare valeat, vom Recht der menschlichen Stimmen. (pl. 5.)

Nicolaus Fitzmannus, Lubecensis, *D. Jo. Fitzmanni*, Proto-Physici, Filius, Summis in Medicina Honoribus in Acad. *Lugduno - Batavorum* ornatus, domum rediit, oblata insimul Dissertatione Medica, *D. VII. Dec.* publicè ventilata, de *Morbis Hydropicis* (pl. 3.)

D. X. Januarii, *Balthas. Dehns*, *Hiero-Hafnia-Holsatus*, Ecclesiastes ad *D. Petri* fuit vocatus, & *D. XX. Ejsusd.* (Dom. Septuag.) ad Officium Ecclesiasticum, habito prius *D. XVII* Examine consueto, more solenni ordinabatur.

M. Jo. Gerhard. Pagendarm, Lubecensis, *Jacobi Pagendarmii*, Chori Musici Directoris, Filius natu minor, in Acad. *Witeb.* haud ita pridem sub moderamine *Jo. Guil. Bergeri*, Poët. Prof. Publ. ex *Antiquitatis Virgiliane Memoria, Ritum Capitis in Sacris Operandi*, publicè commentatione (pl. 12.) enarravit. Et haud ita multò post superiorem adicendit Cathedram, ac Resp. *Gabriele Hasenbergio*, Lubec. *Minervam Virtricem*, *Dissertat.* I. (pl. 2.) exposuit. Idem *Pagendarmius* ante semestrem spatium Præside *M. Gustav. Frid. Pistorio*, *Existentiam Spectrorum*, præsertim ex *Sagarum Veneficarumque pæctis cum Diabolo sancitis*, demonstravit, plag. 2. Ante biennium fermè *A. 1702.* Præside Fratrem suo *M. Hermanno Henr. Pagendarm*, *Osnabrug. Westphalo*, (de quo hic notamus, quod *A. 1701.* sub Moderam. *M. Henr. Klaysingii*, t.t. Ordin. Phil. Adj. nunc verò *Mathem. Prof. Extraord. Doctam & Disimulatam quarundam rerum naturalium ignorationem cum simulata aliarum scientia collatam*, exhibuerit, pl. 4. & *A. 1702.* sub Præsidio *Jo. Guil. Bergeri* Poët. PP. *E Memoria Rei Poëticae Repetita Disserendi Capita*, ad Disquisitionem vocaverit, 2 $\frac{1}{2}$. pl.) De *Peplo Veterum*, (2 $\frac{1}{2}$ pl.) disseruit, in eadem Academia adhuc hodie diligentem studii operam impendens.

D. V. Febr. Mortalium numero eximebatur *Vir*, pietate, doctrina, virtute, & autoritate, conspicuus, ac cum paucis comparandus, *M. Thomas Hønsted* / Ecclesiæ Cathedr. Pastor, & Rev. Ministr. Senior, cujus vitæ, laudabiliter actæ, cursum breviter hic enarramus. Natus est *Lubeca d. XI. Junii Anno MDCXLII.* & Patrem habuit *Thomam Hønstedem* / Mercatorem, Matrem verò *Catharinam Schulstn.* In primis pueritiæ annis, Doctoribus, qui Ludo literario hic præerant, fide-

fidelissimis *Tribbechoyio*, *Köckerto*, *Linckio*, *Polzio*, *Bangerto* & *Meiero* traditus, egregia literarum posuit fundamenta, ut *Anno* 1662. Vere incunte *Wittebergam* tendere potuerit. Audiebat ibidem in Philologicis & Philosophicis *Liebenanzium*, *Pfeifferum*, *Waltherum*, & *Meierum* in Theologicis verò *Calovium*, *Meisnerum*, & *Quenstedtium*. *Anno* 1665. Gradu Magisterii ornatus Patriam revertebatur, atque per triennium fermè, utilissimis rebus operam navans, in eadem hærebat. Sed *Anno* 1668. Stipendio literario, quod *Schabbelianum* vocatur, mactatus, *Acad. Giesenam* frequentavit, inque eadem *Haberkornium*, *Siricium* & *Mislerum* diligenter esse sectatus, habitis pariter duabus *Dissertationibus*, quarum altera erat *Theologica*, altera *Philosophica*. Cum illo tempore *Wormatienses* Pastorem desiderarent, *Honstedius* noster à *D. Mislero*, quippe qui ei impensè cupiebat, illis, successu haud vano quidem, commendabatur, sed *Patronis*, quorum voluntati meritò erat obsequendum, refraganibus, *Spartam* hanc sacram modèstè à sese deprecabatur. Et sanè si illi officio tunc admodum fuisset, in idem postea calamitatis genus incidisset, quod Successorem ipsius subire oportuit, qui, cum Urbis illa antiqua à Gallis devastaretur, *Honstedium* nostrum salutavit, atque ab Eodem stipem petiit, hinc noster persapè Divinè Numinis providam curam grato ore deprædicavit. Cum in eo esset, ut *Aldorffium* inviseret, atque *Weimanno* & *Rheinbardo*, Theologis præclarissimis innotesceret, *Anno* 1670. d. XVIII. *Augusti*. *Lubecam* ad officium sacrum, in templo arcis subeundum, evocabatur. Divinæ ergò voluntati locum relicurus illud in se suscepit, atque usque ad *Annum* 1684. omni fide ac improbo labore sustinuit. *Anno* 1684. ad Pastorum Ecclesiæ Cathedr. è vivis sublato Viro devotissimo, *Joach. Wendio*, transiit, eumque egregiè admodum ornavit. Accessit denique *Senioratus* Dignitas, magna cum autoritate gesta. Scripta, quæ tum in *Acad. Giesena* vivens, tum in *Officio Ecclesiastico* constitutus, elucubravit, nitidissima sunt, & alibi in *Nov. Lit. M. B. Tom. V. pag. 301. & Tom. VI. pag. 95.* enumerata legi possunt. *Anno* 1671. animum ad matrimonium applicuit, atque *Elisabetham*, *Joach. Wendii*, Eccles. Cathedr. Pastoris, filiam unicam, vitæ torique sociam experit, ex qua suscepit unicum filium, *Joach. Henricum*, in medio ætatis & studiorum flore d. IX. *Februar. Anno* 1678. placide defunctum, & 4 filias, adhuc hodiè superstites, è quibus 3. honestè locavit, quæ deinceps IV. *Nepotes* & VI. *Neptes* ipsi pepererunt. D. 23 *Jan.* morbo quidem tentabatur, officii tamen partes d. 24. *ejusdem* diligenter adhuc obibat, sed insequente nocte morbi vis ingravescebat, ac *Pleuritidis* secum ducebat malum, quod tandem, deficiente summo, mortem ei accelerabat. Hanc verò imperterritò excipiebat animo, atque sic manifestum reddebat singulis, se unicè in morte DEO adhaerere velle, quem in vita toto corde dilexerat. Animam ergò, vitæ satur, Deo reddidit, postquam Annos LXI. & VIII. fermè menses innocenter & piè vixisset. Funeris Sollemnitate, d. XIV. *Februar.* celebratam, Programmate confucto indixit *Enoch. Syantenus*, R. (pl. 1. fol.)

Virum

Virum, de Ecclesia præclare meritum, condecoravit *Scriptum* quoddam, vernaculo idioma editum, & hoc modo insignitum;

Memento Mori!

Todten - Bibliothek /

Der Christlicher Beerdtigung Tit. Herrn M. Thome Honstedts / wohlber-
hienten Pastoris an der Dom-Kirchen in Lübeck / wie auch des gesamm-
ten Ehrwürdtigen Ministerii wohlanschnitlichen Senioris sehlig.


den XIV. Februar. A. M DCC IV. eröffnet von

George Henrich Bögen / D. Superintend.

Hamburg in der Neumannischen Buchdruckerey / (pl. 4. in 4to.)

In quo id negotii sibi demandatum esse credidit Autor, ut amorem illum, quo Virum, cum in vivis esset, complexus erat, post ejus mortem quoque publice declararet. Hinc occasione hac perquam commodè oblata, *Mortuorum Bibliothecam* aperuit, atque per illam intelligit *Libros illos, quas Demortui quidam in vita dilexerunt, & post fata loculi includi jusserunt.* Notat ergò *Biblia, Librum Psalmoreum, Catecheseos, Tb. de Kempis Librum, de Imitatione Christi, Brentii Commentarium in Esaiam, Librum precationum, vulgò das Brandenburgische Gebet = Buch / Strigenicii Ossa rediiva, Valer. Herbergerii Scripta*, à nonnullis fuisse deamata, & sarcophagis illata. Addit deinde Judicium de hoc ritu, atque varia adducit Exempla eorum, qui præ reliquis libris *unum* aut *alterum* manu diurna nocturnave triverunt, vel morti vicini eos diligentissimè evolverunt. §. 10. optat Autor, ut Argumentum illud, *num Bibliotheca in sepulchris fuerint reposita?* accuratori studio excuteretur. Ubi incidenter notamus, olim *Oblatas Eucharisticas cum fidelium corporibus sepultas*, & vel sub capite, vel super pectus defunctorum sacerdotum positas fuisse. Vid. D. Jo. And. Schmidii Discursus Acad. Helmstadii 1702. propositus, de *Oblatis Eucharisticis* pag. 37. sq. §. V. Indicat Autor, se *Carcerem Eruditum* editurum esse, hoc est, peculiarem Dissertationem, de *Libris Eruditorum in Carcere scriptis.*

D. XI. Febr. terræ demandabantur exuviae *M. Henrici Palmii*, Lubecensis, qui olim in *Acad. Wittebergensi* Literis incubuit, & Præceptoris Munus in *Monasterio S. Anna*, quod nunc Pauperum Receptaculum est, per VIII. fermè Menses administravit.



NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis APRILIS. A. M DCC IV.

WISMARIÆ.

Die XXIII. Dec. Qui erat Dominica IV. Adv.
M. Christianus Benjamin Otto, Ecclesiæ Nicolaitanæ Pastor
 & Consistorii Regii Assessor, non ita pridem vocatus, so-
 lenniter introductus est in Templo, quod olim Monachorum
 Franciscanorum fuit, in quo, post dejectam vi ventorum d. 8. Dec.
 ædem D. Nicolao sacram, coetus ille sacris vacat. *Vratislavia* na-
 tus A. 1676. Parente *M. Jeremia Ottone*, tunc ibidem ad 11000.
 Virgin. Pastore, jam Gorlicensium in Lusatia Archidiacono: In-
 troductus in Gymnasium patrium Elisabethanum ab *Elia Thoma*
 Rectore, A. 1684. & educatus ibidem usque ad A. 97. Præcepto-
 ribus præcipuis *Martino Hankio*, Rectore, *Elia Majore* & *Gottlob*
Kranz. Academiam Lipsiensem salutavit A. 1697. mense Majo
 sub Rectoratu *L. Heshulii*: Audivit *D. Alberti*, *D. Carpozovium*, *D.*
Rechenbergium, *D. Olearium*, *D. Schmidium*, *L. Güntherum*, *L. Ludovici*,
 ultimos tres deinde Collegas in Collegio Mariano, in quo locum
 obtinuit A. 1701. postquam A. 1700. Philosophiæ M. creatus esset
 sub Procancellariatu *Job. Henr. Ernesti*, Prof. Poëseos. Disputavit
 A. 1699. sub prælidio *M. Ludov. Blossii* de *Transpositionibus Accentuum*
Hebr. A. 1700. ipse Præses de *Sepulcro Christi cum Divite ex Esa. LIII.*
 A. 1701. de *Ilumine Sabbatico*, quæ erat pro Loco in Facultate Phi-
 los. obtinendo.

ROSTOCHII.

D. III. Febr. D. Jo. Nic. *Quistorpius*, h. t. Acad. Rector, Pro-
 grammate publ. Cives Acad. ad *pias meditationes passionis & Mortis*
 Christi

Christi, redeunte hoc passionis Dominicæ memoriæ sacro tempore, invitavit, & à perverſis ſeculi hujus moribus avocavit. (pl. 1. in 4.)

D. VIII. Ejusd. Modò nominatus Acad. Rector, *D. Jo. Nic. Quistorpius*, P.P. Funus *Christiani Kneſebecen* / Senatoris & Camerarii, indixit, (2 pl. 4.)

Aspexit verò hanc lucem B. defunctus *A. 1621. d. 24. April. Rostochii*, & mercaturam poſtea exercuit, ut inter ſpectatiſſimos cives & negotiatores locum invenerit, atque *A. 1662.* Collegio Senatorio fuerit adſcriptus. Vidit IX. Liberos, XXVIII. Nepotes ac Neptes, ac VIII. Pro-Nepotes & Pro-Neptes. Inter filios, qui literis inclaruerunt, eminet, præmature fato ante biennium terrenis hiſce ereptus, *Chriſt. Matthæus*, (in *Nov. Lit. T. III. p. 162.* laudatus) qui varios Tractatus ineditos reliquit, utpote de *Jure Domini Regis Danici in Mare Balticum ſ. Orientale*, de *Jure Veſtigialis Varneſmundani*, ac de *Jure Imperat. Romani in Burgundiæ Circulum*. Silentio non prætermitti debet, quod Senex opt. cum per decennium auditu privatus eſſet, hunc ſenſum iterum receperit. Cum enim in ipſa *Nativit. Dn. Paraſceve* uxor cum filia caneret hymnum illum: Gelobet ſeyſtu Jeſu Chriſt! etc. ipſe diſtincta voce intonavit: Daß du Menſch gebohren biſt. Mox aliud fundebant Canticum: In dich hab ich gehoffet Herr: & ſtatim addidit: Hilff daß ich nicht zu Schanden werd. Cum deinde ſacra meditationes prælegerentur, ille eas accuratè percepit. Sed hæc gaudia per tres tantùm durarunt menſes, ac poſteà iterum evanuerunt, integro tamen viſu ad ultimum uſque halitum eſt fructus. Tandem *d. 27. Januar. annu. æt. LXXXII.* agens, Spiritum Deo reddidit.

D. XII. Ejusd. *M. Carolus Arndius*, Güſtroviens. hætenus Scholæ Malchinenſ. Rector, *B. Joſue Arndii*, olim ibidem Logic. PP. deinde Concionatoris Aul. Güſtroviens. Primarii & Conſiliarii Ducal. Eccleſiaſt. filius, cujus ſupra meminimus in *N. L. A. 1702. p. 60.* & *1703. p. 267.* prævio Rectorali Programme, & habita oratione auſpicali, de *preſtantiſſimo historia literaria cum Philoſophia & Poëſi commercio*, ad *Profefſionem Philoſophiæ extraordinariam Ducalem* introductus eſt.

D. XVI. *Ejusd.* Henr. Christ. Tielckel Phil. & J. U. D. atque O-
rator. PP. Disputat. Circularem, Quæstiones morales de *Duellis*
comprehendentem, proposuit Resp. Dav. Neubaur, Wismarienti.
(plag. 3.)

D. XX. *Ejusd.* Albert. Joa. h. de Krakevitz, S. Theol. D. & Hebr.
L. uti & Catech. Christ. PP. Dissert. Acad. Circularem, quæ *Histo-*
riam Passionis Dominica, quoad segmentum de *Juda*, *preditionis mer-*
cedem pacifcente, ex Antiquitate Judaica & Philologia S. illustrat,
& super. Mense Jan. d. 10. proponi debuisset, sed propter ad-
versam Præsidis valetudinem dilata est, publicæ collationi stitit,
Resp. Jo. Christoph. Irese, Westenbr. Megapol. cujus & præced.
A. 1703. in N. L. p. 195. mentionem fecimus (pl. 2½.)

GRYPHISWALDIÆ.

D. XIX. *Octobr.* Disput. Philosoph. de *Jure Principis circa Sup-*
putationem Temporis Subditorum, Præf. Jo. Philippo Patthenio, Histor.
& Moral. PP. & Fac. Phil. t. t. Decano, defendit Christianus Hoff-
mann/ Witteb. in *Nov. Lit. T. II. p. 8.* & *h. a. p. 18* laudatus (pl. 5.)

§. 1. Ipsum argumentum Dissert. indicat, atque de *Rusis* re-
fert, quod, rejecta veteri à condito orbe supputandi temporis ra-
tione, à Nativitate Servatoris cœperint numerare. §. 2. Evolu-
tionem Nominum tribus, quod ajunt, verbis sistit. §. 3. Defini-
tionem Temporis tradit, quod sit *Duratio existentia hominum rerum-*
que in orbe terrarum extantium ad certam mensuram definita, quam
ulterius §. 4. 5. 6. sqq. illustrat. §. 21. De *supputatione temporis* a-
git, atque docet, *Supputare tempus esse accuratam dictæ mensuræ ratio-*
nem inire, eandemque ad præteritos, præsentis, futurosque rerum huma-
narum eventus rectè, quantum monumenta antiquitatis, memoria homi-
num, futuri temporis prospectus patitur, applicare. Hinc de certa con-
stitutata æra s. epocha disserit. §. 22. Varios *supputationis temporis*
modos memorat. §. 23. Ad singulorum annorum principium,
cum *Epocha congruens*, respiciendum esse tradit. §. 24. Quæ-
stionem illam evolvit: *Quid Juris circa Supputationem temporis*
Principi sue Reipubl. Capiti competat? Et ad eam ita respondet: *Quic-*
quid salva rei natura atque constitutione fieri potest, id omne in potestate
esse Imperii Civitis, addita hac cautela, ne mathematica veritas læ-
datur, neque Subditis detrimentum afferatur. §. 28. Monet, *posse*

Principem novam, si ita videatur, Æram statuere, annorum initia mutare, nomina mensium convertere, quam thesin §. 29. 30. 31. variis exemplis illustratam legimus. §. 32. Adversus Pontificios disputat, Jura Principum impugnantes, & qua ratione ea Papa deferant, inquit & §. 33. sqq. fulius ostendit & refutat, & tandem variis interspersis observationibus historico-politicis, de Festis, Fastis Ecclesiasticis, & Martyrum Actis, concludit, Protestantibus intra Germaniam, & extra eam alios Principes, Superioritatis Territorialis Jura diligentissimè observasse, atque Pontifici Romano nequaquam esse obsecutos. In fine addita leguntur XI. Corollaria de Jure Naturæ in genere.

D. XIV. Nov. Præeunte D. Jo. Frid. Mayero, P.P. Synodologie Pomeranica Dissert. V. & ultimam Acta Synodi VII. Gryphiswaldensis complectentem exhibuit Jo. Goltz, Sedinensis, vocatus ad D. Nic. in Urbe Patria Ecclesiastes, (pl. 8 $\frac{1}{2}$.)

Est hæc Synodus A. MDLVI. Mense Febr. Gryphiswaldia habita & per totos dies XII. duravit. In qua II. pertractata fuere Capita. I. Spectabat Controversiam de Impositione manuum, inter Knipstrovium & Frederum motam. II. Vero Visitationem & Reformationem Ordinationis Ecclesiasticæ concernebat. Legitur autem p. 93. sqq. Judicium Facult. Theol. Witteb. de Libro Jo. Knipstrovii latum. P. 98. sq. de Artopæo agitur, qui Osiandri præstigiis Stettinensem Ecclesiam turbavit, sed postea palinodiam fecit. Pag. 102. sqq. integra Confessio de Ordinatione Sacerdotum idioma Germanico expressa & fusè deducta comparet. Pag. 124. sqq. extat Decretum Synodi de Emendatione Ordinationis Ecclesiasticæ, è quò nonnulla excerptere constituimus. Pag. 125. hæc notatu digna verba habentur: Wir armen Prediger liegen wie Lazarus für der Thür/ können nicht mehr dann bitten/ ermahnen und warnen/ und bitten jetzt auch Gott den Herrn/ er wolle unsere Christliche Landes- Fürsten/ und alle Regenten im Lande zu vorgemeldtem Christlichen Werke (intelligunt verò Visitationem) mit seinem Geiſt erwecken/ stärken/ und alle Verhinderung abwenden. Ep. 130. hæc notari merentur: Die Eltern sollen ihre Kinder und Gefinde mit Ernst gewöhnen/ daß sie Morgens und Abends beten/ und den Catechismum aussagen/ damit werden die Leute zum Segnen und Beten gewöhnet/ hiezu soll der Küster Abends

und Morgens die Bet-Glocke läuten. Pag. 134. de Consistorio erigendo agitur: Es ist nöthig! daß man allhie ein Consistorium, wie es zu Wittenberg ist/ anrichte/ darinn Kirchen-Sachen und Pries-ster-Sachen/ item allerley Ehe-Sachen/ und die Kirchen-Straffe über allerley öffentliche Uergerniß entscheiden und verrichtet werden. Pag. 140. de Receptaculo Pauperum Studiosorum actum fuit: Es ist vor etlichen Jahren verhanden gewesen / daß man wolte Domus Pauper. Studiosorum anrichten / die in Theologia studirten / wenn die ange-richtet würden/ so würden viel Leute ihre Testamente und milde Gaben dazu geben. Synodum hanc excepere Comitia, post Dom. Latare habita, in quibus actum fuit de *Visitatione* instituenda. Pag. 154. Dies emortalis Jo. Knipstrovii, qui illo anno in diem XXIV. Octobr. incidit, cum Superintendentis Officium annos XXI. administrasset, notatur. Hic cum difficilem tentationem sustinuisset, per Consiliarios Duci Philippo dici iussit, ut Visitationem Ecclesiarum ordiretur, ne ira Dei exardesceret. Jac. Rungio verò, Dionysio Gersoni & Jac. Crusio, facta obtestatione per Filium Dei, injunxit, ne ab Actis Synodicis discedant, sed Bonum hoc Depositum custodiant. In fine *Decas Corollariorum* de *Ordinatione Ministrorum Ecclesie* legitur.

D. XII. Nov. D. Alexander Caroc, Jurid. Facult. Decanus, peculiari Programmate Funus *Isaba Hartmanne*, D. *Francisci Stypmanni* Antecess. Gryphisvv. & post *Antonii Güntheri Frizii*, primum Juris Gryphisvv. & dein Syndici Oldenburg. Viduæ, intimavit, (1. plag. 4.)

De hac, quæ annos LXXVI. attigit, & VII. Liberorum Mater, XXVIII. Nepotum & Neptium Avia, ac V. Proavia fuit, notari meretur, quod per XLV. annos oculorum lumine fuerit orbata, atque calamitatem hancce ad miraculum usque patienter admodum tulerit.

Mense Dec. Dissertationem Juridicam, de *Propinquorum in Sponsalibus Consensu Necessario*, ex *Statutis potissimum Pomeranie Citerioris* deductam, Præside *Henning. Christoph. Gerdeso*, J. U. L. Ejusd. Prof. Ord. & Acad. Syndico, proposuit Jo. *Christoph. Gruel*, Gryphisvv. (plag. 2½.)

Die XII. Decembr. Præside *M. Jeremia Papken*, Mathem. Prof.

P. Theſium Phyſico - Medicarum Decadem *de Ventis in Atmosphæra*, publice propoſuit *Jo. Eberhard. Pauli, Gardel.* (1. pl. in 4.)

Occaſione nuperæ & exitioſæ procellæ has theſes conſtatas eſſe, Autor in accéſſu ſeu Præſamine indicat. Th. I. Venti Definitionem, Th. II. Cauſam Efficientem, Th. III. Cauſam Materialem, & Th. IV. Commotionem Atmosphæræ ſenſibilem ac notabilem, quæ Forma Ventorum Conſtitutiva dici queat, exhibet. Commotionis autem Aëreæ potiſſimas cenſet cauſas (1) Rarefactionem & Reſolutionem, (2) Condensationem Aëris, eaſque tam rationibus, quam experimentis confirmat. Licet ex cauſarum numero non excludat halitus, ex ſpecubus & antris ſubterraneis magno impetu quandoque prorumpentes, aliasque exhalationes crudiores nitroſas & ſulphureas aëri permixtas; utpote, quæ tantam vim vento concilient, quantam paucis abhinc ſeptimanis in ſubitaneo & impetuſo illo Vento, quem *Enecphiam* vocat, non pauci ſuo cum damno experti fuère. Th. V. agit de Ventorum ſine univerſali & ſpeciali, Th. VII. de Aſtrorum influxu, & iſtis, præcipuè vero ſoli, ad promovendos ventos, aliquid tribuendum eſſe, autumat. Th. VIII. Ventum quæ præcedant, & quæ ſequantur, aliquot regulis ſeu notulis exponit. Th. IX. Effectus Ventorum enarrat. Denique Th. X. concludit, colligi quidem poſſe imminentem Ventorum tempeſtatem tam ex ſuperioribus quam inferioribus corporibus; aſt exactam eorum cognitionem ex Naturæ adytis nunquam eſſe expectandam vel ſperandam.

D. XX. Ejusd. *D. Jo. Frid. Mayerus, PP. & Gen. Superint. Vitam D. Jo. Knipſtrovii, Primi Superint. General. cit. Pomer. editit, quæ in Fronte Synodologia Pomeranica legitur.* Fuit autem hic ex Marchia oriundus, & in Francofurtensi Academia adverſus indulgentiarum inſtitorem ac defenſorem, *D. Cunradum Wimpinam*, maſculè egit, ut victoriam inde reportaverit. Sed negotium hoc magnam ipli conſlavit invidiam, hinc *Piritium* ad monaſticos A. 1518. damnatus fuit carceres. His verò tandem ope *M. Pauli à Roda* evaſit, & Sedini poſtea ſacris vacavit laboribus. Cum verò per temporis ſpatium in *Stargardensi Eccleſia* docuiſſet, Pontificiorum violentia ejectus, *Stralsundum* iterum rediit, ibique unà cum *Jo. Æpino, Chriſt. Ketelbut, & Hermanno Bonno, Lubecenſi* poſt

Præsule, docuit. In Gryphicam Academiam *A. 1531*, vocatus, per triennium Ecclesiæ suam locavit operam. Sed cum in illa Civitate non admodò benè tractaretur, *Sundam* quidem repetiit, sed *A. 1535*. primus Pomeraniæ Occident. Superint. consilio *Jo Bugenhagenii*, & *A. 1539*. Professor Theolog. fuit constitutus. *Eod. anno Hamburgum* ivit, atque sancto Hexapoleos conventui, ut Anabaptistarum molimina deprimerentur, nomine Reipubl. Stralsund. interfuit. *A. 1547*. cum Rectorali epomide alterâ vice fulgeret, Doctoris Titulum & Jura accepit, Promotore *D. Henrico Schmidenstedio*, SS. Theol. Prof. in Acad. Rost. *A. 1549. Job. Frederum Sundâ* ob turbas ejectum, excepit, & Profess. Theologicam à Principe impetravit, atque in ipsius gratiam, *modò Frederò hosti benè esset*, Ephoria Rugiana se abdicavit, denique, cum his benevolentia documentis odium hominis frangere non posset, cessit *Iredero*, & locum, ne aspectu eum offenderet, mutavit. Valedixit autem Gryphisvaldiæ *A. 1552*. & *Wolgasti* sedem fixit, usque dum *A. 1556. d. 24. Octob.* rebus humanis subduceretur. *Epitaphium* ei in *Æde D. Petri Wolgastana* erectum fuit.

D. eod. Sub Prælidio *Theodori Hornii*, Log. & Metaph. Prof. Ord. *tergas Quaestionum ex Theologia Natur.* selectarum, proposita fuit, Resp. *Frid. Christoph. Willichio*, Strals. (pl. 2½.)

Qu I. est. *An Quæstio illa: An Deus sit, vel non sit? Problema Dialecticum esse queat?* N. Qu. II. *An primus Dei conceptus sit rō esse perfectissimum?* N. Qu. III. *An Deus rectè dicatur esse à se ipso positive?* N. Qu. IV. *An Ratio sibi relicta tres Personas Divinitatis investigare possit?* N.

L. XXIII. Ejusd. *D. Alexander Caroccius*, Rectoratus dignitate, quam per annum spatium gesit, se abdicavit, eamque *Theodori Hornio*, Log. & Metaph. Prof. jam laudato contulit, in qua solennitate *Legum Academicarum Praelectionem* institui jussit.

D. XXV. Ejusd. Recens electus Rector, *Theod. Hornius*, P.P. publico Progr *Iestum Nativitatis Christi* intimavit. (1. pl. 4.)

D. 7o. Frid. Mayerus, PP. peculiari Indice publicavit *Labores Anni Secundi Professionis Theol.* (2½ plag. 4) In illo notantur. I. *Praelectiones Publica*, quibus absolvit tum argumentum de *Reliquiis Pontificiis* tum *Augustianam Confessionem*, tum quædam *Capita Evange-*

lii *Luca*. II. *Collegia Privata*. III. *Disputationes & Dissert. Programmaticas* LIII. partim à nobis recensitæ, partim quoque, si illarum copiam naçti fuerimus, adducendæ. IV. *Confessoria*, in quibus XV. *Casus* non injucundi fuerint resoluti. V. *Conciones*, extra *Gryphiswaldiam* siquidem XII. habitæ fuerunt. VI. *Bibliotheca*, quæ semper patuit, & VII. *Synodi*. Coegit Synodum *Wolgastanam*, *Anclamensem*, *Pencumensem*, *Uckermundanam*, *Pasewalçensem*, *Gryphiswaldensem* & *Sedinensem*.

REGIOMONTI.

D. XXVII. Febr. M. *Christianus Mascovius*, Reg. Alumn. & Commun. Conv. Inspector II. de *Opinione, Mundi Rectore*, disputavit, Resp. *Daniel Bøse* / Reg. Pruss.

D. XXIX. Ejsd. Sub Præsidio *Benjamini Ewald* / D. Disputationem Chymico - Medicam de *Auro Fulminante* habuit *Gedeon Gregori*, Gradento-Pruss. Autor & Respondens. (plag. 1½.)

RIGÆ.

Fœminei Sexus ornamentum *Virgo* 14. annorum, natalium splendore non minus quam ingenii dotibus præcellens, *Regina Gerdrut Schwartzia*, celeberrimæ illius *Poetridis Pomeranicæ Sybillæ Schwartziæ*, ex fratre neptis, musicâ vocali atque instrumentali ad excellentiam usque imbuta, omnium animos laudi suæ tributarios reddit, præcipuarumque familiarum urbis hujus Juventutem has artes docet, linguas præterea exoticas mira ingenii felicitate atque promptitudine ipsa comprehendit privata Institutioni Viri Doctissimi, *Petri Gergeri*, Argentoratensis, Linguar. Exoticar. in Gymnasio Stetinensi non ita pridem Professoris Regii, nunc hic degentis, institutioni concredita. In compositione quoque musica præmaturus ingenii fructus tenerâ hac ætate jam demonstrat, quos, si de librarii cujusdam impensis certior factâ fuerit, sub titulo:

Musicalische Gemüths-Weise bestehend in unterschiedlichen Geiſt und Weltlichen Arien / so theils mit / theils ohne Instrumenta zu machen sind / publici juris facere non intermittet.

M. Libor. Döpken, ad Div. Johann, Pastor, *Lexicon Letticum* orbi erudito propediem communicabit.

TÖNNINGÆ.

*D. Georgii Loffhagenii, Lenza-Marchici, Serenissimi Cimbria Ducis Medici,
De Hermaphroditis Historia.*

Occasione rumoris de AndrogynoSchlesvicensi, qui in omnium jam ore versatur, & cujus descriptionem ex relatione Dn. D. Krusii inferius dabo, in mentem revoco quæ de Hermaphroditorum conditione in Nov. Literar. Mar. Balth. mense Decembri Ao. 1698. commentati sunt Viri Nobilissimi ac Experientissimi Dn. D. Joh. Jac. Döbelius, & è cujus immenso eruditionis thesauro, hætenus omnes fermè observationes medicæ novis istis Literariis insertæ, lucem suam fœnerantur, Dn. D. Joh. Jac. Stolterfohtus. Rationi & experientiæ hæc esse conformia, plenioraque dilucidationem non mereri, à multis aliis viris doctis abunde est probatum & argumentis evictum, ut in dubium vocari amplius non possint, nisi ab illo, qui perfrictæ prorsus frontis, nihil rectum putat, nisi quod conveniat illius capite helleboro digno. Frequentior autem est prima & secunda hermaphroditorum species, si scil. virilia perfectè possident genitalia, in perinæo verò rimam excisam habent, pudendo muliebri non dissimilem, ad interiora non penetrantem, & hi maribus annumerandi; vel si perfectis præditi sunt organis muliebribus, penis autem virilis idæam aliquam habent, necessariis requisitis carentem, hique ad sexum sequiorem referendi. Rarior est tertia illorum species, qui etsi utriusque sexus expressa habeant genitalia, utraque tamen imperfectè formata, neque ad generandum neque concipiendum idonea sunt, & hac ratione nec inter mares nec inter fœminas locum habent, sed spadones dicendi. Rarissima omnium est quarta hermaphroditorum species, qui scil. in utroque sexu membra omnibus numeris absoluta & perfecta habent, & cum vice maris tum fœminæ fungi possunt, hincque opus generationis & conceptionis perfectè absolvunt. Primæ speciei casum ao. 1697. cum Boizenburgi praxin medicam exercerem, in milite observare contigit, qui munusculis commotus, inspectionem concessit, in quo genitalia virilia perfecta, in perinæo autem rimam ano contiguam in pilis abditam quæque primo

intuitu pudendum muliebri mentiebatur, deprehendi, quam cum ulterius explorassem stylò, rectè nullum, oblique verò ad intestinum rectum, meatum doloris & titillationis expertem, tendere, inveni; usus a. illius cum à possessore nullum experiri potuerim, hæcenus me latet, vice foeminae ut fungatur ex dictis impossibile esse videtur. Secundæ speciei exempla apud autores passim inveniuntur, Iepidam narrat historiam, D. D. Laurent. Mattheu & Sanz Tractat. de Re criminali p. 382. de sartore à cerdone imprægnato: quod a. hic sartor hermaphroditus famulam antea stupraverit, cum ex ipsa relatione Autoris contrarium, & ex descriptione membrorum genitalium sexus sequior in hoc subjectus potentior, elucescat, fidem non meretur. Tertiæ speciei casus Schlesvici nuperrimè mense scil. Novembri, occurrit, ubi Androgynus uxorem sibi matrimonio junxerat, qui cum debita thori conjugii persolvere nequiret, ab illa accusatus, inspectioni & examini prædicti Dn. D. Krufii subjectus est, qui Confistorio Ducali detecta retulit sequentibus: De conditione corporis, in specie qualitate membrorum genitalium Marci Wulffen ad mandatum Serenissimi, hæc refero: Pubis regio erat satis pilosa, penis brevior cum glande imperforata: Scrotum in medio quasi divisum, duos in se debita magnitudinis testiculos continebat, quorum uterque proprio receptaculo gaudere videbatur. Remotis testiculis dextrorsum & sinistrorsum, sub pene diductis labiis, rima, pudenda muliebria exactissimè æmulans, nec non in utroque latere sic dictæ alæ vel nymphæ, in conspectum venerunt: Ipsum a. antrum tantæ erat profunditatis, ut immissus in illo stylus longitudinem sex pollicum transversorum superaret, è quo cum semen tum urinam excernit hermaphroditus, qui, licet penis quoad omnes dimensiones mathematicas, desideratâ instructus foret magnitudine, cum tamen imperforatus sit, & dictum foramen sub pene debita amplitudine careat, sicque nec active generando, nec passive concipiendo, præstanda præstare possit, omninò impotens dicendus. Hucusque relatio antea laudati Dn. D. Krufii, cui ulterius aliquid addere ratio vetat, ne Nobilissimo Dn. Autori commoda, & eruditionem suam docto exponere orbi, occasio, surripiatur. Quartæ speciei histo-

riam, communicavit nobis Dn. Ern. Eckard Rubachius Serenissimi Cimbriæ Ducis Superior Copiarum Judex, Vir in omni historiæ genere versatissimus, citati libri D. D. Laur. Matthæi & Sanz, Possessor, in quo p. 377. Controvers. XLVIII. describitur, titulo: De duobus hermaphroditis matrimonio copulatis simulque in utero gestantibus, ex reciproco usu utriusque sexus, & an hoc imputari possit in crimen: historia sequens est; Publicè ferebatur per hanc Regiam urbem a. 1663. quod in uno ex oppidis regni duo hermaphroditi nati fuere, quorum unus educatus fuit sub habitu & specie viri, alter verò sub habitu & specie fœminæ. Ii sive scientes sive ignorantes alterutrius conditionem, matrimonium in facie Ecclesiæ contraxerunt, minimè detecta illa qualitate Parocho aut Prælato Diocæsano. Ex promiscuo usu Veneris, ambo eodem tempore in utero gestantes inventi fuerunt, qui sub habitu & specie viri contraxerat, prudenter ut scandalum ac erubescenciam vitaret, ad hanc urbem se contulit, ubi sumto habitu fœmineo puerpera factus fuit. &c. Sequentia enim cum ad forum medicum non spectent, ne justò prolixior sim, silens prætereo, innuens saltem fidem derogare huic historiæ velle, cujus auctori fidere videmus, temerarium esse, licet non-entis nonnulla exinde appareant vestigia. Plura de hac materia desideranti commendamus Bauhin. tract. de Hermaphrod. Ludov. Bonaciot, Tract. de part. form, cap. 9. Ulyss. Aldrovand. de Monstr. c. 1. Paul. Zacch. Quæst. med. legal. tom. 1. lib. 7. §. 8. &c.

SLESVICI.

M. 70. Paschii Dissertationibus Academicis, in *Nov. Lit. M. B. TPI. p. 237.* enumeratis, sequentes adhuc superaddimus: Disputavit enim *Wittebergæ A. 1683. de Serpente Seductore; A. 1684. de Numero Bestiæ Apocryptico, Entelechia, quæ Vox & Crux Criticorum dicitur, & Fascino per Visum & Vocem; A. 1685. de Schembamphorasch; A. 1686. de Cruce moribundi Christi Sponda; A. 1698. in Acad. Rostoch. Atrium Philosophiæ exhibuit.*

Typis *Jo. Holvæini* idiomate vernaculo meditationum sacramentorum libellus prodiit, hoc modo inscriptus: *Jesus der helleuchten-*

de *Morgen-Stern*/ allen armen in Finsterniß und Schatten des Todes sitzenden *Sündern* / vorgestellt / wie sie Ihn in herzlichster Busse erblicken / in thätigen Glauben beschauen / in wahrer Gottseligkeit von Ihm erleuchtet / und endlich im seel. Gnaden-Licht mit Ihm vereinigt werden mögen / absonderlich allen büßenden / zur Beicht und heil. Abendmahl sich einfindenden *Christen* / zur seeligen Erbauung und Trost herausgegeben von Francisco Leopoldo á Reising, gewesenem Papistischen Canonico und Predigern / treuen Liebhaber seines Jesu / und eifrigen Befenner der Evangelischen Wahrheit. In Verlesung des Autoris. (pl. 21. 8.)

Hujus *Conversi* mentio facta est in *N. L. M. B. T. VI. p. 54. sq.* de quo nunc notamus, quod ad *Diaconatum schwofingensem* in *Holstia* pronuper fuerit vocatus.

KILONII.

D. XX. Februar. prodit Dissertatio Medica, quâ ad præscriptum Constitutionis *Frideicianæ Acidularum Svalbacensium & Pyrmontanarum*, per experientia exploratarum, inter se fit collatio. Præside *Gunthero Christophoro schelhammero*, Med. D. & P.P. Primario,

Respondente *Christio; horo Pyllo. Gryphitvald. Pomerano.* (4. pl. in 4to.)

In §. 1. & seqq. usque ad 7. Autor generalia quædam de aqua simplici & composita proponit, §. 8. ex compositis vero præcipuas esse aquas medicatas, & ex medicatis Acidulas & Thermas, §. 9. uti *Pyrmontanas & Svalbacenses*, elucere, censet. §. 10. quid sint Acidulæ definit, & §. 11. methodum tractationis explicat. Scilicet, quò exactius natura acidularum innotescat. §. 12. 13. Quid Color & Odor. §. 14. 15. Quid Pondus. §. 16. Quid Sapor, §. 17. quid Locus & Regio per quam fluunt, uti & *Cryptæ subterraneæ vicinæ*, vapores perniciosos spirantes, quales §. 18. in Italia sint specus agri *Puteolani*, *Grotta del Cane* dicta, & non longè ab hac distans *Scrobs*, in monte excavata, ac in profundissimum antrum abiens, quæ cum suavissimo odore tantum proferat calorem, ut paulò altius intrantibus sudor per totum diffluat; §. 19. in Germania cellæ quamplurimæ pagi *Svalbacensis*, halitus itidem nocivos protrudentes, quarum exactam descriptionem erudito or-

bi Cl. Pechlinus Observ. lib. III. obs. 44. pag. 535. communicavit. §. 20. Quid denique experimenta circa eas instituta, testimonii præbeant, insperis hinc inde ratiociniis, ordine refert. Experimenta autem hæc fuere: quod acidulas utrasque aëri atque Igni ad exhalationem simpliciter exposuerit, §. 21. ipsis varia, ut gallas, cortices granatorum, folia querna, tornam solis cæruleam, rubræ colorem, Sal alcali, Mercurium sublimatum, pigmentum Lacmus vocatum, admiscuerit, & inde exurgentem colorum mutationem observaverit. §. 23. Igni commiserit, eas per alembicum destillandô, & §. 24. relictam in fundo vasis terram fusoriô igne examinaverit. Enarratis experimentis in naturam & originem eorum, quæ mediante ignis tortura ex terra produxit, inquirere conatur, initium faciens §. 29. à scoriis ferri, ubi insimul de Spiritu illo subterraneo, materiam primam metallis suppeditante, Acidulisque vires suas largiente, quem Germani die Metallischen Schwaden appellitant, §. 30. & aliquot seqq. prolixè differendi ansam arripit. §. 35. Sulphuris fatidi etsi saltem extremâ linguâ degustetur ex stomacho nidorosos ructus elicientis; §. 36. Salis alcalico similis. §. 37. Terræ, in specie autem singularis Svalbacensium, quæ sc. cum Sale suo alcalico in acidum transit, genesis rationibus ulterius explanare pergit. §. 39. 40. De Acidularum utrarumque virtute & efficacia. §. 42. 43. De earum convenientia & differentia agit, & tandem §. 44. concludit, in universum Pymontanas Svalbacensibus quidem esse potentiores & morbis gravioribus altiusque radicatis pellen-tilis, ejiciendisque, magis idoneas; sed vicissim poscere majus ventriculi & viscerum robur; cum è contrario Svalbacenses infirmius quidem agant, sed salubrius, & in saburra congesta, nondum vero viscera penitius insidente, minusque impacta sint præstantiores, ideoque à delicatioribus, & qui eas animi saltem gratiâ capiunt, percommo-
dè queant in usum vocari.

D. XXIV. Ejusd. Pro-Rector & Senatus Acad. Kilon. ad Funus Christoph. Franckii, SS. Th. Doct. & P. of Prim. Acad. Pro-Cancellarii, & in Supremo Senatu Ecclesiastico Consilarii, Cives Acad. invitarunt. (2. pl. fol.)

Norimberga dedit Theologum hunc gravissimum, An. 1642.

VII. Kal. Nov. Patre *Wolffango Franckio*, Reipubl. Secrèt. & Matre *Apollonia*, ex gente *Kegetiorum* orta, natum. Avus fuit *Jo. Franckius*, qui *Cygnæ* olim vixit, & relicta Patria, *Norimbergam* se recepit, ibique cum *Anna*, ex *Schwarziorum* stirpe prognata, matrimonium contraxit. Jactis in schola doctrinæ fundamentis, quibus puerilis ætas impertiri solet, *Acad. Altdorffnam* frequentavit, eaque post relicta, A. 1661. *Rintelium* est profectus, atque ab ore *Petri Musæi* quotidie pependit, duabus pariter ex singulari gratia *Hassæ Landgravii* habitis Dissertationibus *Metaphysicis*, de *Distinctione*. A. 1664. *Frid. Illrici Calixti* nomine illectus *Helmstadium* properavit, ibique per quoddam temporis spatium est commoratus. A. 1665. munus docendi publicum ipsi in *Acad. Kilon.* demandatum, atque *Log. & Metaph. Prof.* solenniter constitutus fuit. Excepit hanc Dignitatem *Professio Theologica* extraordinaria & *Gradus Doctoralis* A. 1666. ei collatus, habitis prius *Lectioibus Cæsariis* ad *Joh. I. 1-3.* & *Præside D. Christiano Kortbolto P.P.* ventilata *Dissertatione Inaugurali*, de *Religione Naturali* contra *Naturalistas & Remonstrantes*. (pl. 4½.) A. 1672. *Atheum convictum* peculiari *Scripto* exhibuit. A. 1673. edidit *Specimen Controversiarum*, quæ *Ecclesie Lutherana* cum *Remonstrantibus* intercedunt, circa locum de *Scriptura S. tribus Disputat.* ventilatum, Resp. *Jo. Clausen*, *Kilon.* (1. Alph.) A. 1675. è vivis sublato *D. Petro Musæo*, *Præceptore* ejus oculissimo inter *ordinarios Theolog. Professores* receptus, *Exercitationes Anti-Wendelinianas* (3¼. Alph.) A. 1687. publicavit. A. 1691. luculentam satis *Dissertationem*, de *Imputatione Justitiæ Christi*, *Socinianis* oppositam, prodire jussit (13. pl.) A. 1694. *Exercitationes Anti-Limborchianas*, quibus *Phil. à Limborch*, *Theol. inter Remonstrantes Profess.* *Theologiam Christianam* aggressus est, luci publicæ exposuit, eisque *Specimen Controversiarum* ante hac editum, denuò adjecit. (4. Alph. 3. pl.) Nunc in eo erat, ut *Dissertationes Anti-Pontificias Martino Becano* opponeret, quarum nonnullas in *Novis* hisce *Liter.* adduximus, reliquas verò, in *scriniis* latentes, desideramus, publico nomine *Heredes clarissimos* rogantes, ne illas doctiori orbi invideant. Si verò per fata licuisset *Viro solidissimo*, *Socinianos* quoque pari fide & industria debellasset, sed huic operi *immortuus* nil nisi triste nobis sui reliquit desiderium.

A. 1666. Sociam sibi adjunxit *Catharinam, D. Matthiæ Clausenii, Ducis* Holfatiæ Archiatri, Filiam, quæ ipsi tres peperit filios, quorum primus *D. Bernhard. Matthias*, Med. Prof. Extraord. A. 1701. mortalitatem exiit, unico relicto filio, prout in *N. L. T. IV. p. 315.* indicavimus. Secundus *Wolffg. Christophorus*, Ecclesiastes Kiloniensis, quarta prole Parentes exhilaravit: tertius verò, *Paulus*, eodem, quo natus erat, die statim decesit. *Mo. 1698.* Uxorem, cui per XXXII. annos adhæsit, suavissimam amisit, ac viduus permanfit usque ad extremum vitæ terminum. *D. 4. Febr.* intolerabiles per sentiebat in tergo cruciatus, & quamvis noster aduersus hoc morbi genus efficacissimis muniretur remediis, novo tamen morbi impetu concutiebatur, aliis accedentibus symptomatibus, usque dum, viribus deficientibus, placide & sine ullo doloris sentu, ac si jucundæ se dedisset quieti, *D. XI. Febr.* animam exhalaret, postquam LXI. annos III. menses & XVI. dies inter homines vivendo exegerat. Fato Academix Kiloniensis indolentes DEUM, precamur, ut alium Ei dare velit Doctorem, qui in B. demortui *Franckii* locum surrogari queat.

LUBECÆ.

CHRISTIANI HENRICI POSTELLI,

J. V. L.

Ad

Plur. Reverendum Dominum

JACOBVM à MELLEŃ,

Presbyterum & Polyhistorum Lubecensem,
Amicum fraternæ dilectum,

De

LINGVÆ HISPANICÆ

Difficultate, Elegantiâ ac Utilitate,

MEÆ ETHMÆ.

Dehinc meæ succisivæ, amice præstantissime, in quibus mihi
dudum *Lingua Hispanica* studium fuit, non parum incrementi nactæ
sunt,

sunt, postquam in *Novorum* vestrorum *Literariorum* mense Octobri, admod. Reverendi Dn. *Casparis Lindenberghii*, ad Clariss. inclytæ Reipubl. Lubecensis Secretarium Dn. *Henricum Balemannum*, eximiam pariter ac eruditam, de *Lingua Hispanica utilitatibus Theologicis*, epistolam, summo animi gaudio legi ac relegi. Cogitationes enim meæ, quæ hac de re, sæpe animum subiere, in cunis ut plurimum suffocatae sunt. Propone enim, si audes, Theologis, vel ut rectius loquar, Prædicatoribus hodiernis, ut vulgò occurrunt, Linguae Hispanicæ utilitatem, parum profectò aberit, quin sibilo excipiaris. Si tibi cum Erudito res fuerit, ille nil nisi Orientem personabit (notandum autem me linguarum Orientalium Studium quam minimè contemnere,) ita ut suaviorem in Occidente solem, nec aspicere dignaturus sit. Si verò aliquis indoctus occurreret, in quo multum clamoris & parum eruditionis Prædicatorem absolvunt, illi plane *παραδόξον* narrare videberis. Qui enim Hebræam vix legere; Græcam, sed quid dico Græcam? Hellenisticam absque versione non intelligere, Latinam ob singularem difficultatem non comprehendere potuit, in quonam pretio illi erit *Lingua Hispanica*? Hæc fuere hætenus tria ista, quæ me cohibuerunt, quin dudum animi sensa hæc de re aperuerim.

Verùm cum videam eruditissimum vestrum *Lindenberghium*, eadem ferè mecum sentire, non possum non ipsi de elegantissimo studio gratulari, & ad ulteriora illum adhortari, quod te interprete, ut illi notificetur, cum quavis officiorum oblatione, nullus dubito.

Sed condonabit mihi Vir admod. Reverendus, quod in ista thesi, quæ Linguae Hispanicæ *facilitatem* lustinet, ipsi accinere non possim. Credo enim & certo persuasus sum, (loquor seriò & non contradicendi studio,) Linguam Hispanicam, omnium aliarum exoticarum esse *difficillimam*, attamen cum hoc adjuncto, illam difficultatem suam *Elegantia* & *Majestate* compensare. Adduxit Rever. Dn. *Lindenberghius* exempla, quæ pariter Hispanica & Latina lingua scripta sunt, planeque idem sonant, quorum nonnulla adhuc alia extant apud *Merulam in Cosmogr. P. 2. l. 2. c. 8. Speidel. voce Sprach. Beckman. Hist. Orb. Terr. p. 1. c. 9. Sect. 3. §. 2.* Ast laudata illa exempla, sunt potius lusus ingenii, quam testes omni-

exceptione majores in casu præfenti. Dantur enim istiusmodi exempla etiam in Linguis *Italicâ & Lusitanâ*. Imo, quod magis mirandum, vidi ego hic Hamburgi apud doctum quendam Judæum, nationis Portugallicæ, poematum aliquod ita artificiosè concinnatum, ut possit *Latinè, Italicè, Hispanicè & Portugallicè* intelligi. Hæ autem inventiones nil aliud sunt, quam *νεφελοδρομῖαι καὶ ἀερομαχίαι*, quæ nihil ad rhombum, quibus ritè consideratis loco *Camænsii* ex æterno opere simul satisfactum spero. Opinatur porrò Vir reverendus, Linguam Hispanicam propter ingentem *Latinorum* vocabulorum copiam, non posse non, Latinè intelligenti, esse facillimam. Copiam vocabulorum Latinorum concedo, sed Vir reverendus mihi iterum (post paucissima exempla ex magnâ abundantia adducta) concedet, vocabula Latina sæpissimè ita esse detorta, ut vel experimentissimus ex Labyrintho illo se non evolvat. Notabo exempla, ut memoria ea suppeditabit: *Pomum* sive *Malum*, in Linguâ Hispanicâ vocatur *una Manzana*. Est vocabulum nec Punicum, nec Vandalicum, nec Gothicum nec Arabicum, (quibus Lingua ista scatet,) sed quis absque Criticorum adjumento hinc originem latinam divinabit? Et tamen verè Latinum est, Specie assumptâ pro genere. *Butyrum* Latinorum Hispanicis est *Maneca*, eodem vocabulo Itali odora sua unguenta designant, quibus ad manus deliniendas detergendasque utuntur. Da à hâc portâ exitus est facilis. *Mancebo* designat *Adolescentem*, ubi origo latina? Longiusculè petenda ex vocabulo: *Mancipium*. Hinc *Manceba* quod *Meretricem* exprimit *Hambre* Hispanicorum Latinis est *Fames*. Ex Latino *Hospes* detorquetur *Guesped*. *Madera*, *Lignum*, ex generali vocabulo *Materia* originem ducit. Quis crederet *Relox* ex *Horologio* esse detortum? Sed quid te amplius moror, Lexica evolventi similia ubivis sunt obvia.

Cum jam tantæ in Latinis ipsis obviæ sint nebulæ, quid fiet de vocabulis *barbaris*, quorum tanta copia, ut meo judicio, tertiam Linguæ Hispanicæ partem constituent? Non repetam hic frequentissimas in Hispania *Revolutiones*, fines enim Epistolæ transgrederer & eruditus, nota narrando, tædium crearem, Inde autem istiusmodi confusio inducta, quali Hispanismus hodiernus apertissimè laborat.

Omissis temporibus fabulosis, primi Hispaniæ Incolæ, quorum apud cordatos Historicos mentio, fuerunt *Phanices*, qui vel ut colonia ibi introducta, vel navigando Hispaniam commerciorum gratia adiverunt. Donec tandem Pœni sive Carthaginenses, qui illam penitus subjugarunt, totam Hispaniam *Φοινικίαν* effecerunt. Hi cum lingua *Phœnicia* sive *Punicâ*, Dialecto Hebrææ vicinâ, uterentur, locupletem vocabulorum *Punicorum* vel *Semi-Hebraorum* messëm Linguæ Hispanicæ reliquerunt, cujus spicilegium erunt admodum pauca, quæ adducam, Hispanorum *Rey* non ex Latino *Rex*, sed ex Punico *Reis*, (*caput*) originem ducit, quam opinionem *Caninius in Hellen. p. m. 52.* etiam amplectitur. Sed vis, ut dicam quod sentiam: Hebræorum *Kesch*; Pœnorum *Reis*, Latinorum *Rex*, Hispanorum *Rey*, cum Scythico *Reiks*, quod idem sonat & significat, ejusdem sunt originis; quæ autem tibi in aurem dixisse volo, ne Hebrææ Linguæ *קעשא* mihi dicam scribant. Hispanorum *Ninno*, latinè *puer, infans*, quid aliud nisi Pœnorum *Nin*, filius? Ne autem quid disimulem, *Menag. in Origin. Ital. v. annuntiare. p. m. 53.* illud deducit à græco *Νύννιος & Νύννιος*, quod cantilenam, qua nutrices infantibus somnum conciliant, significat. Sed prior opinio verior. De vocabulis *Jardin, Huerto, Guerto*, quæ *Hortum* denotant, in dubio sum. Origo indubitatè est Gothica; sed Hispani ante Gothorum adventum hortis usi sunt. Videtur ergò Punicum ex *Kartha*, quod locum circumseptum, munitum significat, unde *Carthago, Gadir &c. Bochart. Geogr. Sacr. P. 2. l. 1. c. 36.* Verum modo facta objectio hîc iterum valet, Iberos nempe antiquos jam ante Pœnorum adventum non fuisse absque hortis, erit ergò vox Celto-Scythica, originis verè Japheticæ, de qua idem dicendum, quod modo de vocabulo *Rey* affirmavimus. Vid. *Stiernhielm. Gloss. Ulphila-Gothic.* Superest cum multis aliis vocabulum *Ganar*, acquirere, lueri facere, &c. quod sine dubio est Phoenicium, nisi planè Japheticum. Vid. omnino *Stiernhielm. Gloss. Ulph. Goth. v. Ganab. Curana*, columba quæ in rupium foraminibus nidificat, Punicum est *Zur*, Saxum. Hispanorum *Cama*, lectus, Phoenicium *Kam*, se elevare, unde *Camab*, res quæ à terra elevata, quod lecto admodum conveniens; veterum enim lecti quod nostris fuerint sublimiores, ex antiquita-

tibus tam Græcâ quam Latinâ notum. Dubitandum porrò non eredo Pænorum *Garaph*, quo amnem fluentem designant, originem dare Hispanorum *Garrafa*, quod Latinè vitrum ventricosum & amplum, ex quo vinum vel aqua infunditur, significat. jung. *Bochart. Chanaan l. 1. c. 16. p. m. 465.* Permitte quæso, ut unicum adhuc addam exemplum, sed illustre profecto. In quam lingua totius ferè Europæ, flos ille Junonius non venit *Lilii* nomine? Unicus Hispanus hic divortium facit. Illi enim *Acucena* vocatur. Demto autem articulo *A Arabico*, quod restat Punicum est, quibus *Lilium Susa*, vel *Susan* audit. Testes habeo *Etymolog. Magn. voc. Σέσα. Σέσα ἡ πόλις ἀπὸ τῶν περιττοφυκῶν κρίων. σέσα γὰρ τὰ λείρια λέγεται.* Et cum pretiosum ex hoc flore unguentum præparabatur, illud etiam Latini ipsi *Susinum* vocabant, attestante *Plin. Nat. Hist. l. 13. c. 1.* jung. *Etymol. c. loc. Susinum* (sc. Unguentum) tenuissimum omnium est, constat ex *Liliis*, &c. *Steph. v. Σέσα. Κέκληται ἀπὸ τῶν κρίων, ἀποθα ἐν τῇ χώρα πεφύκει ἐκεῖνη, σέσαν τε καλεῖσιν καὶ θάρεβαροι*

Sin autem quis sustinere vellet, voces istas adductas non esse Phœnices aut Punicas sed purè *Hebræas*; Huic facillimo negotio respondetur. Nusquam enim in universo historiarum totius terrarum orbis ambitu, vel minimum de *Coloniâ Hebræâ* in *Iberiam* deductâ invenitur vestigium. Non nego post *Babyloniam* dispersionem unum vel alterum *Judæum* illuc appellere potuisse, sed quid hoc ad *Linguam*? Latè & eruditè hoc deducit *Aldrete Del Origen de la Lengua Castellana l. 3. c. 6. & 7.* Si ergò non sunt *Hebræa*, certò sunt *Punica*, quæ *Linguæ* ita vicinæ ut *S. Augustinus*, de illis dicat: *Hunc Hebræi dicunt Messiam, quod verbum Punicæ linguæ consonum est, sicut & alia Hebræa permulta & penè omnia. lib. 2. contra Petil. c. 104. & P. Hieronym. Poeni sermone quasi Phœni appellantur: quorum Lingua Hebræa linguæ magna ex parte confinis est.* Non cumulo plura, cum apparenter hæc sufficere possint.

Pœnis notoriè successerunt *Romani*, de quibus in confesso, illos *Linguam Hispanorum* modernam formasse, quam tamen *Incolas* regionis, tot *Punicis* retentis, in quam plurimis vocabulis mirum in modum transfigurasse modo demonstravimus, sed parum erat ad subsequentiū temporum confusionem. Nam cum

Barbari Septentrionales, fatali Romanis eruptione, universum Imperium inundarent, post Alanos, Suevos, Vandalos, *Gothi* tandem in Hispania sedem fixerunt, & universæ Linguæ plane aliam formam dederunt. Quod enim nomina per articulos declinentur; verba per auxiliaria conjugentur; passiva junctis verbis substantivis efferantur, &c. hoc omne Gothicum est; imo magna constructionis pars Gothica est, ut curiosè inquirenti facile apparet. Sed perlustremus exempla quædam: Hispanorum *Ama*, Nutrix, est Gothorum *Amme*. Illorum *Queso*, nonne horum *Kâse*? Gothorum *Gans* / avis vulgò nota, Hispanis eodem venit vocabulo, *Ganso*, scilicet. jung. *Plin. l. 10. c. 22*. In eruendâ etymologiâ vocis *Estusa*, varii sese variè torserunt, de quibus latè in *Menagii Originibus Italicis* p. 459. Sed nullam aliam novit originem, quam Germanicam (Gothi n. vel ipsâ Germanica, vel Linguâ admodum vicinâ locuti sunt) *Stoven* / h. e. opertâ patellâ aliquid coquere. Hinc *Stuve* / & inde Gallorum *Estuve*, Italarum *Stuva*, & Hispanorum *Estusa*. Vid. *Du Fresne Glossar. med. & inf. Latin. voc. Stuba*. Hispanorum *Guerra*, Bellum, Gallis & Italis idem significat, originem autem petemus ex Septentrione, ex quò populis modo dictis per Gothos & Vandalos introductum, ubi radix *Wehr*; hinc, *Gewebr* / *Brustwebr* / *abwehren* / *verwehren* &c. Si illos, qui Punicum sive Hebræum *Gara*, pugnare, hic adducunt, audire vellemus, unde Itali & Galli illud haberent? Anglicum *Warre* planè idem est, & tempore Latinitatis mediæ, (ex qua plurimum Linguæ exoticæ mutuo acceperunt) *Werra* expressè bellum indigitavit. *Du Fresne cit. loc. h. voc. p. m. 664. & 665. pr.* Sed quid te diutius, ô carissime! in rebus notis satisque perspectis detineo, imprimis cum hæc vocabula, quamvis aliis gentibus, non tamen Germanis, hanc linguam reddant difficiliorem.

Transeamus autem, si lubet, ad fatales illos Hispaniæ everfores, quos Palatium Toletanum nimium curioso Roderico vivis coloribus depinxerat, antequam infausta illa Florindæ defloratio illos attraxit, *Mauros* inquam sive *Saracenos*. Hi enim, post deplorandam incursionem, per octo Secula miseræ Hispaniæ incubuerunt, & tantam suorum vocabulorum copiam Linguæ inferferunt,

ferunt, ut se ipsam, post tot Secula, Barbaris expulsis, vix agnosceret, ita ut in dubio esset: Num Hispanus (sit venia verbo) arabizaret, vel Maurus hispanizaret. Nam si vocum *Arabicarum* vel centesimam ad lucere vellem, certè τὸ πρῶτον Epistolæ non attenderem. Ne tamen ἀσυμβολῶς hinc discedam, regulas quasdam, (verum non nego illas suas pati exceptiones,) generales dabo.

1. Omnia ergò nomina dignitatum & officiorum sunt Arabica.
2. Omnia utensilia domus & agri sunt nomina Arabica.
3. Omnes ferè termini, quibus Venatores, Aucupes, Artifices &c. utuntur, sunt vocabula Arabica.
4. Omnes ferè civitates, pagi, villæ, fluvii, montium jugera &c. Arabibus denominationem debent.
5. Omnia vocabula, paucis exceptis, quæ syllaba *Al* incipit, sunt Arabica, sed quanta eorum copia? Item magna pars eorum in quibus Cedilla (ç) occurrit. Imo
6. Univerſus ferè communis sermo vel loquela vulgâris Arabum vocabulis abundat. Concedo magnam partem harum vocum esse binominem, & synonymum habere Latinum, quo utuntur ut plurimum in scriptis ecclesiasticis & devotis, item in orationibus & scriptis patheticis, porrò in Poëmatibus heroicis & amatoriiis. Synonymum autem Arabicum, in communi loquela, scriptis de rebus amatoriiis, (qui Romanen audiunt) carminibus satyricis &c. adhibetur. Quæ tamen omnia cum grano salis accipienda; pro mente enim autoris Stylus vel arabizat vel hispanizat, quapropter si quis ea, quæ Arabicum quid redolent, transmittere velit, subito quantum impedimenti sibi fecerit, sentiet.

His ita ponderatis, amice dilectissime, te mecum sentire spero, inò spero admodum Rever. Dn. *Lindenbergium*, Linguâ Hispanicâ rite inspectâ & studio illi seriò applicato, ipsum meæ futurum opinionis. Alias difficultates hæc vice relinquo, nempe *pronunciationem*, quæ a Imodum difficilis, imprimis in sibilantibus c. ç. s. z. quorum sonus Anglico th. affinis, & in gutturalibus X. & I. quorum pronuntiatio, præter Germanum, omnes alias nationes molestiâ afficit. Omitto *constructionem*, quæ ita peregrina aliis gentibus, ut filio Ariadnes non rarè opus sit. Sed pedem figo; de Linguæ Hispanicæ *Elegantia ac Utilitate*, pauca adhuc addens. Quæri autem possit, in quo primariò *Elegantiæ* status po-

nendus? Sed nullus dubito, responderi posse: Potasillum sive in cultu & selectu verborum, sive in *φρασεολογία* suavi & copiosa, sive in styli divitiis & majestate, sive in troporum felici audacia & sublimitate, & quicquid horum amplius addi queat, semper & ubique Lingua Hispanica victrix erit. Vis exempla? Quis unquam cultius & selectius scripsit, in Historicis *Marianâ*, in Politicis *Saavedra*, & in Theologicis *Guevarrà*, *Naxarâ* & *Eusebio Nierembergjo*? Ubinam Phrasæ suaviores atque copiosiores, quam apud dictum *Saavedram*, item *Johannem de Zavaleta*, &c. Qui de divitiis styli ejusque majestate certus vult fieri, imprimis legat rei amatoriaræ scriptores, (vulgò Romanen) horum enim in vix ulla alia terra fertilior seges, quam in Hispania, de quibus tamen monendum, illos tanta in eo genere circum spectatione scripsisse, ut nec Vestalibus ipsis ruborem excutiant. Post illos veniunt autores, qui & profâ & vorlâ nobis opera sua dederunt, quæ modo moralia, modo fabulosa, modo amatoria, modo poëtica continent. Horum unus ex primis est *Salvador Jacinto Polo*, qui opera sua *Academias* inscribit. Sed unicus instar omnium est *Michaël de Cervantes* in sua elegantissima & nunquam satis laudata Satyra, quæ vulgò sub nomine: *Don Quixote de la Mancha*, nota. Omnia enim, quæ apud alios sparsim, hîc per cumulos invenies, ita ut eruditus quidam Gallus nostri temporis de illo diceret: *Qu'il aimeroit mieux d'avoir fait le Don Quixot, que tous les autres livres; par ce, qu'à son avis, il n'y en ait point qui puisse contribuer d'avantage, à nous former un bon gout de toutes choses.* Æmulum quidem habet in autore Satyræ *Guzman de Alvarache*, sed Cervantem parum attigit, nimius enim est in digressionibus, metaphoris, stylo ad ostentationem usque affectato, adeò ut quam sæpissime heroëm suum ex oculis & memoria perdat. Porrò in metaphoris & sublimi majestate quis *Franciscum de Quevedo*, quis magnum & incomparabilem *Gracianum* vincet? Ille in ligatâ & solutâ oratione, in seriis & jocis, in moralibus. & Satyris, in oratoriis & politicis se virum præstitit. Hic vero summus *Gracianus*, qui verè omni encomio major, nihil non intactum reliquit, quo sui admirationem moveret. In stylo enim illò nemo tertior, in phrasibus nemo uberior, in metaphoris nemo judiciosior, in majestate nemo sublimior, in

allusionibus nemo felicior. Imo vis Laconicam brevitatem, illo nemo concisior, vis Asiaticam luxuriam, illo nemo locupletior. Doleo, mihi ob temporis & epistolæ angustias non licere omnium ante-dictorum exempla in medium proferre, ut tamen aliquo modo assertis meis fidem astruam, cognosce ex ungue leonem, & aliquot *Graciani* verba, quæ adducam, attentiuscule considera. Describit autor aulam Hispanicam Madritensem, his verbis: *A vista estava ya de la Corte, y mirando Andrenio a Madrid, con fruicion grande, preguntole el Sabio, que ves en quanto miras? Veo, dixo el, una real madre de tantas naciones, una corona de dos mundos, un centro de tantos Reynos, un joyel de entrambas Indias, un nido del mismo Lenix, y una esfera del Sol Catolico, coronando de prendas en rayos y de blazones en luzes. Pues yo veo, dixo Critico, una Babilonia de confusiones, una Lutecia de immundicias, una Roma de mutaciones, un Palermo de volcanes, una Constantinopla de nieblas, un Londres de pestilencia, y un Argel de Cautiverios. Yo veo, dixo el Sabio, a Madrid, madre de todo lo bueno, mirada por una parte, y madre por otra, que assi como a la Corte acuden todas las perfecciones del mundo, mucho mas todos los vicios, pues los que vienen a ella, nunca traen lo bueno, sino lo malo de sus patrias.* Exstat locus in operum *Graciani* tractatu, cui nomen *El Criticon. Part. I. Crif. XI. p. m. 100.* Non piguit locum quamvis longiusculum adscribere, cum sit elegantissimus, & liber in paucorum manibus. Judica ergo, amice suavissime, ex unico quasi obolo, quanti elegantiarum thesauri hic reconditi.

His obiter perspectis, de enthea *Poëtarum* gente pauca adhuc addenda, verum hæc tam fecunda semper in Hispania tuit, ut quamvis aliam facile vincat provinciam. Comædiarum solum in regno illo unico tanta est copia, ut reliquam universam vincat Europam. *B. Morhofii* testimonium sit instar omnium, qui ex *Nic. Antonii Bibl. Hisp.* docet, solius *Lope de Vega* comædias prælo publicatas 25. Tomos impleviffe. *Untere von der Teutsch-n Sprach.* c. 3. quid de reliquo Comiceorum & Tragicorum agmine, quod ingens, dicendum est? Sciendum autem Hispanicos Poëtas nonnullos tanta elegantia, suavitate, eruditione, majestate, & c. scripsisse, ut nulli herbam dent. Divinam enim illam sublimitatem,

tem, quæ Deos ab hominibus separat, & poësin illorum linguam esse voluit, ita feliciter affecti sunt, ut in illo puncto vix Græcis & Latinis cedant. Prosa enim rythmica quæ in hodiernis versibus, ut plurimum, familiam ducit, illis bonisque omnibus abominati-
oni est. Ex immenso numero, mihi tantum noto, paucis exemplis asserto meo fidem faciam. Incipiam igitur de genere *E-
pico*, quod carmina micat inter omnia, velut inter ignes Luna
minores. Varii in illo tam exarando quam perficiendo erudito
orbi se stiterunt. Maxime in illo genere eminent: *El. Bernardo à
la Victoria de Ronces valles, de Bernardo de Balbuena.* Cui *Nicol. An-
ton*: optimi Epici inter omnia reliqua laudem adjudicat. *Fran-
cesco de Borja. Napoles recuperada por el Rey Don Alonso.* Porrò in-
ter meliores nominandus: *El Pelayo de Alfonso Lopez.* Meo autem
judicio, in quo spero non fallor, omnium optimus est *Miguel de
Silveira* in divino poëmate *El Macabeo*, de quo ipse asserit, se vi-
ginti duorum annorum spatio illud perfecisse. Est in eo tanta e-
legantia, tanta sublimitas & majestas, tantus phrasium & versuum
cultus, ut jure affirmari non possit, vel verbum ipsi non co-
gitanti excidisse. Hoc tamen notandum, quod requirat lectorem
eruditum, fabulis & historiis antiquis & hodiernis imbutum, lin-
guam non obiter callentem; vis uno verbo: tam difficilis, quam
pulcher est. Ex descriptione tempestuosissimi maris, unicam
tibi recitabo octavam, quæ in *Lib. 7. est* 52.

*El cielo abre con lances de cristales,
En el profundo Lago ocultas venas
Y en contra de los Orbes celestiales
Graniza al Polo el mar turbias arenas.
Exorbitando terminos fatales
De los muros Etereos, las almenas
Bannan las ondas; y sus campos largos
Surca secunda vez la Nave de Argos.*

Verum cave, autumes, illum semper ita fulgurare. Neutiquam.
Decoro postulante illo nil dulcius. En tibi aliam Octavam, quam
Musæ & Charites ipsæ sesamo & papavere condiverunt. Com-
parationem inter rosam florentem & vitæ fugacitatem instituit.
Libr. 15, Octav. 63.

*Qual rosa que en su nudo sollicita
Eternizar la pompa del verano,
Que en tisonjas del tiempo la marchita
Blando contacto de lasciva mano;
Tal la nativa flor con sangre escrita
Roba la Parca al rostro soberano,
Mas del arbol cortada en Orbes sacros
Ostentará vivientes simulacros.*

Hæc de Poëtis epicis sufficiant. *Lycorum* numerus maxime præ aliis eminet, de paucis autem, quos ego novi, & possideo, nonnulla, ut & horum detur prægustus, verba faciam. Est in primis omninò nominandus *Don Francisco de Quevedo*, ut orator ita & poëta insignis, poëtica sua opera secundum Musarum nomina & attributa divisit, quibus Epicteti & carminum Phocylidis versionem præmisit. Est admodum suavis, & exceptis Satyricis nonnullis, intellectu facilis, singulare donum possidet seriis jocosa miscendi, & gravissimis philosophiæ sententiis carmina sua ordinandi. Permittes ut unicum, sed nobilissimum, exemplum adducam: *A quien Dios quitò el Ingenio,*

*A unque en lo demas sea rica,
Mas le quitò lo que tiene,
Que lo mismo que quita.*

*Si entiendes lo que es tener
Sin entendimiento dicha,
Darte ha la buena fortuna
Mas asco que no codicia.*

Sunt verba auro contra cariora, quibus autor elegantissimum de utriusque animi & corporis pulchritudine carmen concludit. Extant in *Volum. Poëm. Musa IV. Roman. c. IX.* Hunc ætate præit, sed carminis suavitate ipsi non cedit, nobilissimum Poëtarum par, *Boscan & Garcilasso*, licet in pueritia quasi efflorescentis Hispanicæ poëseos, opera sua scripserint; (Editionem enim eorum, venerandæ ætatis, 1554. Barcellonæ impressam, ipse possideo.) Nihilominus tamen multos posteriores & melioris ævi vincunt. Verum excipiendus eruditus, elegans & suavis poëta, *Don Juan de Tarsis, Conde de Villa Mediana*, cujus opera 1643. Madriti impressa tot Ve-

neres continent, ut lectori in nulla pagina deliciæ non occurrant, imprimis Phaëtonis & Europæ fabulæ laude quam plurimâ dignæ. Sed quid mihi mentem occupat, quod magni *Gongora* hæctenus sim oblitus? Principe loco illum ponere debuissem, cum ipso Hispanorum judicio, utut difficillimus, omnium patriæ poëtarum sit summus & perfectissimus. Varii eruditi ob singularem operum difficultatem commentariis ea illustrarunt. Possideo ego editionem Bruxellensem anni 1659. elegantissimam quidem, sed absque commentario, quapropter ingenuè profiteor, me multa non assequi, & quamvis verba intelligam, mentem tamen non capere, ita ut vere de ipso affirmare possim, quod de σκοτεινῷ illο *Heraclito* dicebat *Socrates*, cum *Euripides* ipsi illius scripta daret, judiciumque de illis posceret: Ἄ μὲν συνῆκα, γενναῖα. δῖμαι δὲ, καὶ ἂ μὴ συνῆκα. Πλὴν Δηλὸς γέ τινα δένται κολυμβίῃ *Laert. Vit. Philos. C. 2. segm. 22.* Poëmata ipsius, facile elegantissima, de *Polyphemo* & *Galarbea*, item de *Pyramo* & *Thübe*, illud cum erudito commentario *Don Garzia de Salzedo*, hoc cum optima illustratione & non indocto commentario *Christophori de Salazar Mardones*, in apparatus meo librorum exstant, quibus, post autoris lectionem, consultis, nil elegantius & sublimius exprimi potest. Ut autem magni hujus viri umbram aliquo modo delineem, ex pulcherrimis ejus Sonetris (sit venia vocabulo barbaro in re non aliter exprimenda) unicum, & quamvis non admodum difficile, pulcherrimum tamen, addam, est illud inter erotica XV. & exilat editionis meæ pag. 52. his verbis:

Tras la bermeja Aurora, el Sol dorado
Por las puertas salia del Oriente,
Ella de flores la rosada frente,
El de encendidos rayos coronado.
Sembravan su Consentio, ó su Cuidado,
Qual con voz dulce, qual con voz doliente,
Las tiernas Aves con la luz presente,
En el fresco Aire, y en el verde Prado.
Quando saliò bastante à daz Leonora
Cuerpo à los vientos, y à las piedras Alma,
Cantando de su rico Alvergue: y luogo

*Ni oi las Aves mas, ni vi la Aurora,
Porque al salir, ò todo quedò en calma,
O yo (que es lo mas cierto) sordo y ciego.*

Lyrìcorum carminibus jungenda sunt poëmata gratiosissima illa, quæ passim inveniuntur apud autores *Pastorum res amatorias* scribentes, exempli gratia in *Lope de Vega Arcadia*; *Georgii de Monte mayor Diana*, ejusque continuatore *Alonso Perez*; *Petri de Castro Auroras de Diana*; & imprimis in *Gasparis Gil Polo* elegantissima *Diana enamorada*, cujus bucolicum dialogisimum inter Alcìdam & Dianam ex libro primo petitam, *Baribius Adversar. l. 56. c. 18.* longe elegantissimum carmen non solum nominat; sed etiam metro Sapphico latinum fecit, præmissa tamen hac protestatione: *Penitus impossibile est, Latinis verbis assequi præsentem vim Castellanorum, itaque sententiam secuti, floridis tamen servatis numeris, sic divinum hoc carmen transducere voluimus.* Præmissis hisce probe consideratis, docemur quantæ elegantix ex istis petendæ, & quantò elegantiarum studio illæ faciendæ. Hunc scribendi modum Hispani semper singulari fervore amplexi sunt, ita ut neoterici illo adhuc utantur, ex quibus mihi ad manum *Las Obras en I rosa y verso de Salvador Jacinto Polo*, impressæ Zaragoza Ao. 1670. Habent in iis elegantiarum amatores, quod illos delectare possit.

Verum delicia & elegantix nimium nos seducunt, dulce igitur omittamus & *utile* Lingux Hispanix aliquantulum perspiciamus. Ast, bone Deus, quantum dicendi campum doctissimus *Lindenbergius* hic aperuit! In omnibus sententix ejus subscribo, imò non possum non addere, omnium exoticarum hanc nostri esse utilissimam, ita ut etiam in hoc passu *Italica*, (quæ quantum mihi grata, tibi, amantissime *Melleni*, notum,) eam proponam. Suspiciabitur Theologus me Lingux *Anglicana* nullam habere notitiam, aliàs illi Hispanicam præferre mihi religiosum fore. Verum respondeo, hæc non ex ignorantia Anglicismi proficisci. Quod enim linguæ hujus non sim ignarus, familiares mei norunt. Sed ex considerato animo. Concedo Anglos in re Theologicâ Hispanis multis parasangis præferendos; in modo declamandi

autem & stylo oratorio formando, item tropis rhetoricis, metaphoris, allegoriis &c. rectè utendo, Hispani præ Anglis caput extollunt,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Priusquam ad usum Theologicum Iberi sermonis nos accingamus, pauca de alio non minus contemnendo usu præmittamus. Inquit nobis sit ab infimo subsellio, communi nempe vita, quid autem in illa utilitius, quid utilius *Proverbiorum* usu? Quænam autem linguæ, Græcâ & Latinâ exceptis, illis Hispanicâ fertilior est? Et quamvis in aliis eorum collectiones non temerè invenias, commentariis tamen & explicationibus ut plurimum careant. Si iterum pauca Italica *Menagii*, & aliquot Germanica demas. Hispania autem, quæ non tantum utilissimis Proverbiis gaudet, sed collectionem quoque eorum nobis produxit admodum illustrem, quæ hoc titulo Ao. 1621. Leridæ in forma quarta impressa: *Refranes ò Proverbios, que coligiò y glossò el comendador Hernan Nunnez y la Filosofia vulgar de Juan de Mal Lara, en mil refranes glossados* &c. Est liber perquam rarus, sed mihi videtur cujusvis pretii, cum in vita communi non solum, sed etiam in re œconomicâ, optima illinc petantur *νομιμα*. Porro, quid *Politico* Linguâ Hispanicâ utilius esse potest? Qui dubitat, *Saavedra Emblemata* evolvat, quæ quidem ob universalem totius eruditi orbis applausum, in omnes ferè Europæ linguas translata sunt, ob singularem autem Politicorum existimationem omnium attraxerunt oculos. Dogmata politica methodo Saavedræ tradendo imitatus est *Andrès mendo, en su Principes perfectos y Ministros ajustados*. Est liber certè doctus & utilis, gravibus præceptis tam plenus, quam eleganti stylo exaratus. Lugduni Galliarum (En Leon de Francia) nitido caractere & non contemnendis iconismis Ao. 1662. in 4to impressus. Usum hunc nobilissimæ Linguæ maximè augent *las Obras en prosa de D. Juan de Zavaleta*. Editio mea Ao. 1672. Madriti in 4to. est impressa.) Continet inter alia *los Errores celebrados*, ubi eruditè & ut verum Politicum decet, ex toto historiarum ambitu, singulares colligit casus, & post brevem eorum recensionem, Discursum politicum jungit, eosque erroris convincit. Scripsit etiam *Vitam Imperatoris Commodi*, Principis notæ infamiae, sed tamen eleganter & politicè, ut & mon-

struo-

struolæ ipsius nequitia non absque delectatione legantur. Sed quid per ambages circumeo? Unicum *Gratianum* nominando res decisa est. *El politico Fernando, el Heroe, el Discreto, el Oraculo manual*, magni hujus viri sunt libri, quibus, in eo genere, orbis terrarum nil majus vidit, ita ut de illis & de auctore verè dici possit, quod ipse de *Tacito* dicit: *Saaron à eterna luz raras autores; raras obras con razon trabajos porque les costaron. Escribió Cornelio Tacito, no con tinta, sino con el sudor de su valiente espíritu, mas precioso que el licor de la perla Gitana desleida. Agudez. Discurs. 60. pr.* Verum in genere notandum; nil utilius politicum legere & evolvere posse *Historicis Hispanicis*. Legat ex ingentiaiorum numero *Marianæ Historiam* & *Saavedre Coronam Gothicam*, & postea dicat, num in ullo alio regno tot revolutiones, tot invasiones, tot dilacerationes, tot regnorum mutationes invenerit. Et hæc statuum & regnorum *κατασκευαῖ* genuinæ sunt Politicorum scholæ.

In usu *Morali* lingua Hispanica nulli etiam secunda. In articulo præcedente, de re politicâ, monstravimus, quid illa in doctis & optimis emblematis possit, (sed notandum, me non de perfectione criticâ loqui, ita enim vix centesimum omnia habebit requirit.) & in hoc iterum illi varia debentur elogia. *Las Emblemas Morales de Don Juan de Horozco y Covarruvias* illustre præbent exemplum. Hujus Tractatus primus liber tractat generalia latè & satis eruditè, duo posteriores magnam exemplorum copiam adducunt, Et quamvis iterum ars critica in illis, quod culpet, inveniat, erudita tamen deductio, inque ea elegantissimus stylus, lectorem non nisi applaudentem dimittent. Quantum characterum & morum descriptionis in Moralibus habeatur ratio, doctos non fugit. Illustre in lingua nostra habemus exemplum, nam ante laudatus *Juan de Zavaleta* in suis operibus tractatum reliquit sub titulo *El dia de Iiesta*, in quo hanc spartam pro virili ornat; tantâ enim styli elegantia & tantâ ingenuitate, modo hypocritam; modo chartarum lusoriarum amatorem; modo avarum; modo Poëtam; modo Aulicum &c. depingit, ut sui ævi Theophrastus non immeritò nominandus. Aliâ & planè singulari methodò moralia docet *Don Alonso Nunnez de Cast.* in libro molis quidem exiguæ, sed utilitatis nobilissimæ. Inscríbitor *Seneca impugnado de Seneca*; modus tractandi

hic est: Sumit autor locum aliquem ex operibus Senecæ, quem explicat, postea alio loco ejusdem Senecæ indicat, Senecam sibi ipsi aut vere aut apparenter contrarium, tertio autor ipse contra Senecam se declarat, suamque opinionem eruditè & latè defendit. Quantum in eleganti libello utilitatis, ex adductis patet. Hoc unicum tamen notandum, illum varia hisce moralibus immiscere politica, quæ ob materiæ vicinitatem evitare nec potuit nec debuit. Idem dicendum de Aphorismis *P. Eusebii Nierembergii*, volumen implent exiguum, sed puram absque tegmine continent medullam, & moralia legum instar proponunt, demtis etiam quibusdam politicis, nil Ἠθικώτερον optari potest. Verum his laudatis si non præferendus, omninò jungendus est, sæpius sed nunquam satis dictus *Gratianus*. Tractatus ejus *El Criticon* inscriptus non tantum Patriam ipsius sed universum Orbem stupefecit. Statum hominis ibidem per tres ætates, puerilem, virilem, & senilem, incomparabili eloquentiâ & methodo verè singulari atque æstumatissima evolvit. Introductionem ad tractatum facit tam suavem, tam delectabilem, imò via tam inusitata opusculum suum aggreditur, ut parum absit, quin attentum & bene intelligentem lectorem planè in ecstasi rapiat. Sed credo, paucis hisce deductis, me thesin meam satis perspectam, reddidisse & magnam linguæ Hispanicæ in moralibus utilitatem demonstrasse.

Ufus jam supereslet *Theologicus*, sed vereor, ne nauseam creem, cum doctissimus & plurimum Reverend. *Dn. Lindenbergius* si non omnia, potiora tamen, præoccupaverit, & ne mihi objiciatur, quod Comicus in Ranis dicit:

μή σ' ὀ θυμὸς ἀεπάσας
Ἐκτὸς ὄσει τῶν ἐλακῶν.

Sed quid hæreo? Ut & hic aliquid dixisse videar, ex plurimis, quæ dicenda habeo, paucis mentem meam aperiana & *Dn. Lindenbergi* dicta confirmare satagam. Cum ergo *Theologi Homiletici emblematis* non ineleganter utantur, admodum excellens adminiculum in linguâ Hispanicâ illis præbet *Francisco Nunnez de Cepeda*, in optimo libro, quem inscribit, *Idea de Ὁ buen Pastor*, copiada por los *SS. Doctores*, representada en *Empresas Sacras*. Est liber adhuc


adhuc novus, & parum in vulgus notus, laudabili elegantia & varia eruditione exaratus, iconismos continet summo artificio sculptos, caractere nitidissimo, impressus est in 4to Lugduni, (En Leon,) sed credo Galliarum, in civitate enim Hispaniæ, quæ pariter Leon, (Latinè Legio) nominatur, talem nitorem vix quærerem. Magnum in subtrata materia utilitatis emolumentum præbent *Sermones varios predicados por el P. Manuel de Naxera*. Subtractis illis, quæ autorem Jesuitam demonstrant, sermonibus hisce nil elegantius eloquentiusque inveniri potest. Loca biblica, quæ explicanda assumit, non quidem semper, ut orthodoxum decet tractat, multus enim est in metaphoris & allegoriis; sed illa, ut verum oratorem decet, ita eximia paraphrasi illustrat & exornat, ut lectorem, non nisi invitum dimittat. Vis *Asceticum* in sua cellula? Quid magis pium, devotissimo *Johannis Eusebii Nierembergii* tractatu *De la Diferencia entre lo Temporal y Eterno*? Ob universalem applausum multoties prælo est commissus, exemplar meum jam undecimæ est impressionis. Habet in eo Christianus quod sequatur, & Theologus quo variè utatur, stylus est facilis, suavis & elegans, ac per materiæ varietatem lectori nil nisi Attica mella instillat, & quidem quæ animum sanant nec stomachum corrumpunt. Huic se associat *Paulino de la Estrella*, qui olim Regiæ Angliæ à sacris fuit, meditationes & soliloquia, sed omnia carminicè, scripsit, admodum pia, sub titulo: *Flores del Desierto*. Hisce ad pietatem spectantibus, optimæ de SS. *Cana* meditationes sæpius dicti *Gratiani* omnino jungendæ sunt, quas sub titulo *El Comulgatorio* in fine operum nobis reliquit. Continet quinquaginta devotissimas meditationes stylo exquisitissimo conscriptas, & in quibus, quod mireris, vanitates papisticæ non nimium regnant. S. Scripturæ amator ingentem usum & voluptatem tam in explicatione quam in summa eloquentia percipiet ex amplissimo tractatu, cui titulus: *David Perseguido y Alivio de Lastimados*, por el Doctor D. *Christoval Loçano*. Totus liber continet quatuor volumina in 4to. quorum duo priora vitam Davidis elegantissimâ paraphrasî recensent, duo posteriora autem sub titulo: *El Hijo de David mas perseguido*, historiam Salvatoris nostri eadem

dem methodo prosequuntur. Meo certè judicio est liber, quæ Theologus doctus & perspicuus, qui scilicet zizania a tritico segregare ritè noverit, summa fruetur voluptate & ingentem usum recipiet. Eodem ferè modo *Jobum*, sed metricè, *et Conde D. Bernardino de Rebollo* nobis proponit, cui *Tbrenos Jeremia* jungit, illum *Constantiæ victoriosa*, hos *Elegiarum sacrarum* nomine, in quibus Bibliorum diligens lector, quam plurima, quæ ad palatum erunt, inveniet.

Verum, manum tandem de tabulâ! tempus est, amice suavissime, ut te dimittam. Credo enim, hisce paucis deductis, propositum meum satis perspicuum evadere. Non spernendum auctorum catalogum & exemplorum acervum cumulare adhuc potuissem, sed hoc magis ostentationis quam demonstrationis opus fuisset, secutus sum regulam Isocratis in *fin. Parenes. ad Demonic*:
Ἐπερ τὴν μέλιτιαν ὀρώμεν ἐφ' ἅπαντας μὲν, τὰ βλασθήματα καθιζάνουσιν ἅφ' ἐκείων δὲ τὰ Χρήσιμα λαμβάνουσιν. Atque eo ex multis pauca delibandi modo spero me thesin *de Lingue Hispanica difficultate, elegancia & utilitate* satis evicisse, præsertim cum testimonium suum meo jungat magnus Vossius in eruditissimo *de Poëm. Cant & virib. Rythm.* tractatu, pag. 57. *Horum (sc. Hispanorum) idioma tantam præ se ferre majestatem, ut non modo alias dialectos à Latino sermone prognatas, sed & omnium gentium linguas superet longissime.*

Supereffet quidem adhuc, & quasi necessarium foret, post hæc de Hispanismo dicta, nonnulla etiam dicere de *Lusitanismo*, sive *Lingua Portugallica*, cum ejus elegancia, majestas & utilitas, si duriusculos aliquot in pronuntiando sonos excipias, tanta, ut Hispanicæ interdum palmam dubiam reddat, imprimis in Theologicis, ubi judiciosissimus & eloquentissimus *P. Louis de Vieira* omnibus aliis toto vertice supra est. Verum limites mihi propositos dudum excessi, colophonem ego hic impono, Teque, carissime, cum omnibus tuis valere jubeo. Dabam
 Hamburgi è Musæo meo III. Kalend. Februar.

Ao. M. DCC. IV.



NOVA LITERARIA
 MARIS BALTHICI
 ET SEPTENTRIONIS,
 Edita Calendis MAJI. A. M DCC IV.

ROSTOCHII.

TYpis Joh. Weplingii, Seren. Princ. & Acad. Ty-
 pographi, excusa est *Johannis Ernesti Schaperi*, Med. D & Prof.
 Publ. Epistola de *Lippitudine Crystallifera*, ad Virum Genero-
 sum atque Excellentiss. D. *Theodorum Christophorum de Krug*. Sere-
 niss. atque Potentiss. Regis Borussiae Consiliarium Aulicum,
 & Archiatrum Primarium. (3. pl. 4to.)

Præmissò ad *D. de Krug* præfamine epistolico, & recensitis sin-
 gularibus quibusdam oculorum affectibus, vel ex Græcorum vel
 Latinorum monumentis & observationibus collectis, Clariss. Au-
 tor integram Morbi historiam, tanquam rarissimam, similique,
 ipsius & aliorum judicio fermè carentem, in literis, germanico
 idiomate ad ipsum nomine ægræ datis, prolixè exponit: quæ
 contractior talis est. Virgini cuidam Nobili, per sesqui-Annum
 & ultra variis corporis incommodis, præsertim autem ineunte
 præteriti anni Vere gravioribus ac insolitis catarrhis, unà cum in-
 secuta Cephalæa absque Ophthalmiâ, vexatæ inter oculi dextri
 canthum internum atque Nares tuberculum, sine ullis dolori-
 bus, ad pisi magnitudinem excrescit. Huic, cum emplastra emol-
 lientia, quæq; pro ejus abolitione proficua credita, diu frustra fuere
 adhibita, natura rerum magistra opitulatur, & quod ars efficere non
 potuit, ipsa perficit; dum spontè rumpens lympham profundit
 subflavam, non sine ingravescentibus tam capitis quam ipsius tu-
 berculi doloribus emanantem. Subsistebat quidem lymphæ ef-
 fluxus eodem quò inceperat die; verum dolores intendebantur,

& dextrum totius faciei latus intumescentiâ atque inflammatione corripiebatur. Remittebant quandoque dolores, momentô tamen majori vehementiâ redibant: usque dum dextri, mox sinistri oculi inflammatio, & tandem eorum totalis oclusio, sive palpebrarum quasi coalitus accederet; hóc saltem servatô discrimine, quod dolores in sinistro oculo fuerint remissiores, & ille matutinis horis, licet difficillime, potuerit aperire. Quæ dum ægra per quatuor septimanas incredibili, & ab autore nunquam satis laudanda patientia sustinuit, Luminis usura interim privata, en! loco mucis atque puris exsiccati, hætenus in oculorum palpebris externe observati, in conspectum veniunt Crystalli albisimi, quos, vel instrumendo derafos, vel aquis ophthalmicis ablutos, vix elapso semihoræ spatiô ex oculis iterum propullulans Lympha pellucida. Salis crystallifandi mater, regenerat, bis in die repetendam ablutioem aut remotionem pro levamine ægrotantis postulantes, cum alias oculi à circumscito Sale constricti & quasi ligati sentiantur. Historiæ enarratæ subjungit Cl. Autor, cujus indolis hos palpebrarum crystallosprehenderit, quæve circa illos instituerit experimenta. Scilicet, quod solo tactu explorati fuerint angulosi, inæquales, & durissimi, pistilli impetum sustinentes; at oculo armato sive microscopio considerati, Lapides superficiei inæqualis & obtusorum angulorum, pellucidos, cum intermixta albedine hinc inde nonnihil obscura seu fusca, repræsentarint. Linguæ admoti papillas ejus nerveas ita corrugarunt, ut earum fibræ quædam in cincinnos resilirent, quemadmodum austerorum hic mos est. Alcohol sive pulvis eorum subtilissimus infuso Théé admixtus in atro-virentem illud mutavit liquorem, saporis acido-austeri, & per breve temporis intervallum inde ad fundum secedens pulvis atramentosi fuit coloris, ac ejusdem saporis alluminosi. Syrupum Violarum dilutoviridi. Tincturam vero Ligni nephritici variegatam flavo tingebat colore. Cum solutione eorum, in aqua simplici facta, eadem repetiit experimenta, eodem at mitiori cum effectu. Spiritui salis armoniaci, lixivio salis tartari, vel ciner: clavellat: affusa, sine manifesta effervescentia, in coagulum lacteum viscoso-oleosum abiit. Alumen sub eodem examine vocatum eadem

dem sed mitiores produxit colorum mutationes, & coagulum ejus non adeò viscoso-oleosum digitis fuit judicatum. Quam notatam crystallorum & alluminis differentiam Cl. Autor non immerito tribuit diversæ utriusque texturæ: cum alumen è minerali regno magisterii quoddam genus habeatur, quod acido Vitrioli acido vicino, vel simili cretaceas vel terreas alias dissolutas & junctas servet partes; crystalli verò palpebrarum ex acido & gelatinosis, vel viscoso-oleosis partibus, ut in regno animali salium volatiliu ordinario, sic acidorum quoque peccantium parili receptaculo, aliisque intermixtis, in sensus hic non facile incurrentibus, partibus combinati sint. Relictis experimentis primò colatoria, per quæ illud acido-austerum cum viscido, sub crystallorum formâ postea conspicuum, fuit propulsum sive Glandulam innominatam, hâc in ægra vellicatam: dein Liquorem ipsu ex oculis stillatum, ejusdemque crystallisationem, ex deperditione aquosarum & spirituosarum partium, remanentibus rigidis viscidisque, ortam; & tandem Lymphæ fontem, qui est Sanguis, primariò aut viscidus in illo nidulantis, atque tot dolorum tot obstructionum genitricis, naturam ulterius describit, ac doctissimis rationibus explicat. Hisce coronidis locò annectit, quæ à Medico Strahlfundenfi ad debellandum morbum fuere præscripta, & tam pro usu internò ex purgantium, diaphoreticorum, antiscorbuticorum, absorbentium & acido-austero contrariorum numero, quam externè è nervinorum, ophthalmicorum, cephalicorum &c. classe desumpta. Nec reticet, Chirurgum vesicatoria nuchæ & circa carpum, ut & fonticulum cervici imposuisse: Ipsum verò, quò eo fortius acido-austero obviam iretur, internè usum absorbentium & chalybeatorum crudorum, cum diureticis è funipero & nitrosis Alcalinis, & pro lubricandis intestinis alvique segnitie corrigenda, oleosorum suasisse. Quanquam non diffiteatur, se maximam curationis fiduciam collocasse in aquosis; ideoque pro salium heterogeneorum dissolutione non solum ægræ largum potum ex decoctâ radicis Chinæ & Sarsaparillæ concessisse; sed etiam, ut vapores aquæ calidæ, additò pulvere Coffeæ tostæ & Seminis Fœniculi baccharumque Juniperi medicamentosâ redditæ, ad demulcendas irritas palpebras, per infundibu-

lum oculis exciperet, autor extitisse. Ita tamen, ut insuper palpebras quali vulneratas pro ambientis aëris noxa emplastris atque sacculis siccis lenientibus munire, & Lympham ad oculos depluentem errhinô levi ex Aqua major: næ & Vitriolo albo ad Nares derivare, non intermiserit. Quô itaque medicamentorum continuato usu evenit, quod, Deobenedicente, ab illo furente ac exquisitissimi doloris malo liberata nobilissima ægra, hodie pristina exoptatissimaque fruatur sanitate.

D. V. Martii, sub Præsidio D. Jo. Nu. Quistorpii Acad. nunc Rectoris, Disputationem priorem Lutheranismi defensi, adversus Joh. Sattelsdorffium, Papistam larvatum, proposuit Autor Resp. Immanuel Rûhn / Colbergâ-Pom. cujus quoque mentionem fecimus in N. L. T. II. pag. 101. & T. IV. pag. 8. (pl. 9. 4.)

Præmium exhibet occasionem hujus Disp. de *Lutheranismi defensione* scilicet. Anonymus quidam aliquot abhinc annis chartam quandam in lucem emissam in ædibus privatis circumferri curavit sub hoc titulo: *Innhalt des Briefes eines Lutheraners an seinen Pastor. in cujus clausula fidam Pastoris Lutherani oviculam se vocaverat.* Detecta verò fraude ad singulas in epistola illa propositas quæstiones orthodoxè à Pastore quodam *Lutherano* responsum fuit in Scripto, cui titulus: *Aufrichtig-Lutherische Antwort auf eine für Lutherisch mit Unwahrheit ausgegebene Schrift / betitelt: Inhalt des Briefes eines Lutheraners an seinen Pastor, womit der Briefsteller fürzlich / doch gründlich abgefertiget werden sollen / von einem Bekenner der Evangelischen Wahrheit / dessen Wahl-Spruch aus 1. Joh V. 4. 5. dieser ist.* In Fide Ac Doctrina Christi Victoria Denique Mea, sub quibus vocabulis latet *Jo. Falckius ad D. Cath. Verb. Div. Minister. Vid. Nov. Lit. M. B. T. IV pag. 100.* Hanc Responsum secuta est è vestigio Scheda, quæ Mictaviæ in Curlandia fingitur edita, titulum gerens sequentem: *Gegen: Rede: Schlüsse wider die kahle Antwort M. Jo. Kahl, Pastoren bey S. Cath. in Dankig in diesem lauffenden Jahr 1701.* Autor lucifuga se vocat *Jo. Sattelsdorffium.* Huic lucifugæ nocturæ opponitur hæc Disputatio, sub Titulo *Lutheranismi defensi*, quæ κατὰ πόδα Anonymum sequitur, qui nihil solidi attulit, sed vel verba quædam, secundum mentem perversam perverlè intellecta & citata arrosit, vel planè aliena tractavit, vel
jam

jamdudum à Doctoribus Lutheranis refutata incrustavit. Constat verò hæc Disp. II. Sectionibus, quarum I. titulum epistolamque toti scripto Sattelsdorff. præmissam examinat: II. verò Capitibus V. constat, quorum I. agit de Fide Lutherana, II. de Spe Lutherana. III. de Impletione legis, IV. de Sacramentis in genere. V. de Sacramento Cœnæ Dominicæ.

D. XII. *Ejusd.* Præside Ge. Frid. Niebenckio, S. Th. L. Dissertationem Theol. *Decadem Quæst. selectiorum de Christo ejusque passione* exhibentem, publicæ Disquisitioni subjecit Carol. Frid. Habersack, Treptov. Pom. (pl. 3½.)

I. Quæstio hæc est: An accurratè dicatur: Deitas est passa? II. An Deus generi humano peccata remittere, idemque in gratiam recipere, absque prævia satisfactione Christi, potuerit? III. An Christus etiam pro morte fidelium temporali satisfecerit? IV. An Christus dici possit peccator? V. An Christus pro semet ipso impleverit legem, aut implere debuerit? VI. Utrum ex conformatione Anglicæ Luc. XXII. 43. possit probari, Christum secundum H. N. fuisse peccabilem? VII. An Christus in horto Gethsemane senserit dolores infernales, quales olim passuri sunt damnati? VIII. An mors Christi fuerit meritum? IX. Ubinam sanguis Christi quem effudit, manserit? X. An rectè dicatur: Unam sanguinis Christi guttam fuisse sufficientem ad redemptionem nostri conficiendam?

D. XXIII. *Mart.* Sive ipso *Paschatis Festo*, D. Jo. Nic. *Quistorpius*, Acad. h. t. Rector, Programmate publ. ad *pias meditationes super gloriosissimam Resurrectionem Dni. Nostri Jesu Christi, inter mortuos non querendi*, studiosè instituendas, Civ. Acad. imprimis studiosos, excitavit, atque exhortatus est. (pl. 1. 4to.)

D. XXVIII. *Ejusd.* Natalem Sereniss. Ducis Meckelb. Regentis, Dn. FRIDERICI WILHELMI, Patroni & Cancellarii Academiae Magnificentissimi, trigesima vice feliciter recurrentem, in Auditorio Maj. Ope *Orationis* (cujus thema est: *Patria Dei in Principem nostrum providentia, certissimis Documentis conspicua*, quibus providentiæ argumentis accensetur *Conjugium Sereniss.* sub initium anni hujus cum Sereniss. SOPHIA CHARLOTTA, Sereniss. Hassiæ Casselenis Landgravii filia, quæ A. 1678. d. 16. Jul. nata est, feliciter initum) solenniter sumptibus Academiae celebravit, *Honr.*

Christ. Telſer / J. U. D. & Orator. Profeſſ. prævio Programmate ab eodem præced. d. 25. Mart. publicato. (pl. 1. in fol.)

D. XXIX. Ejusd. Sub Præſ. *Alb. Joch. Krakevitz*, S. Th. D. Hebr. L. & Catech. Chr. Prof. Diſput. Philolog. inquirens in ſentum verborum *שׁוּב יי שׁוּב יי שׁוּב יי* ex *Pf. LXXII. 17.* Cathedram ſubiit, Reſp. *Bernh. Chriſtian. Paris*, Wiſmar. (pl. 2. $\frac{1}{2}$.)

D. XXX. Ejusd. Quæ Dominica Quæſimodog. erat, idem *D. Krakevitz* Progammata Germanicum publicavit, quò S. Theol. Juris & Med. Studioſos ad *Lectiones publicas ſuper Catechiſmum Lutheri*, Germanica præprimis lingua proponendas, & ſeq. die 31. Mart. in Aud. Maj. inchoandas eo fine invitat, ut animis illorum fundamentalem DEi cognitionem cum vera pietate conjungendam inſtillet. Det Deus, ut pium ac oppidò neceſſarium hocce inſtitutum ex voto ſuccedat. (pl. 2. 4to.)

STRALSUNDÆ.

Typis Mederianis excuſus eſt *Catalogus Librorum Miſcellaneorum* d. 7. April. publica auctione diſtractorum, 6 $\frac{1}{4}$. pl. 8.

GRYPHISWALDIÆ.

Ineunte hoc anno *Catalogus Lectionum publicarum* prodiit. (1. plag. form. par.)

D. Jo. Frid. Mayerus, PP. & Acad. Pro-Cancell. *Strenam* SS. Theol. Studioſis in Acad. Gryphiſvv. ſub *Auspiciis Anni MDCC IV.* cum ſerio Divinæ Benedictionis Voto obtulit. (pl. 2. 4.)

Obtulit autem *Strenæ* loco *D. Balth. Bebelii*, Theol. Argentor. & Wittebergæ poſtea (Wittebergæ etiam *A. 1686.* inopinata morte extincti, vid. *Schurzſleiſchii Diſſert. var. generis p. 500. ſeqq.*) *Methodum Studii Theologici*, quam cum Juvenis XVIII. annorum eſſet, (nascendi ſiquidem initium habuit Mayerus venerandus *A. 1650. d. 7. Dec.* prout in *D. Geieri Volumine Concionum Miſcell. p. 811.* conſignatum legitur) ab illo accepit, & in ſcriniis ſuis, ſeu pretioſum *κειμήλιον*, aſſervavit. Hæc ergò *Methodus* agit de Studio Theologiæ (1. *Biblico*, (2. *Iberico*, (3. *Anti-Iberico*, & (4. *Hiſtorico-Eccleſiaſtico*, variaque ſubminiſtrat monita & judicia de Scriptis Theologorum, ut non malè feciſſe cenſendus ſit Editor celeberrimus, quod hanc *Methodum* in publicum exire juſſerit.

D. VI. Januarii Decanus Ord. Philosoph. *Theodorus Hornius*, Log. & Metaph. Prof. & h. t. Acad. Rector, pecul. *Programmatic*, in quo de *Origine & incrementis Sapiëntiæ Literariæ* egit, Philosoph. Candidatos ad capeffendos summos in Philosophia Honores invitavit. (1. plag. 4.)

D. XVI. Ejusd. Sub Moderamine *D. Jo. Fr. Mayeri*, P.P. & Gen. Superint. de *Præceptoribus Christi* disleruit *Erid. Godofredus Weger*, Stolbergenfis Saxo. (2½. pl.)

Promisit ipfemet Præfes Celeberrimus de hoc Argumento, in *Differtat. Hamburgi 1701.* ventilata, expendente Quæftionem: *Utrum Christus legerit Platonem vel Ierentium?* pag. 6. hanc, quam exhibemus, fingularem Differtationem, cujus summam hic repetemus. *Th. I. II. & III.* Judæorum deliria, *R. Josuam ben Perachia*, Synedrii Præfidem, vel *Joh. Baptistam*, vel *Elchananem*, Salvatoris Præceptores fuiffe, afferentium, recenset & refutat. *Th. IV. Valentinianorum* atque Autoris *Evangelii Infantia Christi* sententias de *Christi Præceptoribus* adducit. *Th. V. Christoph. à Vega*, existimantem, *Mariam* Salvatorem imbuiffe literis, rejicit. *Th. VI.* Scholasticorum, pro negativa pugnantium, Christum ab ullo hominum institutum fuiffe, argumenta producit. *Th. VII.* Sententiam Autoris *affirmativam* sistit, atque in antecessum quædam circa illam monet. *Th. VIII. IX. X. XI. & XII.* Negativam destruit, ita tamen ut affirmativa inde probetur. *Th. XIII.* probationis loco, Christum Præceptorum ductu feciffe Sapiëntiæ Profectus, ulterius provocat ad *Es. VII. 15.* & *Luc. II. v. ult.* Coronidis loco Quæftionem illam: *Ecquis fit annus Trabeationis Dominica?* expensam atque sic solutam legimus, *Trabeationem Dominicam nihil aliud quam Nativitatem Christi denotare, qua carne tanquam veste sive trabea verbum amicare placuit.* Cæterum haud ingratum fore judicamus, si *Dannbaueri* verba, huic argumento, de *Præceptoribus Christi*, inseritura, quæ in *Theol. Conscient. T. I. pag. 429.* leguntur, huc apposuerimus: *Noluit Christus ordinario modo in scholis informari, ne videretur per cabalam ac hominum doctrinam profecisse, sibi que affereret illud de magno Propheta celebre vaticinium, cui Deus ipse in os verba sit daturus, Dent. XVIII.*

REGIOMONTI.

D. VII Decembr. M. Michaël Schreiber, Eloqu. & Hist. PP. in funere Sophiæ, natæ Babatiæ, Henrici Bartschii, Proconsulis Palæopol. Viduæ, Programma funebre scripsit, cujus titulus: **Ruhmleuchtendes und tröstendes Leichen-Gefolg der Christlichen Tugenden etc.** (2. plag.)

D. XXIII. Decembr. in fun. *Catharina Elisabetha Drews*, Christophori Grubii, Mercatoris Palæopolitani, eo ipso die, quo Luna eclipsin passa fuit, tumulata: **Der in seinem Voll-Licht verfinsterte Mond.** (1. plag.)

D. XIII. Januar. In funere *Alberti à Tettau*, Sereniss. atque Potentiss. Principis Landgravii Hasslo-Casselani Camerarii, supremi Vigiliarum Præfecti, Cohortis Prætorianæ Pedestris, Chiliarchæ nec non Rhenofeldæ Gubernatoris &c. XVI. Kal. Decembr. 1703. ad Spiram, in Acie gloriosissima morte finiti, Programma Latinum nomine publico scripsit cujus titulus: *Ferale officium sumeri sine funere prælaudati Herois præstitum.*

Idem D. XIX. In Anniversaria recordatione Unctionis AUGUST. Regis Borussiae Orationem publicè habuit de *Auro Coronæ, in capite Regis FRIDERICI resurgente.* Præmiserat Programma, quo demonstravit, actum illum Unctionis Regiæ longè majorem esse, quam ut uno die consummari potuerit, sed accedente indies ampliori gratulandi causa, continuari adhuc eundem.

D. XXIX. Januar. In nuptiis *Christophori Cibrovii* Pastoris Gaveilensis cum virgine *Susanna Catharina, B. Johannis Titti*, Pastoris Muldensis Virginis, sermonem gratulatorium scripsit, cujus thema fuit, **Daß die Ehberedungen rechte Beredungen seyn.** (1. pl.)

D. V. Febr. in funere *Mariæ*, natæ *Rosæ, B. Danielis Erasmi*, Archi-Diaconi Lœbniç. Viduæ, occasione Insignium, quibus Majores B. Erasmi, seu potius die von Suldeberg / usi sunt: **Das mit Rosen bekränzte Tauben-Bild.** (2. plag.)

D. I. Martii, *Pentasthesum Philologicarum* publicè ventilata fuit à Præside *M. Ge. Schultz*, Resp. & Autore *Christiano Bobindio* Phil. & Theol. Studiofo.

D. XVI. Martii M. Michaël Schreiber, Eloqu. & Hist. PP. in funere

neri Catharinae Sophie, natae à Kopsch, Ottonis Wilhelmi à Perbandt, S. R. Maj. in Pruss. Supremi in Borussiae Regimine Consilarii & Curiae Provincialis Magistri, nec non Ordinis Prussici Equitis conjugis Programma funebre Germanicum scripsit, cujus titulus: *Sanktes Hauptes Rüssen / auf welchem die wohlfeelige Frau nach ausgestandener Unruh dieses Lebens selig in Gott entschlaffen / Sr. Excell. dem Herrn Wittwer / umb darauß sein betrübtes Herz zu beruhigen / überreicht.* (4. plag.)

Idem D. XVIII. Ejusd. in funere M. Georgii Functi, Diaconi Cneiphof. Scriptum Germanic. edidit, cujus titulus: Der verlorne Funck. Natus ille A. 1664. die 24. Decembr. Patre, M. Georgio Functio, Pastore Læbnic. & Consist. Samb. Assessor. Matre, Regina Stephania: A. 1680. Academiam Regiomontanam ingressus, A. 1686. Jenæ Magister creatus. A. 1694. Archi-Presbyter Iustenburgensis, A. 1695. Diaconus Cneiphofianus, constitutus. Uxorem duxit Annam Mariam, Zachariae Hessli, Regii Consilarii, Camerae Assessoris, nec non Redituum Magistri filiam, A. 1694. ex qua pater 5. liberorum factus. Obiit A. 1704. d. 8. Mart.

RIGÆ.

D. XV. Decembr. M. Jac. Wildius Humanit. PP. Programmatis Latino, in quo ostendit, quod recta nobis ratio vivendi rationem distinet, ad audiendam Orationem Joh. à Benckendorff, disquirentis: *Utrum plus Societati Civili utilitatis afferant, qui literis operam navant, an qui rem tuentur familiarem?* publice invitavit. (pl. 1. 4.)

D. V. Januar. Idem Wildius, Programmate alio, in quo novum antiquum utramque paginam facit, alii de Decoro Strenæ Romanorum verba facturo, nempe Georgio Berens, benevolam Megastanum Rigensium attentionem conciliare allaboravit. (pl. 1. 4to.)

D. XXVIII. Ejusd. Idem vicissim ad benevolè auscultandam Orationem Eberhardi von Schievelbein de Majestate sacrati nominis regii CAROLINI Literatos Rigenses invitavit, scripto id propter causæ Programmate, vernaculo idiomate concepto, in quo varia, de Nominibus & eorum Fatalitate, lectu non injucunda occurrunt, (pl. 1. 4to.)

NOVA LITERARIA

ECLIPSIS LUNARIS

OBSERVATA

Rigæ 19. Octobris Anno 1697.

à JOH. PAULO MÖLLERO,

Matheseos Professore Publico.

PHŒNOMENA.

Horæ Oscilla- torum. 7. o. 8. o. 9. 55.	Cœlum turbidum erat nubibusque tectum, in quo satum jam per totum diem se exhibuerat, adeo ut ne minima spes quidem instituendæ observationis Astrophilis nostris relinqueretur: donec tandem, nubibus ab occidentaliori vento dispersis, Luna inter earum spacia lumen aut faciem suam nonnihil exsereret.	Altitudo Stella- rum.
---	---	-----------------------------

Erat autem eclipsis in recessu, & non amplius ultra dimidiam partem Lunæ fiscum umbra occupare videbatur. Color erat subater & non multum absimilis ei, quo obscuriores & ordinariæ in Luna maculæ esse solent, nisi quod circa medium cerneretur, sine omni tamen rubore atque fuliginositate. Præterea quoque circa confinia umbræ & lucis, conspicua simbria erat contractuosa, ut mixtura cur. mitræ formam, lunam à partibus orientalibus operientem, referret, non injucundo lustrantium oculis spectaculo.

Adhibito jam tubospicillo minori trium pedum, major n. Anglicanus 12. pedum propter ædes depressas usum denegabat, deprehendebam umbræ limites paludem Mareotem G: imaldum dereliquisse.

10. 10. 6. 10. 12.	Jam stringere observabatur Insulam Vento- rum splendescens macula, repletus emergebat ex umbra.	Oculis 9 & 29. gr.
--------------------------	---	--------------------------

Nubes prætervolantes conspectum impediebant & interdum saltem exhibebant lunæ

faciem

Horæ
oscillator.

10. 30.

10. 31.

10. 41.

10. 52.

10. 55.

faciem, ex stellis vero nulla amplius nota
Stellarum
Altitudo.

Adhuc inter densissimas nubes particula

Lunæ inter occantem vitam umbra affecta cer-
nebatur Inconstans vero serenitas cœli accura-
tam observationem ipsius finis eclipsæos dene-
gabat.

Jam finis adesse credebatur, sed pœniten-
dum erat momentum ejus, quod maximè exo-
ptabamus, determinari propter nubium spissitu-
dinem non potuisse.

Penumbrae duratio nunc quoque erat, vix
tamen nisi oculo probè exercito sensibilis. certa,

D 44. Gr.

altitudo in-

PERNAVIÆ.

Exhibuimus nuper pag. 28. sqq. *Pernaviæ literatæ Part. I.* nunc
ejusdem Part. II. quæ haud ita pridem prodiit, & 1. plag. absolvitur,
atque tum Novos Autores, tum Scripta in *I. Parte* omiſſa, com-
plectitur, sistemus. Ipsa Inscriptio, quæ non solum *Part. III.* no-
bis promittit, sed etiam *Autoris* indicat nomen, inseri meretur:

Accedunt reliquis doctis hi parte secunda

Ingenui & summi, quos veneratur Atlas,

Quum tulerit tempus, dabitur pars tertia rursus,

Quæ referet Regis magna trophæa pii:

CAROLE sed Regum longum Rex Optime Vive,

Atque triumphator vive, vigeque redi!!!

Sic erit tunc

Gloria Summo.

Notavit autem statim *Laurentium Braunium*, D. ac Prof. Me-
dic. pro Gradu Doct. in *Hollandia* disputasse de *Sudore*, *Aboæ* verò
de *Præcognitis Medicina*, *Dubitatione Philosophica*, *Causis Scorbuti & E-*
lephantiasis in Septentrione, *Erroribus Fennonum circa Medicinam & Me-*
dicos; *Dorpati* denique de *causis, cur fata Medicorum hisce temporibus*
difficiliora sint, quam præcis temporibus?

M. Ingemundi Brömsii, Sudermanni, primum in Gymnasio

Stregnensi Græc. Lingu. Lectoris, ac postea SS. Th. Profess. Pernaviensis scripta sunt: I. Disput. de *Donariis Templorum Veterum Gentilium*, Præf. *Elia Obrechtio PP. A. 1696. Ipsal. ventilata.* II. Disp. pro Gradu Magist. Præside Prof. Lagerlöf de *Vandalorum in Africa Imperio, ibid. A. 1697. hab.* III. Cum Lectoris munus capesseret in Gymnas. Stregn. de *Gymnasis veterum Græcorum, A. 1697.* Discursum instituit. *Æo. 1701. & 1702.* duabus vicibus *Sylogem positionum Philologicarum* exhibuit. Scripta ejus inedita, quæque ex Lingua Græcanica, cujus valdè peritus esse dicitur, in sermonem Romanum aut vernaculum transtulit, tertia pars suppeditabit.

David Kelnerus, Misnicus, primum advocatum Jud. Provinc. Dorpat. egit, nunc verò Justitiarius est Cohortis de Nieroth. Cum discipulorum premeret subsellia *A. 1694.* de *Injustitia Judicium Christi* Orationem habuit; Et *A. 1697.* ligatam German. Idiomate, vom höchstschmerzlichen Absterben des Glorwürdigsten Königes CAROLI XI. recitavit. *Æo. 1699.* Fasciculum *Carminum* sub Tit. *Poëtischer Gedichte* prodire iussit.

Nicolaus Lillienrooth, Comes, nunc Senator Reg. & Director Cancellariæ Regiæ atque Cancellarius Acad. Pernaviens. celebratur. De cujus Scriptis, nomine Regum Augustissimorum emissis, alibi se acturum esse, promittit Autor.

Job. Litheen, peritia Architecturæ clarus est.

Arvidus Mollerus, Rector fuit Scholæ Dorpat. nunc verò Prof. Math. in Gymnas. Reval. in *Nov. Lit. Mar. Balth. I. VI. pag. 132.* laudatus. *Æo. 1695.* Præf. *Mich. Dau* de *Astrologia Judiciaria vanitate* disseruit.

M. Laurentius Salvius, Sunderm. hodiè Pastor Stigtumtens. *Æo. 1692.* Præf. *Olao Mobergio PP. Historiam S. ab orbe condito ad diluvium usque* descriptam respondendo tuitus est, pl. $3\frac{1}{2}$ Anno 1693. de *Ideis* Præf. *Siëbergio*, & *A. 1697.* Præf. *Skragege*, de *Usu Calculorum* eum disseruisse, supra pag. 32. indicavimus.

M. Andr. Strathovius, primum *Æo. 1695.* Arensburgi Oesiliæ factus Notarius Consistorii Ecclesiastici, postea ob egregia dona variis linguis loquendi ad populum, *A. 1697.* ad Pastoratum Cohortis Dahlbergianæ vocatus, *A. 1698.* Assessor Consistorii Regii Milit. constitutus & *A. 1702.* Mitaviam concessit, ac Vice Superinten-

ten-

tendens ac Pastor Civitatis est electus. Edidit hic Disput. de *Prærogativa Honoris*, pro Gradu Magist. A. 1699. Et A. 1698. Concionem hoc modo inscriptam: *Das Werck Christi in denen Glaubigen und das Werck Belials in denen Ungläubigen.* A. 1702. Mitaviæ publicavit Homiliam, *Dom. XI. p. Trinit.* habit. 9 $\frac{1}{2}$. quæ *Jesum Justificantem*, oder den rechtfertigenden *Jesum* explanat.

Andr. Tribergius, Calmariens. Theol. & Philos. Stud. Pernav. eruditione, vita & morumelegantia conspicuus esse dicitur, de quo ita canit :

*Cui satis hocce fiet, nulla pallefcere culpâ,
Cum Christum sequitur, sanctæque verba docet.*

MALMOGIÆ.

Johannis Jacobi Böbelii, Med. D. ac Ducatus Scaniae Medici Provincialis, Observatio de Usu Sacchari interno ad expurgendam pituitam, occasione catharsis in hydropica, ex assumptis globulis saccharatis.

Ex tribus illis Medentium votis: Citò, tutò & jucundè, ultimum in ægrorum adstantiumque ore ut plurimum est primum, ægrotare diutius volentes, quàm ex ingrato remedio reconvallescere. Eadem erat Asciticæ cujusdam cantilena, quæ à martialibus sub quacunque forma adhibitis, nec non ab amaris abhorrebat vehementer. Huic, quod ad fallendam sitim globulos saccharatos minores, *kleine Biesem-oder Zucker-Kugel* / linguâ volutabat, ab iisdem alvus solvebatur sufficienter. Postquam igitur de vi horum globulorum cathartica certior fuerat facta, quoties purgari cupiebat, toties 5. vel 6. globulis ceu totidem pilulis deglutitis, sexies vel septies res ipsi ex voto fluebant. Egregium sanè ac gratiosum, Aloëticis pilularum massis longè præferendum remedium, si hanc sacchari virtutem in pluribus haberemus cognitam ac probatam. Facile namque veterum saccharo, cujus parva olim habebatur quantitas, carere possemus, præsertim, cum juxta sententiam Matthioli in Dioscorid. lib. II. cap. 75. antiquorum saccharum ab iisdem arundinibus emanaverit, ex quibus vulgare nostrum lutri dulcedine exprimitur. Equidem de artificiali nostro ignotum non est, quod jusculis immixtum pituitosos è ven-

triculo succos subducat, unde etiam inter alios Prævotius in Medic. Pauper. part. I. titulo: Laxantium in causa pituitosa, præscribit Sacchari rubri ℥j. ex Jure pulli, aut aqua Coriandr. & deinde sacchari fini ℥jss ad ℥ij. eodem modo propinandi, ne dicam de externo Sacchari ad clysteres usu, & quomodo supposito-riorum vices globuli saccharati suppleant. Interim tamen fata etiam sua hisce temporibus cum reliquis medicamentis expertum est Saccharum, quibus illud celebratissimum olim Pharmacopæorum Sal ad internos usus ex officinis penè exesse jubetur, quod viscidum & obstructions generare perhibeatur. Minimum ergo postliminio recipiemus confectiones solutivas, quæ præ amaris aliis avidius expetuntur, tutiusque adhibentur, cum simul, si quod suppeditant, viscidum idem cogant ire foras. Cæterum, quod dictorum globulorum dejectantem vim attinet, auræ Zibethinæ particula, quâ sumpti globuli fuerunt infecti, Saccharo nihil derogare videtur, cum gratiæ solummodo inserviat, uti Zvvelferus in animadversionibus ad Electuarium Rosatum Mesues de Gallia Moschata notat. Contra verò, cum Saccharum natura sua rorida, qua cum melle & Manna communis ejus est materia, abstergendi facultate sit præditum, ac præterea ex lixivio calcis vivæ copiosiores ac potentiores suppetiæ eidem accedant, qua lege intestinorum fibras irritandi, alvumque aperiendi potentiam ei decernamus, difficile non erit dijudicare.

HAFNIÆ.

Excerpta ex Literis Illustris Viri, *Georgii Franci de Frankenau*, ad Collectores Novor. Literar.

Hac vice addo observationem circa *Tabacum Brasiliensem*, nigrum illum è foliis majoribus & obscure flaventibus contortum, quem Saccharo cocto condiunt, ut diutius servant. Alii ne exarescat vel in theca plumbea, vel in cella aut alio loco frigido recondunt, vel linteo cervisia madefacto obvolvunt. Hujus folia replicantur & extenduntur denuo; dein in speciem turundæ majoris iterum convolvuntur, naribus intruduntur, ac tantisper ibi retinentur, ubi videbis proritari non solum lympham multam fusco colore a tabaco tinctam, sed etiam spississimum mucum ac crassam

crassam pituitam plurimam, unde caput alleviatur, nares exacte purgantur, catarrhi solvuntur, respiratio promovetur; siquidem per Ἐμπύον particulæ subtiliores tabaci ad tracheam & pulmones penetrant, simulque mucum ibi hærentem resolvunt, ut promptius excrescere possit magno cum levamine. Prima vice usum ejus animadverti in Judæo quodam Lusitano Hafniæ, nomine Balaskus, qui senex & cacochymia repletus ingentes tales turundas naribus intrudebat, & ita a plurimis catarrhis se muniebat. Dein apud alios quoque observavi, nempe generos. Dn. Francisc. Jacob. von der Osten/ nobilem aulicum & Litotomum Regium, qui mane præcipue in usu habet, & ob commoda, quæ inde percipit, maximi facit. Mercator quidam non ignobilis Dn. Franciscus Rhode, adfinis magni illius Thomæ Bartholini τῆ μακροχρείτη, septuagenario major a plurimis annis eo usus integram & illabefactam conservat sanitatem. Ipse olim commendabam Augustissimo Monarchæ nostro Dn. CHRISTIANO V. glor. mem. qui multam inde vim contra catharrhos sensit. Suasi eundem Generosiss. Dn. de Plessen General-Lieutenant. Regio, qui Sexagenario major, & plurima vitiata lympha gravatus maximam opem ex eo adhuc percipit. Sed cum uxor ejus catarrhosa eodem uteretur non sine successu, omittere tamen deinceps debuit, quia quoties tabacum istum naribus adplicabat, toties vomere & alvum dejicere cogebatur; quare illi feliciter dein ἀντιβαλλόμενον substituit folia betonicæ in aqua majoranæ macerata, & eodem modo in turundas effigiata. Ipse ego ab octo annis eo cum fructu utor, nec coryza nec tussi vexatus fui ab illo tempore. Nec dubites inde quoque visum conservari, evacuatis nim. excrementis illum debilitantibus. Sunt qui etiam per noctem in naribus relinquunt, & se valde inde juvari credunt. Ego tamen cum bis terve per neglectum adservarem, sensi à destillante mucò in fauces mane multam nauseam, quare postea nunquam per somnum in naribus retinui. Plura de Tabaco, ejus nomine, natura, patria, cultura, abusu & usu in botanicorum libris prostant, præcipue, qui ex professo de eo scripserunt, ut Joh. Chrysof. Magnenus, Raphael Thorius, Ægidius Everhardus, Sim. Paulli, Jacobus I. Rex Angl. Joach. Schrouerus, Car. Stephanus & Joh. Libaldus, Victor Pallu, Heinr.

Heinr. Barnstein, Barthol. Marradon. Petr. Scriverius, Laurembergius, J. H. Alsted. l. 35. Encyclop. sect. 33. J. H. Meibom. tr. de Cervisiis, Bontekoe, Beintema &c. Tappii Orat. de Tabaco Helmstad. 1660. item disputationes variæ Nic. Braun Marpurg. 1628. Baumannii Basil. 1629. J. A. Friderici Jenæ 1667. Dorstenii Marpurg 1682. H. Strateni Ultraj. 1642. Albini Francof. ad Viadr. 1695. &c.

Episagmatis loco addam Tabacum meum anticatarrhalem, cujus fumus fugitur per tubulum figlinum, ubi Tabaci malignitas valde corrigitur & infringitur, caput roboratur, somnus provocatur blandus; nec istum post se relinquit foetorem, quem vulgaris tabacus; ideoque in Pharmaciopoliis nostris publice prostat, & plurimos invenit emtores, quod bene inde habeant. \mathfrak{R} . Summitt. rorismar. p. IV. fl. lavend. p. ij. cubeb. \mathfrak{z} j. cass. caryophill. \mathfrak{z} iij. styrac. opt. benzoin \mathfrak{a} \mathfrak{z} IV. ligni Neroli \mathfrak{z} j. Cort. chakavilla \mathfrak{z} iij. Oliban. succin. mastich. \mathfrak{a} \mathfrak{z} j. Conc. Cont. grosso modo. Dein his pro lubitu tabaci boni quantitas potest admisceri.

D. Johannes Bartholinus, SS. Theol. Prof. Ordin. & Acad. t. t. Rector, *Catalogum Lectionum publicarum à Calend. Sept. Ao. 1703. ad Calend. Aug. Ao. 1704. habendarum, evulgavit.* (1. plag. in form. pat.)

Andreas Bussæus edidit *Brevem Introductionem in Dialectologiam sacram N. T. pro discentibus.* (pl. 2. 8vo.)

Egit verò in illa I.) de Dialecto Attica, II.) Ionica, III.) Dorica. IV.) Æolica. V. Bœotica. VI.) Poëtica, VII.) Hebraica, atq; varia profert exempla è sacris petita, quibus hæc Dialectorum Genera probat & confirmat.

TÖNNINGÆ.

Georgii Loffhagen, Medic. Doct. & Serenissimi
Cimbriæ Ducis Medici

*Observatio de infelici Ozana narium curatione
per Salivationem.*

Quod nasutulo olim lutori Apelles ne ultra crepidam judicet: omninò incutere debemus audaci homuncionum generi, impudentibus scil. barbitonsoribus, ne ultra barbam rasores quicquam suscipiant. Omnibus Medicis rationalibus non erit non notum, quantâ sæpissime ferula digna temeritate, quosunque morbos

morbos doctissimorum Medicorum instar curandos sibi sumant, qui sæpè vix elementa prima libri Abcdarii didicerunt, putantes inter obductionem emplastris linteis & propinationem medicaminum corpori humano nullam dari differentiam, & hodiè sufficere illis gaudere titulo Magistri ex tribu chyrurgorum. Quasi verò: hanc enim asylum ignorantia, illum verò operculum nequitia esse, credat judæus apella; olim non erat sic, & quæso, quæ, qualis, quanta; sum rasor ergo & Medicus, novi in barbatorio ad cujusvis phantasia barbam formare, ergo possum ægrotis ex voto mederi. Quæ est arti nobilissimæ, Medicæ scilicet communio cum tonstrina? quæ convenientia inter materiam medicam & apparatus tonforium, forpitem & novaculam? quæ connexio inter Medicum & scurram; Verùm uti corchorus oleribus, & mulcerda piperi, ita & hæc Medicorum opprobria, inutiles scilicet, rasores, sese immiscent longè præstantissimæ Medicinæ, quæ tamen tales Davos & ingenia Itraminea omninò respuit. Profecto si didicissent, quam enormiter conscientiam lædant, immittendo falçem in alienam messem, sapientiores procul dubio evaderent, nec uti pecora Arcadiæ carduos quærerent in campis peregrinis. Utinam omnes tonsores audaculi & ignorantes (de Chyrurgis enim ut talibus, qui à Medicis semper magni habentur in hac observatione nullus est sermo) jam aures arrigere & in posterum cautius mercari discere velint, de illis enim non mutato nomine sed expressis verbis præfens narratur observatio, ne glaciei ignorantia ulterius se committendo, cum asino non crus, sed famæ & existimationis suæ drachmulam frangant, aut navem ad calumniarum scopulos appellendo, æternæ tradantur oblivioni. Sed ad rem: Ante tres septimanas barbitonsor hujus loci sese Medicum obtrudit viro triginta annorum, cholericò & ozæna narium laboranti, cæteroquin sano, cui nullo habito respectu ad corporis conditionem statim turpethum minerale pro excitanda salivatione propinat, quæ narium ozænam debellare conatur, neglectis interim cautelis in hac curatione maximoperè necessariis. Verùm qualis methodus talis quoque cura, & irritus prorsus successus: tormina enim ventris cum doloribus intestinorum atrocissimis & vehementissimâ alvi constipatione, primam & secundam illius exhibitio-

NOVA LITERARIA

em infecuta, ut æger faciliè mortem in olla vel potius huic ma-
 re curationi lubeſſe, animadverteret, hancque ab hoc medica-
 mento imminere, Æſculapio ſuo quereretur. Medicaſter mini-
 mè commotus his querelis, patientem negligentia arguit, &
 continuationem medicamenti potius veneni maximoperè urget,
 quod bina vice vi & obtorto collo in os ægri ingerit, ſurdus ad
 preces cum ipſius ægroti tum miſeræ uxoris, jam mœſtiſſimæ
 viduæ, minimè curans peſſimorum ſymptomatum catervam,
 Tandem quinto die ægro jam ſemi mortuo ultimam doſin in duplo
 ut ſalivationem promoveret, devorandam exhibet, & partim minis,
 partim præcario ad illius aſſumptionem miſerum cogit, parum ſolli-
 citus quid de appropinquante morte uxor triſtis cæterique adſtan-
 tes, ingemiſcerent, quam accelerare potius, ac obſtinatum ſuum a-
 nimum mutare, maluit, quæque poſt tres horas infecuta, & mi-
 ferrimus maximis cruciatibus Deum mortis ſuæ vindicem invo-
 cans animam efflavit, relicto exemplo omnibus, ut ſibi à talibus
 nebulonibus caveant. Altero die hic carnifex juſſu Chiliarchæ
 Domini Z. à W. à me examinatus, qua ratione deſunctum & quem
 affectum in illo curaverit interrogatus, obmutuit ferè, inter cæ-
 tera ſcurrilia pro defenſione attulit, quod luem veneream per
 turpetum curaret, & quoniam hoc ulcus narium originem tra-
 here à morbo gallico putallet, eandem quoque curam pro illo
 abigendo adhibuiſſe, &c. Conferatur Hildanus Cent. IV. obser-
 vat. 82. & alii. Non poſſum autem non hic meminiffe ſaluber-
 rimi moniti Palingenii lib. 5. Zod. ad Pium Magiſtratum

O miſeræ leges, quæ talia crimina fertis!

O cæci Reges, qui rem non cernitis iſtam!

Vos quibus imperium eſt, qui mundi frena tenetis,

Conſulite humano generi: quot nocte dieque

Horum carnificum culpa mittuntur ad orcum.

J. J. S. D. Scholion.

Quod ab enſe in manibus furioſi metuendum, idem ſæpius
 ex medicamento, quod barbæ adſueta manus porrigit, ægrotan-
 tium cervici imminere, præter infinita alia & præſens evincit
 exemplum. Utinam vero intra Profeſſionis ſuæ limites ſe con-
 tine-

tinerent, nec quasi stupida Arcadiæ pecora carduos in peregrinis quærerent campis, ejusmodi homunciones ultra barbam vel levi-
 uscula vulnera non sapientes ! quot, quæso, non præcaverentur
 cædes, quibus terrarum undique plagæ horum temeritate one-
 rantur pessime ? Novaculâ periculosiora in sinu fovere spicula
 ex Mercurio quæ parantur pharmaca, si novisset infelix ille Ra-
 sor, non tam irritò forsan consilio falcem in alienam messëm im-
 misisset. Sed ignorantia peccavit vincibili, illum non adeo omni
 culpa liberante. “ Culpa enim est immicere se rei ad te non
 pertinenti *l. culpa est ff. de Reg. jur.* cum vero hæc culpa sit gra-
 vis & magna, quia incurritur cum periculo salutis ipsorum ho-
 minum, dolosa dici debet. “ *l. Magna ff. eod. ibi.* Conf. *Paul Zacch.*
Quæstion. Medico-Legal. L. VI. Tit. 1. qu. IX. f. 511. Certo autem cer-
 tius ipsi constare arbitror, *Tônstrinam* in civitate præter illas, quæ
 publico gaudent privilegio, non esse tolerandam. Si quis vero
 absque Magistratus consensu venam secare, barbam formare,
 vel vulnera deligare tentat, illum statim *Wfischer* vel *Bônhaafen*
 vocant, exilioque dignum censent. Quid itaque de *Afinis* in
 pascuis Medicorum oberrantibus, cicutanique à carduo non dis-
 cernentibus, fiet ? utinam ea methodo quam tradit *Dn. D. Paul-*
lin. in App. Ephem. Nat. Curios. Dec. II. A. VI. Obs. XXXVI. de Afinis te-
mulentis. p. 44. tractari vellent, ut, quæ sibi non conveniunt, in-
 tacta relinquerent. At quia licentiam impune occidendi pro-
 pria temeritate sibi met ipsis jam tribuunt tanti vitæ & necis He-
 roës, cum ipsa Dei imagine ludunt, ac figulus cum vase, quod
 pro lubitu frangit. Non eo sensu medicamenta *τῶν Θεῶν χεῖρες*
 olim vocata crediderim, quod Medicastri imposturam cum illis
 faciant, interprete *Erasmo in Adagiis*, sed quemadmodum *Divus*
Senex L. Prognost. c. 1. f. 14. τὸ Θεῶν τῶν νόσων attendere jubet, ita &
τὸ Θεῶν τῶν ἰαμάτων observandum pronunciamus cum *Excell Dn. D.*
Georg. Wolfg. Wedel. in Proæm. Diss. de Thermis. Divinum quippe agno-
 scunt autorem elogio *Exclesiast. XXXVIII. 4.* Divinasque præstant
 operas, si is, qui eis utitur, in rationali methodo fuerit exercita-
 tus & naturâ prudens, conf. *D. Jac. Pancratii Brunon. Diss. de Medica-*
mentis ex homine qua vivo qua mortuo desumptis. p. 2. Imperitis itaque
 mani-

manibus tractari nolunt, cum vel generosissima remedia, absque ratione propinata, veneni indolem facile contrahant. Quot, quæso, non ad ortum miserunt *Purgantia*, vel non rite præparata, aut absque consilio ordinata? *Emeticorum* generosa virtus quoties non fit virus? unde haud temere ubivis terrarum Pharmacopœis se vero interdicitur Superiorum mandato horum absque præscriptione Medici venditio. Ne dicam de *Alterantibus* per se innoxii, quæ male mixta, vel morbo minus feliciter judicato, haud levem sæpe creant ægrotis molestiam. Quot vero quantæque Tragœdiæ ludantur cum *Mercurialibus*, si enumerare vellemus, vel certum non sufficerent plagulæ. Ipse qui vocatur *vite Mercurius*, manumissus ab idiota, *mortis* sæpe fit *Nuntius*; quamvis enim per se sit vomitorium nobilissimum, haud raro tamen, nisi caveas, plicis ventriculi adhæret, lethalesque inducit hypercatharthes. vid. *Ettmüll. Oper. T. 1. f. m. 461.* Rite instituta *Mercurialis Salivatio* quamvis sit tuta satis multorumque morborum, ac *Luis* præsertim *Veneræ* felicissima expugnatrix, ut alibi docuimus fusius, non tamen est, quod ad eam quasi anchoram sacram confugiat Barbæ minister illotis manibus, omisissis scilicet præmittendis, foro saltem Medico competentibus. Quemadmodum enim *Balneatori* privilegium curandi *Morbum Gallicum* est denegatum, *Responsio ad Cas. LXXII. Ammann. Medicin. Critic. p. 467.* ita nec *Tonsoribus* pari cum illis scientiæ gradu æstimandis idem concedendum, quorum protervitatem, qua hunc affectum soli curandum non modo suscipiunt, sed quasi ad Medicos non pertineret temerarie propugnant, non immerito damnat *Excell. Dn. D. Joh. Bohn. de Officio Medici cap. 3. pag. 43.* At unde scire potuit Medicaster *Ozenam* in hoc subjecto fuisse ex *Lue Venerea*? cum in *Cholerico* acrior lymphæ in glandulis olfactoriis stagnans sæpius huic malo ansam præbeat, teste *Fabrie. Hildano Cent. II. Obs. XXII.* qui humorem acrem ex naribus destillasse notavit. conf. *Schenck. L. I. Obs. Med. f. 200, Bartholinum, Schneiderum & alios*, qui singulari studio & felicitate hujus mali sedem detexerunt: ne dicam, quod & ipsa medicamenta acria & *Mercurialia* ejusmodi ulcera interdum cudant, ut vult *Dn. D. Et. Rudolph. Camerar. Dissert. de Ozæna §. VII. pag. 7.* Notandum quoque

quoque *Mercurialia* melius naturis *phlegmaticis* quam *Cholericis* convenire, quin his potius nocere, monente *Ettmüllero Colleg. Chymic. Lect. XXXV. conf. D. Job. Georg. Trumb. Diff. de Salivat. Mercurial. c. V. p. 24.* Scorbuticis quoque in terris hisce septentrionalibus non adeo esse salutifera, quotidiana docet praxis, cum spissiores sint, minusque fluxiles & tenues succi, Oeconomiam nostri corporis gubernantes, quam Gallorum aut Italorum, teste item *Ettmüllero synopsis. Instit. Med. §. CXXIIX.* Peritioem hinc postulant manum quam barbæ tantum adsueta. *Turpetum minerale* in se quidem tutum, multisque affectibus chronicis conveniens pharmacum est, ita ut & in doloribus venereis multis efferatur encomiis à *Carolo Musitano Tr. de Lue Vener. L. III. c. XIX. p. m. 122. & 137. sqq.* illudque qui exhibet, *Mercurialia* abhorrentibus, utilem committit fraudem, dum sub ficto nomine scopum ferire tentat, juxta *Primeros, L. 4. c. 30.* interim tamen, cum impressionem vitriolicam in faucibus relinquat ægris molestam, ut inde vomitum haud raro excitet, alvum vehementer commoveat, & convulsionibus, aliisque malis ansam haud raro præbeat, suspectus ejus nobis merito est usus; ut & *præcipitati rubri*, quod incorporatæ cum ipso sint particulae Aquæ fortis corrosivæ, ut optime monet *Excell. Dn. D. Georg. Wolffg. Wedel. Pharmac. acroamatic. L. II. Sect. IV. c. 2. §. 4. p. 383. conf. Job. Andr. Stiffer. Act. Laborator. Chymic. Specim. II. c. 3. Excell. Dn. D. Job. Bohn. de Offic. Medic. c. 15. p. 295. &c.* Horum potius loco *Mercurium dulcem* sub ficto *Aquila cælestis crystallisata*, aut *Draconis mitigati*, vel *Parchymagogi mineralis* nomine in casibus necessariis, absque omni graviorum symptomatum metu adhibere solemus. Sed & hic *Draco* quamvis *mitigatus* igneam ac lethiteram reassumit indolem, si dosi inconvenienti, cujus exemplum habet *D. Sam. Ledel. M. N. C. Dec. II. A. X. pag. 34.* vel absque cautelis, vel præmissis præmittendis, propinatur. Illotis quippe manibus penetralia *Mercurii* non sunt referenda, nisi corpore prius à salibus superfluis, quorum omnis generis ferox corpus nostrum est, per alia universalia blandiora, liberato; cum *Mercurialia* facili negotio salibus peregrinis complicentur, vimque exinde corrosivam sibi contrahant: unde subjecti con-

stitutionem, tonumque viscerum præprimis examinat prius rationalis Medicus, eaque *Phlegmaticis* potius ac robustioribus applicat, minus vero *Cholericis* aut siccoribus, quibus alias serum potius restituendum quam subtrahendum, monente *Dn. D. Christian. Vater. Diff. de Mercurialib. Medicament. Thes. XXXVII. pag. 26. conf. Bohn. l. c. cap. XV. de Salivat. pag. 293. sq.* Mortaliter hinc peccat *Chirurgus*, qui ultra artis suæ limites progreditur, & iis sese immiscet rebus, quæ captum suum superant, cum Philosophiæ Scientiam habere nequeat, (inde ipsorum morborum naturæ cognitio) atque ita facit, quod facere neque debet neque potest. vid. *Paul. Zach. Quæstion. Medico-Legal. L. VI. Tit. I. qu. 9 n. 2. f. 509.* Manet quidem Chirurgiæ sua laus, ut parti antiquissimæ Medicinæ, quam totam olim Chirurgicam novimus vid. *Dn. D. Bohn. de Officio Medici cap. 22. pag. 480.* At postquam ab ea divortium fecerunt ii, qui *Vulnerarii* antiquitus vocabantur. vid. *Christoph. Cellar. Origin. & antiquit. Medic. §. 12.* Medicinæ sacra profanare nefas sit Chirurgo, cui non invidemus quod à sociis suis titulo Principis vocetur: quo jure, vid. *Excell. Dn. D. Georg Franc. Diff. de Medico Monstroso. cap. 5. p. 24. conf. Ammann. Medicin. Critic. p. m. 244.* atque à *Tonsore* ita dicto ratione dignitatis toto cœlo differat. vid. *Gerh. Feltmann. Tr. de Cadav. inspiciendo cap. 48. §. 12. pag. 183. & cap. 44. pag. 171. conf. Paul. Zacch. Quæstion. Medico-Legal. L. VI. Tit. I. qu. IX. n. 11. f. 510.* Quemadmodum igitur, factò jam, ut diximus, divortio, infra Medici dignitatem est operationes exercere Chirurgicas, quas tamen ex professo, quod dicitur, calere tenetur. vid. *Casp. à Reies Elys. jucundar. quæstion. camp. qu. LXXXVII. §. 18. pag. 1140. sqq. Ammann. Medicin. Critic. pag. 243. Franc. de Medico monstroso. cap. 5. Bohn. l. c. cap. 22. p. 485. & c.* ita nec *Chirurgus* *Icariis* pinnis attingere ea tentet, quæ ipsum stygio inundare gurgite valent. Si enim ne *Studiofis* quidem aut *Candidatis* Medicina licitum est *Praxin* exercere, juxta illud decisum *Lacult. Lipsiens. de Anno 1667. d. 23. Decembr. apud D. Mich. Valentin. Pandect. Medico-Legal. P. I. sect. VI. Cas. III. pag. 578.* quod & *CHRISTIANUS PRIMUS* p. m. voluit in *Constit. A. 1588.* promulgata, quam habet *Dn. D. Bohn. l. c. cap. III. de Empiricis pag. 35.* neque *Pharmacopœis*

copiis vid. *Ammann. Medicin. Critic. Caf. 65. & 66. Thom. Bartholin. Cent. II. Ep. 1. p. 418. Medicin. Dan. Domestic. Diff. V. p. 178. fq. Feltmann. de Cadavere inspiciendo cap. 44 §. 16. pag. 175. &c. Multo magis Chirurgi, quibus operæ manuales incumbunt a Medicorum castris sunt arcendi, juxta illud *Ammann. Medicin. Critic. Caf. LXXII. pag. 382. fq. Caf. LXXIX. pag. 528. quinimo Physicum debere illis praxi interdicerere, speciali Responso ad Caf. XXXIV. l. c. pag. 244. fq. decretum legimus. Juxta Statutum Patavinum juramento obligantur, ut à Praxi medica prorsus absteineant, nec pharmaca per os ægris dent. vid. *Bohn. de Officio Medici cap. 3. p. 42. conf. Paul. Zacch. Question. Medico-Legal. Consil. XXIV. n. 3. f. 43. & l. VI. Tit. 1. qu. IX. f. 509. ubi peccare quoque Chirurgo, dicitur, qui in morbis etiam ad eorum artem & ad ipsam operationem spectantibus, non advocant Medicum. conf. *Bohn. l. c. cap. XXII. de remed Chirurgic. pag. 483. ubi ignorantia illorum vel in ipso manuali ministerio, erudito depingitur penicillo; quod quidem non de omnibus dictum velim, sed tamen de plurimis, quos indigitat *Freitag. noct. Med. cap. XIII. dum, quomodo sciant, inquit, quod non didicerunt, & ubi didicissent? in Tonstrina: quis ibi Chirurgiæ, ut artis & rationalium præceptorum Professor? numquid stupor, ignorantia & Barbaries? qui per biennium Tonstrinæ famulus extitit, & radere, scarificare, veram Kustici tundere &c. didicit, accipit à Magistro suo rescriptum, quod artem didicerit, justoque tempore absolverit sub illo, qui nec hanc, nec literas ipsas norit &c. Ita præparatus Chirurgiæ Candidatus mores Præceptoris & aliorum suæ sortis homuncionum obstinato sequitur studio, nec quicquam cupit à Medicis addiscere, sed sibi soli sapiens, eorundem sæpius fit flagellum, ut multis evincit rationibus *Gerh. Goris Medicin. contempt. cap. VIII. pag. 137. Cum Dis ar. rogantiâ certant, cum superis dimicant, tot neces procurando, quot illi vitas, & plus quam humanum de se credi volunt, qui nec homines sunt: quia imperitiæ artis splendore homines odorant, nec facile apud orcum locum invenient, ne quicquid apud inferos vivit, illorum quoque violentia cadat. &c. verba sunt *B. Dn. D. Th. Bartholin. de Medicin. Danor. Domestic. Diff. X. pag. 441. fq. Utinam*******

Utinam huic pestiferæ pullitiei pabulum non præberent vel ipsi artis nostræ Doctores, qui ut ingenioli famam aucupentur, integra *Systemata medica* formularum plaustris referta, idiomate Germanico ex charta in papyrum evomunt, & ita imperitis manibus arma, in perniciem humani generis parata, committunt. *Si quis autem Templum Dei violaverit: disperdet eum Deus 1. Corinth. III. 17* Ferendum non sine artis nostræ opprobrio, quod non amplius mutandum. Quadrat huc quod de suis Astrologis queritur *Tacitus: Tale genus hominum semper proscribetur, & semper retinebitur. Stabit in omne ævum decantatum illud: Mundus regitur opinionibus.* Hinc Dæmoniorum hoc genus ubi semel incoluit, ægerri-me rursus ejicitur. Valde est simile *pediculis inguinalibus*, qui profundius inureantur, quam ut levi opera quæant extirpari, inquit *Rosin Lentil. Miscellan. Medico-Præctic. P. 2. pag. 610.* cujus jocofum carmen studiosi cujusdam Medicinæ albo quondam insertum. ex *l. c. P. 1. pag. 98.* coronidis loco annexere placet;

Freund / fragst du / wem doch ähnlich sey
 Das arme Practicizen?
 Ich sage der Juristerey,
 Und dem Processzuführen.
 Wanns Händel giebt / so hängt mans an.
 Bey niederen Gerichten:
 Was diese Banck nicht heben kan /
 Das müssen höh're schlichten;
 So geht es mit der Medicin!
 Wann sich der Krancke leget /
 Meynst du / daß ihm die Zuflucht hin
 Zum rechten Doctor trägt?
 Ach nein! es hat die erst Instanz
 Der Schmierer / Scheerer / Krager/
 Das alte Weib der Praler / Hans /
 Der Lügner und der Schroaker.
 Schiebt der den Karren in den Roth /
 Der Krancke will marchiren!

So will man in der letzten Noth
 Zum Doctor appelliren,
 Das laß mir eine Praxin seyn:
 Es gilt der Haut der Armen;
 &c. &c.

KILONII.

D. Henr. Opitius, SS. Theol. Prof. Ord. *Theologiam Exegeticam*, Methodo Analytica propositam, & *Tabulis X.* succinctè comprehensam, in usum suorum Auditorum & Lectionum privatarum edi curavit. (pl. 5. fol.)

Agit itaque *Tab. I.* de Natura & Constitutione Theologiæ Exegeticæ. *Tab. II.* de Fine objectivo Theol. Exeget. s. Textu Scripturæ S. interpretabili. *Tab. III.* de Fine Theologiæ Exeget. Finali, s. de sensu Scripturæ S. hujusque Interpretatione. *Tab. IV.* de Subjecto Operationis Theol. Exeget. nimirum Script. S. Interprete. *Tab. V.* de Principiis & Mediis Hermeneuticis; Quibus Finis Theol. Exegeticæ in subjectum introducitur, in genere & in specie. *Tab. VI.* de Mediis & Regulis Hermeneuticis communioribus, ex Grammatica desumptis. *Tab. VII.* de Mediis & Regulis Hermeneut. ex Rhetorica petitis. *Tab. VIII.* de Med. & Reg. Hermeneut. ex Logica desumptis. *Tab. IX.* de Med. & Reg. Hermeneut. è reliquis disciplinis petitis. *Tab. X.* de Med. & Reg. Hermeneut. ex Theologia petitis. Hisce *Capitibus* omnia ea complexus est, quæ Theologiæ Exegeticæ discendi cupido necessaria erunt. *Pag. 18.* Judicium legitur de Commentatoribus Hebræorum Doctorum, his verbis conceptum; *Adhibeatur ex Hebrais A-ben Esra, Kimchi, Sal. Ben Melech ob sensum literalem. Abarbenel ob varia realia & Controversias cum Christianis.*

Sub prælo sudat *Sebastiani Kortholti*, Professoris Academiæ Kiloniensis, *ΑΝΔΡΟΠΑΙΣ* i. e. PUER DOCTUS, sive: De Præcoci-bus Eruditis, ab *Adriano Bailletto* in Scripto ejusdem argumenti omissis, Liber. Accedit altera Editio opusculi de PUELLIS A TE-NERRIMA ÆTATE LITTERATIS, itemque *ΟΥΙΜΑΘΗΣ* i. e. DISCIPULUS SENEX, sive Dissertatio de Viris illustribus, qui ad studia se tarde contulerunt. In præfatione, quæ lucem jam ad-

spexit, Auctor ait literas nuper Parisiis datas se docuisse, Bailletum alteram opusculi sui, de Pueris Doctis, editionem haut publicaturum, quo circa laborem suum ante plures annos promissum luci exponat. Monstrat autem errores a Bailletto dicto libro commissos, ubi agit de docta pueritia *Plinii Junioris*, *Thomæ Hobbi*, & *Blasii Paschalis*, *H. Beza* & *Eduardi VI* &c. ostenditque *Tiraquellum* æque ac Poëtas *Menardum* patrem & filium a Bailletto Præsides gratis esse creatos. Pag. 7. tuetur *Verinum* Florentinum fuisse, & *Politianum* non posse *Bassum* appellari. Cum & puellarum, quæ peradolescentes jam litteratæ fuerunt, mentionem faciat Bailletus, ipsi pag. 9. exprobrat, quod ausus temere fuerit meminisse *S. Catharine*, & quod de *Athenaide* falsa in medium proferat. Eisdem pag. 10. objicit, quod, ubi tractet de *ὄψιμαθῆς*, inter senes discipulos referat *Jul. Cæsar. Scaligerum*, quem teste *Menagio*, *Parrino* & *Riccio* probat non militiæ sed studiis ab ineunte ætate vacasse. *Jac. August. Thuanum* studia sua sero inchoasse itidem negat, aliosque naves, quos de *Accursio* & *Baldo* verba faciens Bailletus admisit pag. 11. 12. 13. manifestat. Denique promittit, se declaraturum viros maxime illustres in flore ætatis ingenii fructus jam ostendisse; cumque *Parrhasianorum* Scriptor tueatur, neminem existere, qui industria aut eruditione mereatur comparari cum viris incomparabilibus *Josepho Scaligero*, *Justo Lipsio*, *Cl. Casaubono*, *Cl. Salmasio*, *Hug. Grotio*, *Jo. Meursio* & *Jo. Seldeno*; (*v. Parrhasiana* T. 1. pag. 222. edit. Amst.) hos omnes non solum longius, verum etiam celerius in studiis processisse, & vix pueritiæ annos vel ingressos vel egressos ingenii vires & doctorum iudicia periclitatos esse commonstrabit, opinionemque refellet eorum, qui ingenia præcocia diuturna esse inficiantur. Nos librum de Pueris Doctis cum totus in lucem prodierit, recensebimus, perinde ut recensuimus Eiusdem auctoris disquisitionem de *Doctis Puellis* a Bailletto omisis in libro: *des Enfans celebres*, habitam mense Januario anni 1700. aliamque de *Senibus*, qui ad studia se tarde consulerunt, habitam mense Decembr. 1701.

Mense Martio: Dissertationem Fridericianam de Prestere nuperrimo, von dem neulichen grausahmen Sturm und Ungewitter: sub Præsidio Wilh. Hulder. Waldschmidii, Med. D. ejusdemque & Phil. Experim.

Prof. Ord. Acad. Cæsar. Leopold. Colleg. publicè defendit

Petrus Porsch, Lehesta Francus. (2. pl. in 4.)

Initium hujus scripti Autor facit ab enarratione damni, quod toti fermè Europæ intulit ventus præteriti anni insolitus. Deinde accuratè describit, quomodo ille à primo ortu, qui erat dies Decembris sextus, indies augmentum cæperit, usque dum nocte octavi diei maximè exacerbatus & fulgure comitatus fuerit, ideoque Prestereis nomen meruerit. Quanquam non negat, haud unius generis ventum, sed plures alios conjunctim hanc tempestatem produxisse: Hinc eos non malè quoque judicasse, censet, qui ventum titulò *Orcani*, cujus descriptionem ex Varenio adfert, donarunt. Explanatò etymò in causas venti generales inquiri, & postquam varias Philosophorum sententias recensuerit, propriam quoque adducit: distinguendo sc. eas in *Materialem & Efficientem*, quarum *illa* nempe materialis ipsi nihil aliud est, quam vapor seu subtilior aquæ pars in aërem elevata, & quidem non solum illa, quam calor ab aquis sursum pellit, & quæ propriè vaporum nomine venit, sed & ista exhalationum portio, quæ, è terra elevata, eandem ferè cum aqua figuram habet, non excluso interitum *Aère*. Utpote qui, quacunque ex causâ id fiat, condensatus, si sui juris iterum fiat, & per angustius spatium erumpat, ventum satis vehementem producere valet: Hæc verò causam Efficientem duplicem agnoscit; unam scilicet *remotam* sive *calorem*, qui resolvendò & attenuandò particulas aquosas flexiles, & ad motum aptas, in vaporem convertit, quemadmodum ex œolipilarum in concitandis ventis effectu videmus; *alteram proximam* s. *rarefactionem*, vel à calore propriè sic dicto, vel spiritûs intus inclusi, condensati, & in exitum nitentis luctatione, aut denique actione & pressione luminis productam. Relictis causis ventorum generalibus, ad Prestereis causas specialiores se vertit, & prægressas tempestatum mutationes, videlicet anni elapsi hyemem humidam atque pluviosam, ut & Ver itidem

pluvioso-humidum, vaporum genitricis, cum subsequēntis aestatis insolito calore, per aliquot menses durante, considerat; & inde concludit, quod particulæ istæ aquosæ, ex tellure in aërem sublata, sæcundam ventis præbuerint materiam. Rationem autem, cur hybernò tempore, aëre frigidò, materia ista in ventum & tempestatem procellosam eruperit? ex diversa aëris temperie in superiori & inferiori ejus regione desumit, quippe cum fieri potuerit, quod licet inferior regio frigida satis fuerit, superior tamen satis calida extiterit, ita, ut vapores isti intra nubes densiores collecti, majus affectarint spatium & perruptis claustris ventum impetuosum excitarint. Cui rationi annectit alteram, nempe nubium altiorum subitaneum ad inferiora descensum, earumque ac aëris subjecti pressionem atque propulsionem. Nec Astris, & præcipuè Soli & Lunæ effectum in procreandis ventis denegar; sed potius Martis cum Luna conjunctionem haud vanum subsecuti fulguris indicium tunc temporis prebere potuisse, autumat. Quæ sit ejus de tonitruum ac fulgurum genesi sententia, ex sequentibus elucet verbis: *Puto, inquit enim, tonitrua fieri, si plures nubes tabulatorum instar sibi invicem superstrata sint, quarum superiores magno impetu in inferiores ruunt, hinc fragor & sonitus. Fulgur verò oritur, quando spatium istud, quod intra duas nubes quarum superior in inferiorem cadit, interjacet, repletum est multis exhalationibus pinguibus, ignem faciliè concipientibus, quæ vi nubis descendens velocissimè mota, accenduntur, & fulgura efficiunt.* Hisce tandem coronidis locò subjungit procellæ effectus quosdam primarios; nempe quod aërem purificarit, quod moderatam terræ suppeditarit pluviam, atque, segetem hinc inde movendo, latentem frugem, ruptis velamentis suis, quæ folliculos Agricolæ vocant, adaperuerit.

D. XXIII. Martii, vel ipsis Feriis Paschatos Pro-Rector & Senatus Academiae Kilon. ad Christi reviviscentis triumphum Cives Academicos Programmate Latino, in quo de Psalmo CX. tum in genere, tum de ejusdem ultimi versus hemistichio priori: *De torrente in via bibit, sigillatim & in specie agitur, invitavit, (pl. 2. in 4to.)*

D. VII. Maji, Dissertat. Philologicam exhibuit M. Jo. Gerhardus Meuschen, Fac. Philos. Adessor, Resp. Viro Henr. Hasenmüller/Holfar. de Ritu salutandi sternutantes, (pl. 3.)

In qua variis superstitionibus è Paganismo descendentibus ritum quoque isthunc, quo sternutantes faustiva acclamatione excipimus, annumerandum esse Auctor §. 1. 2. & 3. ostendit; deinde §. 5. & 4. ejus originem evolvit, cui Siamensium superstitionem superaddimus, quam Tarchard en *Voyage de Siam* p. 378. his verbis annotavit: In Siam glauben die Leute eine Hölle / und sprechen / es sassen böse Geister darinnen / davon einer ein Buch vor sich hätte / in welchem das Leben aller Menschen aufgeschrieben wäre / das läse der Geist ohne Aufhören / und wenn jemand getroffen würde / der müsse auf Erden niesen / daher sey es kommen / daß man der nieselnden Personen langes Leben wünschte. §. 5. dubius hæret, an Aegyptii hanc consuetudinem servaverint, Judæis verò §. 6. 7. Græcis, §. 8. & Romanis §. 9. in usu eandem fuisse probat. §. 10. 11. 12. ejus causam investigat. §. 13. 14. 15. Omnia ex sternutatione vel prospera, vel mala §. 16. 17. 18. 19. 20. producit. §. 21. Ritum hunc inter Christianos, si modo vana absit observantia, tolerari posse, asserit. §. 22. Coronidis loco Abessinorum bene precandi ritum sternutanti Imperatori, & Afrorum consuetudinem recenset. Cæterum, quod obiter notamus, laudatus jam jam Meuschenius in eo est, ut Bosii *Schediasma de Scriptoribus Ecclesiasticis* auctius prodire faciat, quod & propediem lucem videbit.

Idem Jo. Gerh. Meuschen, *Sciagraphiam Collegiorum*, quæ primo tempore studiosis Kiloniensibus aperiet, scripto vernaculo dedit Hamburgi impress. 1704. (pl. 2½.)

EX FEMARIA.

VVagria contermina Maris Baltici

Insula.

Præfens Ministerii Ecclesiastici quatuor hujus Insulæ Diocæse.
on facies hæc est;

In Civitate *Burg.*

David Henricus Wetstein / Lubecensis, Inspector & Pastor, ad officium Ecclesiasticum vocatus 1702. d. 9. Novembris, in munere Inspectoris *Paulo Gerardo Walthero*, Flensburgensi, Inspectori emerito, (hodie Neostadii Holsat. degenti) successit 1703. d. 7. Octobris.

Johannes Hilmers, Lubecensis, Archidiaconus, ad offic. vocatus 1702. d. 13. Octobris.

Arnoldus Christianus Wacker / Femariensis, ad offic. vocatus 1703. d. 7. Novembris.

In *Bandestorff.*

Johannes Michael Krebs / Northusanus, Pastor & Ministeri Femariensis Senior, ad offic. vocatus 1679. d. 22. Januar. ad Pastoratum 1697. d. 28. Martii.

Bartholomaeus Schulze / Prenslaviensis Ukero-Marchicus, ad offic. vocatus 1701. d. 28. Februarii.

In *Landkirchen.*

Samuel Wacker / Femariensis, Pastor, Patri Pastori adjunctus Anno 1699. d. 16. Junii, ad Pastoratum vocatus Ao. 1700. d. 20. Junii.

Georgius Marquard / Femariensis, ad offic. vocatus 1700. d. 21. Julii.

In *Petersdorff.*

Christianus Oswaldus Zwerg / Slesvicensis, Pastor, ad offic. vocatus 1690. d. 8. Febr. ad Pastoratum 1702. d. 6. Novembris, de quo vid. *Nov. Lit. T. I. pag. 218.*

Valentinus Röpke / Kiloniensis, ad Offic. in Civitate Burg vocatus

catus Anno 1695. d. 27. Februar. huc translatus Anno 1702. d. 26. Novembris.

LUBECÆ.

D. Aug. Pfeifferi, Superint. Lubec. Opera Latina, quæ ad Philologiam Sacram pertinent, Ultrajecti conjunctim duobus Tomis inclusa, atque peculiaribus Indicibus stipata, hoc titulo prodierunt: Augusti Pfeifferi, SS. Th. D. Eccles. antehac Lubec. Superint, Opera omnia quæ extant Philologica; quorum Syllabus exhibetur post præfationem. Ultrajecti, ex Officina Guil. Brædelet.
CIS DCC IV. 7. Alp. 7. pl. 4to.

Ipsa Scripta, quæ in hac editione iterum exhibentur, nunc recensere nolumus, siquidem illa in *N. L. Mar. Haub. T. I. p. 30. sq.* longa serie enumeravimus, hoc tamen nequaquam prætermittendum esse judicamus, epistolam illam, quam B. Pfeifferus ad *B. M. Wasmuthium*, Prof. Kilon. A. 1667. exaravit, Apologeticam scilicet, duabus constantem plaguis, in 4to. fuisse omniam. *Tractatum* illum *Theologicum*, de *Actione Rei a note contra Papam*, cum *Informatorio Conscientiæ Eucharistica*, Lips. 1685. excus. hic non comparere, mirari nolumus, cum ipse *Collector* Philologica tantum dare, in animum sibi induxerit. Præclare jam suo tempore *D. Jo. Ben. Carpovius*, Theologus Lips. A. 1669. in *Collegio Rabbinico-Biblico* in *Libellum Ruth*, pag. 27. de Pfeifferi Laboribus judicavit, hilce verbis usus: *Post messem adeò divitem novissimè de spicilegio non dubitabat Aug. Pfeifferus in Acad. Witteb. cui eum merito gratulamur, paulatim jam assurgens: adeò literis Orientalibus multa pollicentur laudabiles viri, si vitam Deus proroget, conatus nec ingenio, nec eruditione, nec diligentia editis tot jam Speciminibus comprobata destituti. Is ergò Dissertationem de Targumim pro loco ibi ex more ventilatam scripsit, non post Homerum Iliada, sed ipsum in nuce Homerum, quam cum passim apud nos venalem videamus, laudari de hac materia non minus, ac ceteras ejus lucubrationes Sacra Philologia Studiosis utilissimas, par erat.*

D. III. April. *Gabriel Fizmännus*, Lubecens. D. Jo. Fizmänni, supra memorati Filius, Symmysta Travemundanus eligebatur, qui *Dom. Misericord.* s. D. VI. April. Sacris Ordinationis reportatis, *Dom Jubilate* s. XIII. ejusdem solenniter Travemundanensibus sistebatur, atque ad Officium Ecclesiasticum introducebatur.

Cum nuper *Libellus Hymnorum* ab Ecclesia Lubecensi recipiendus esset, prout pag. 63. indicavimus, pecul. *Sermone sacro de Hymnis sacris*, eorumque Autoribus & usu egit D. *Goetzius*, quem publicis typis excubiri jussit, hoc Lemmate insignitum:

Christliche Lieder-Predigt / nach Anleitung der Worte Davids
Ps. XLV. 2. Mein Hertz dichtet ein feines Lied / ich will
singen von einem Könige / am III. Advents-Sonntage / den
15. Decemb. Anno 1703. als das Lübeckische Gesang-Buch
der Christl. Gemeine zu St. Marien bekannt gemacht wurde / in
der Furcht des HErrn gehalten / und nebst einem besondern Send-
Schreiben / an den Verfasser der Lieder-Bibliothek / (Tit.) Hn.
M. Jo. Christoph. Olearium, wohlverordneten Prediger und Bibli-
othec. in Arnstadt / auf Christlich Begehren / dem öffentlichen Druck
übergeben von George Henrich Götzem / D. Superintendenten.
Lübeck. In Verlegung Joh. Wiedemeyers. Ao. 1704.
(pl. 12. in 4to.)

In ipsa verò Homilia tum in *Exordio* ex *I. Corinth.* XIV. v. 26. tum ipsa *Tractatione* v. 2. *Ps. XLV.* enodavit, variis hinc & inde insperis observationibus Historico-Theologicis, quæ piis Hymnis, eos præcipuè a *Strophis* dissentientium liberando, lucem fœnerari possunt. Adjuncta denique *Epistola* inscripta est *M. Jo. Christoph. Oleario*, Ecclesiastæ & Bibliothec. Arnstad. qui *Bibliothecam Hymnodicam* nuper aperuit, atque varia eidem suggerit, ad notitiam *Canticorum* facientia. Præcipuè commendari merentur Judicia illa D.

Nic. Hunni, de *Hymnodico* *M. Jeremia Weberi*, *Lips.* 1638.

evulgato, & Canticò: O grosser GOTT
von Macht &c. lata, & illi inserta.



NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis JUNII. A. M DCC IV.

GUSTROVII.

Mense April. Joach. Otto, Rect. Gymnas. *Theses Succin-
elas Doctrinae Moralis* juxta praescriptionem B. Schomeri
ad disputandum proposuit, Resp. Georg. Frid. Stiebero,
Spirensi. (plag. 2. in 8vo.)

Dissertatio haec IV. constat capitibus: Cap. I. agitur de na-
tura doctrinae moralis; C. II. de sanctitate & perfectione chri-
stiana sive summo hominis bono; C. III. de intellectu & conscientia;
C. IV. de voluntate & affectibus.

Dedimus nuper pag. 34. & pag. 66. *sqq.* Catalogum V. D. Mi-
nistrorum in Ecclesia Gustrov. Parochiali & Cathedrali; nunc quo-
que Rectores & Collegas, qui in Gymnasio Güstrovienſi, quod a Sere-
nissimo Mecleburgensium Duce ULRICO p. m. olim e rudibus
monasticis instauratum & inde ab Ejusdem Successoribus, muni-
ficentissimis hujus Scholae Nutriciis, huc usque conservatum &
amplificatum est, ab Reformat. Luth. auspicio docuerunt,
brevis conspectu exhibere placet. Sunt vero seqq.

1. *Wolfgangus Leopoldus*, Fribergensis Mſn. primus *Reſtor.* Anno
1553. & seqq. antea Principum Mecleb. ULRICI, CHRISTO-
PHORI, CAROLI, in juventute Informator. Ejus Collega fuit
M. Zacharius Scheffter, Sverin. *Conreſtor.* qui 1563. factus
est Pastor Eccles. Cygneus (in Schwaan.)
2. *M. Andreas Schoppius*, *Reſtor.* à Leopoldo (ni fallor) proximus, qui
vero hunc Reſtoratum Anno 1568. cum Pastoratu aliunde sibi
oblato permutasse legitur. In ejusdem locum successus est.

3. *M. Nicolaus Gonicus*, Rector. Vocatus Rostochio, ubi per 12. Annos Rectorem Scholæ ad D. Jacobi egerat, & indultu Seren. Ducis ULRICI Anno 1568. Gustroviensi Scholæ præfectus est à Superintend. D. *Conr. Beckero*.

M. Franciscus Oemichius, Conrector. *D. Gerhardi Oemich*, Superintend. Filius.

4. *M. Franciscus Oemichius*, Gustr. ex Conrect. Rector. *Philippi Melanchthonis* Discipulus. Geslit Rectoratum per 20. annos. † 1591.

M. Bernhardus Orestes, Conrector 1580. item:

M. Jacobus Hemsted, Conrector. 1587. Minister simul Eccles. Gustrov.

Balthasar Breddin, Collega inferior, qui 1592. factus Pastor Eccles. Wadmanshag. in viciniâ.

5. *M. Christianus Dornemann*, Rector. 1592. & seqq. successit *M. Oemichio*. Cujus Collegæ fuerunt:

M. Jacobus Hemsted, Conrector.

M. Nicolaus Leppin, Plaviensis.

Matthæus Eberdes, &c.

6. *M. Ludolphus Barcaus* (*Barckay*) Bilefeldensis. Rector. *M. Oemichii* gener, & *Dornemanni* Successor. † 1618. præfuit per annos 20.

7. *M. Sebastianus Meyer*, Lubecensis. Rector. Vocatus 1619. ex Academ. Rostoch. advocatus 1629. Lubecam, ibidemque Rector factus. Cæteri Collegæ fuerunt:

M. Petrus Goetsche, Conrector.

M. Nicolaus Leppin.

Jacobus Becker.

Joachimus Schönmann.

Andreas Senskius.

Ulricus Amsel.

8. *M. Georgius Schedius*, Glauchâ Misnicus. Rector. Vocatus 1629. antea Cadani in Bohemiâ Scholæ Moderator, unde Religionis causa in exilium ejectus, venit in Academiam Rostochiensem. Tum in viciniâ Scholæ Butzov. aliquantisper Rector exstitit. Inde vocatus Gustrovium. † 1651. valde Senex. Ejus Collegæ fuerunt successive;

M. Geor-

M. Georgius Völckner, *Conrector.*

Stephanus Hane, *Conrector.* (Pastor simul Reinshagensis, tandem Pastor hic Cathedralis.)

Johannes Franciscus Clausing, *Conrector.* (tandem Pastor hic Parochialis.)

Andreas Metzmacher, *Conrector.*

Jacobus Seibertus.

M. Joach. Stresovius, factus Pastor in Inf. Femera

Joachimus Baumann, tandem Pastor Röbelensis } Subrecto-

Andreas Bötticher, tandem Pastor Boitzenburg } res

M. Georgius Schultze.

Georgius Zabelius.

Joachimus Geistius.

} Cantores.

9. *Andreas Metzmacher*, Mecleburgensis. *Rektor.* successit Schedio 1651. vocatus 1663. ad Pastoratum Malchinentem, & inde 1668. factus Eccles. Cathedr. Gustr. Collegæ ejus in Scholâ fuerunt:

M. Blasius Grabijs, Mülhusa-Thur, *Conrector* (vocatus tandem ad *Rektor.* Rostoch.)

Fridericus Wittmann, Neo-Brandenb. *Subrector.* (factus tandem Pastor Boitzeburgensis.)

Hartwig Hane, Steph. F. *Subrector* (postea Pastor in Reckenitz, prope Gustrov.)

Joachimus Geistius, Teterov. *Cantor.*

Melchior Dorn, postea Pastor Slatensis prope Parchimum.

Georgius Martini, Lüneburg. tandem Pastor in vicino pago Serran. } Succen-

Andreas Wittmann.

Georg Christian Holz-Apfel, Moguntinus.

Nicolaus Lütgens, postea Pastor in Zehna.

Christophorus Köhler.

} Inferio-
res.

10. *M. Andreas Godofr. Ammon*, Göttingensis. *Rektor.* vocat. 1663. qui A. 1667. abiit ad *Rektor.* Gymn. Stetin. factus tandem Licent. Theol. & Superint. Wunstorp. in Ducatu Brunsvicensi.

M. Daniel Parschitius, Hung *Conrector.*

Johannes Zimmermannus, Lüneb. *Conrektor*.

Dietericus Lützow / *Gustrov. Subrektor. reliqui ut supra.*

11. *M. Godofredus Voigtius*, Delitio-Misnicus. *Rector. voc. 1668. qui 1678. factus, Licent. Theolog. & 1681. abiit ad Rectoratum Scholæ Hamburgensis.*

M. Cornelius Pittelius, Poët. L. C. *Conrektor* † 1686.

Dietericus Lützow / *Subrektor* † 1685.

Joachimus Geisius, *Cantor* † 1679.

Theodorus Rustius, *Succentor. Hic tandem factus Pastor Reinshagensis in viciniâ.*

Burchardus Küster, *Dannebergensis.*

Michael Blanke, *Gustrov. jam Pastor* } inferiores Collegæ
Lagensis.

12. *M. Johannes Mancelius*, Rostoch. *Rector, successit Voigtio 1681. antea Profess. Rostochiensis, qui post 13. ann. 1694. vocatus ad Præposit. Dargunensem & Pastoratum Neo-Caldensem. Cujus Collegæ fuerunt:*

M. Joh. Matth. Polemann, Lüneb. *Conrektor* † 1693.

M. Jacobus Dürfeld, Osnabrug. *Subrektor.*

Thomas Ramsay, Fridelandens. *Cantor.*

Jo. Herm. Görze, Mulhus. *Succentor. † 1702.*

Burchardus Küster, Danneb. † 1700.

Henricus Krüger, *Gustrov.*

13. *Nicolaus Wasmuth*, Pritzvv. March. *Rector. Vocatus 1694. à Rectoratu Anclam. † 1697.*

14. *M. Jo. Henricus Knoblach* / *Witteberg. Saxo. Rector. Vocatus ex Academ. Witteberg. 1698. † 1699.*

15. *Joachimus Otto*, Berolinensis March. *Rector. Voc. 1699. a Rectoratu Rostoch. adhuc superstes. Cujus Collegæ jam sunt:*

M. Jacobus Dürfeld, ex Subrecl. *Conrektor.*

Frid. Thomas Dobbertin, Mecl. *Subrektor.*

Thomas Ramsay, Fridland. *Cantor.*

Georg Christian Reinhold, *Gustrov. Succentor.*

Henricus Krüger, *Gustroviensis.*

Hermann Albertus Ungar. Gustroviensis † 1702. quem nuper excepit Hermannus Schmidt / Teteroviensis.

ROSTO.

ROSTOCHII.

De *Descensu Christi ad Inferos*, ad illustrandum oraculum' 1. Petr. III. 18. 19. 20. Pr. D. Jo. Fechtio, PP. Respondente & auctore *Georgio Caspary*, Riga-Livono. Habita XXII. Martii. Continet plagulas 16. Præmissio Præloquio, duæ propositiones præliminares de indole & momento articuli de Descensu Christi ad inferos ponuntur & illustrantur. Quarum prima est: Descensus Christi ad inferos verum & peculiarem fidei Christianæ articulum constituit, à morte, sepulturâ & resurrectione distinctum. Secunda: quemadmodum, verò hic ipse fidei Christianæ articulus difficilis est: ita etiam hic ipse, qui de eo agit, locus. Quibus præmissis, argumentum ipsum per continuas Theses, earumque luculentas expositiones, ita pertractatur, ut in singulis simul ad verba sacri Textus reflectatur. I. Itaque voci: *χριστός*, subjungitur, Thesis: totus Christus, DEUS & Homo, seu totum suppositum τῆ λόγῳ incarnati descendit ad inferos. Id quod probatur ex additâ statim descriptione: *θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι*. II. Vocibus: *ἐν ᾧ*; adjicitur: subjectum quo est Natura non Divina, sed humana, atque ea quidem tota, non anima solum. III. Voci: *ζωοποιηθεὶς*, illa: Descendit autem Christus ad inferos post vivificationem suam & ante resurrectionem ex mortuis, adeoque in momento illo gloriosæ resurrectionis. Cui subjicitur corollarium: Rectè itaque hic Christi descensus ad Inferos non ad statum exinanitionis, nec ad statum quendam intermedium, sed ad statum exaltationis refertur, ejusdemque primus gradus constituitur. Sequitur Thesis quarta, ad vocem: *ἐν φυλακῇ*: Descendit Christus ad inferos, seu in carcerem infernalem & receptaculum damnatorum spirituum. V. Ad vocem: *πορευθεὶς*: Fuit itaque hic Christi ad inferos descensus vera atque realis profectio & secundum motum corporis glorificati ad πᾶς damnatorum facta abitio. VI. Ad vocem: *λοις πνεύμασι*: Spiritus, quibus Christus in inferno prædicavit, sunt angeli & homines damnati. Concluditur Thesis VII. & ultimâ: Prædicatio hæc non fuit salvifica & salutaris, sed potius legalis & redargutoria, eademque potissimam partem realis, quâ de hostibus suis se triumphasse & victoriam reportasse, absolutamque in vivos & mor-

tuos potestatem habere demonstravit. In Epistolâ Disputationi adjecta significat Præses, à Parente Respondentis, dum ille adhuc viveret, electam hanc disputandi materiam, quamquam vel sexcentorum industriâ discussam, eo consilio fuisse, ut Filius maturè Bibliothecæ, suis unius usibus destinata, notitiam sibi compararet, quod felicius fieri, quam in argumento, in omnes veterum pariter recentiorumque libros diffuso, haud potuerit, nec defuerit ipsi in ipsâ pertractatione exiguum laudis spicilegium.

Examen Libelli recens editi sub titulo: **Licht und Recht**, quod ad argumentum spectat de *Verâ DEi rerumque Sacrarum in irregeneritâ notitiâ*. Præsides *Jo. Fechtio, D.* Respondente & Auctore *Georgio Lindenio, Rigensi*. Habita *XXVI. Martii*. Continet plagulas 7. In præmissâ epistolâ ostendit Præses, primam hujus controversiæ: An notitia rerum sacrarum, Scripturæ conformis, cum in irregenerito existit, vera sit, an mendax notitia? originem ab iis arcesendam esse, qui vulgò *Pietistæ* dicuntur. Hos enim sub majori promovendæ pietatis specie negasse, notitiam DEi & mysteriorum Divinorum in homine impio veram esse notitiam, quantumlibet S. Literis esset conformis. Quam doctrinam porro demonstrat Præses, inter omnes cæteras recenter exortas omnium esse in Christianismi praxi periculosissimam; cum qui persuasi sint, ministrum Ecclesiæ irregeneritum esse, eundem fugere teneantur, cum veram rerum sacrarum notitiam non habeat, atque adeò nec eandem aliis communicare possit. Quæ res non possit non fœdæ in Ecclesiis confusioni ansam præbere. Porrò enatam hinc esse doctrinam, majori longè periculo expositam. Nempe cum *Pietistæ* idè negarent, notitiam intellectus in homine irregenerito falsam notitiam esse, quia non accederet voluntatis sanctitas, ulterius progressos esse sub eadem pietatis specie hodiernos Indifferentistas & propugnasse; veram pietatem in solâ voluntatis sanctitate consistere, neque attendere DEUM, quam quis habeat de se & rebus divinis opinionem. Ex quo consequatur, perinde esse, quam quis religionem profiteatur, dummodo morum pietati studeat; nec proinde ob sententiarum de fide diversitatem quemquam pro hæretico haberi aut condemnari debere. Quæ cum religioni nostræ, qualem hæctenus professi sumus, extremum minitentur exitium, utique

utique doctrinis istis, hodie invalescentibus, omni vi & conatu obviam eundem esse atque adeò & Lindenii studium in examinando ejus generis libello occupatum mereri laudem. Quoad ipsum libellum præoccupatur, non eundem integrum sub examen vocatum iri, sed ea tantum, quæ occupata sint in probando, veram Dei notitiam sine animi pietate veram non esse, considerationis argumentum fore. Cui fini præmittitur compendiarum contrariæ doctrinæ, quod nempe & illa Divinarum rerum notitia, quæ quamquam cum voluntatis pietate conjuncta non sit, è Scripturis tamen est hausta, eidemque conformis, veræ notitiæ nomine in sacris veniat, neque salvâ fidei analogia mendax dici possit, probatio: Nam & gentiles ipsos dici cognoscere Deum, hancque cognitionem veritatis nomine insigniri, Rom. I. 32. & frequenter alios, à pietate devios, cognoscere tamen viam Dei, justitiam Dei, voluntatem Dei prædicari, quæ cognitio cum ad faciendorum praxin eosdem deducere debeat, fieri non posse, ut falsa sit, cum falsâ notitia ad cultum nos Dei & sanctas animæ actiones deducere non possit. Tum verò ostenditur, quanto omnem voluntatis bonitatem intellectus notitiam supponere, ex eademque tanquam ex necessario fonte oriri dicatur, sensum hunc esse: nunquam agere voluntatem nisi præviâ qualicunque intellectus intellectu & quo verius, rectius, ardentius agit voluntas, eò veriolem, rectiolem & ardentiolem antecessisse notitiam. Quid cum exemplis operationum intellectus & voluntatis comprobatum & illustratum fuisset, ad contrariæ opinionis fundamenta proceditur, quæ undecunque ex libello conquisita curatiori considerationi subjiuntur. Ut ex plurimis pauca adferamus, 1. Cor. II. 14. per hominem *ψυχικόν* dicitur intelligi eum, qui naturali tantum cognoscendi principio instructus est, eidemque opponi spiritum Dei, per verbum revelantem & agentem. Qualem operationem etiam in irrogenitis, saltem usque ad notitiam & assensum exerceat. Ut adeò naturalis homo non sit irrogenitus, spiritualis regenitus, ut multis sit persuasum. Nec alium sensum ex loco ullis fidiculis extorqueri posse, agnoscente hoc ante mota recentiora certamina *D. Schomero*. Ex Rom. II. 18. s. ostendit, *D. Seb. Schmidium*, aliosque interpretes agnoscere etiam, irre-

irregénitos Judæos vere cognoscere voluntatem Divinam, eandemque approbare. Itemque Judæum, legis divinæ peritum, lucem esse, alios illuminantem, habentem formam cognitionis, h. e. veritatem & scientiam, seu notitiam veram, jactantiæ oppositam. Locum Joh. VII. 16. 17. qui quotidie in ore sit Indifferentistis, ita interpretatur: *si quis voluerit voluntatem DEi facere, cognosces de doctrinâ, utrum ex DEo sit, an verò ex memetipso loquar: si quis voluerit verbum Patris cœlestis audire, Christumque in eodem scrutari & invenire, Joh. V. 39. ceu præceperat Pater, Matth. XVII. 5. adeoque hac in re voluntatem Patris cœlestis facere, cognoscat utique, an ex meo cerebello doctrina mea provenerit, an ex DEO. Alterum verò sensum, qui intellectum in rebus moralibus voluntati subordinat, locum habere non posse, evidenti exemplo ostendit. Quod voluntas antecedere intellectum non possit in agendo, inde probat, quia eo casu voluntas agat aut sine verbo, aut juxta verbum. Si juxta verbum, ergo intellectum præcedere, quippe cui immediatè proponitur verbum ad illud audiendum & percipiendum. Si sine verbo, ergo voluntatis actionem esse enthusiasticam. Immotæ enim veritatis esse Lutheri dicterium, in Articulis Smalcaldicis consignatum: quicquid est extra verbum & sine verbo, id est ipse Diabolus. Ad argumentum, quod DEUS non possit simul esse in intellectu & Diabolus in voluntate, quia luci nihil negotii sit cum tenebris, respondet: an itaque non possit esse in ore indignè communicantis in S. Eucharistiâ Christus cum corpore & sanguine suo & tamen simul in corde Diabolus? Annon in eodem homine possit esse Spiritus & caro? Gal. V. 17. Rom. VII. 24. *Quinimò, inquit, hæc ipsa in hominis, etiam extremè impii, ad finem usque vitæ residua notitiâ perpetua quasi campana est, in auribus ejus resonans, eumque ad DEum per pœnitentiam invitans, ut si nullo alio argumento gratiæ terminus in hac vitâ finitus destrueretur, vel hac solâ abiret in æerem & fumum. Cætera ex ipsâ disputatione petenda sunt.**

Die V. April. Præside D. Andr. Dan. Habichhorstio, S. Th. PP. & Ser. Duc. Meckelb. Consiliario Consistoriali, nec non FCtis Theol. & Colleg. Duc. totiusque Acad. Senioris proposita est Dissertatio Exegetica, eademque Circularis, (quæ partis II. illustriorum Jesaiæ locorum XXIV, est) de *Exercitu Celsitudinis in excelso, à Regibus terræ*
super

super terra visitandis, & carcere claudendis ex Jof. XXIV. v. 21. & 22. à Resp. Davide Franco, Lychenâ March. Brandenb. cujus jam supra in N.L. A. 1703. pag. 51. meminimus. (pl. 3 $\frac{1}{4}$)

Differtatio hæc constat 17. §§. In §. 1. sive præfatione conne-
xio Capituli XXIV. Jof. & seqq. trium, quæ cohærent, & inscriptione
nulla gaudent, cum præcedentibus, titulum MASSA habentibus,
traditur, & sententia illorum impugnatur, qui IV. his Capp. titu-
lum Oecumenici Massa tribuunt, adeoque per terram, cui Cap.
hoc XXIV. toties ruinam minatur Propheta, totum terrarum or-
bem intelligunt, cum potius terra Judaica & quidem præcipue,
non exclusis tamen finitimis, intelligendæ sint. Inde & illorum
interpretatio exploditur, qui capita hæc ad tempora consumma-
tionis seculi judicii que extremi referunt, simulque illorum senten-
tia non simpliciter probatur, qui dicta jam capita ad tempora
Christi & posterius excidium Hierosolymitanum pertinere con-
tendunt. §. 2. ad argumenta quædam illorum respondet, qui jam
dictam fovent sententiam de excidio poster. per Romanos facta,
tandemque B. Calovii consensum laudat, qui quidem præfert
explicationem de Judæorum clade per Chaldæos illata, sed tn.
etiam respectum ad *παρολετρίαν* haberi opinatur. §. 3. locum ex
fonte producit, illumque propterea hic sumi considerandum di-
cit, quod Autores, qui IV. hæc Capp. ad consummationem se-
culi referunt, eodem nitantur, eoque ipso Origeniani olim sint
abusi, hodiè que Chiliastæ abutantur. §. 4. Analysin totius Capi-
tuli XXIV. promittit. §. 5. specialem pericopes hujus analysin sub-
jungit, qua Jesaias 1. minatur *exercitui celsitudinis & Regibus terræ*
captivitatem. 2. promittit liberationem. §. 6. *Subjectum* captivi-
tatis exponit, quod sunt *exercitus celsitudinis & Reges terræ*, varias-
que de illo sententias adducit, & communio rem ferme illorum
dicit, qui *Angelos apostatas & cætus infidelium* ad extremum sisten-
dos judicium, intelligunt. §. 7. Sententiæ de Diabolis quinque ratio-
nes opponit, ex quibus præcipua hæc, quod interpretatio de Dia-
bolorum exercitu laboret periculo consequentiæ alicujus hetero-
doxæ, quam olim quoque Origeniani, ex h. l. formale perhi-
bentur: quoniam Propheta exercitui huic celsitudinis & Regibus
terræ non tantum minetur h. l. visitationem poenalem & con-
gre.

gregationem ad foveam & carcerem; sed iisdem quoque promittat visitationem gratiosam s. liberationem post multos dies futuram, quando ait: Sed post multos dies visitabuntur, cujus expositionis vindicias sequi. §. 11. promittit. §. 8. genuinam exponit sententiam, qua per exercitum celsitudinis intelligitur Ecclesia DEI s. populus Judaicus, in quo fuit Ecclesia Dei, & per Reges terræ regna infidelium, & rationes interpretationis hujus subjungit, interque alia locum *Dan. VIII. 10* allegat. §. 9. consensum *Vatabli in Notis ad Bibl. & B. Seb. Schmidii in Comment. Jes. p. 214.* laudat. §. 10. ad rationes *B. Varenii*, pro Diabolis hic pronunciantis, respondet, quas *Vatabli* & consequenter Auctoris interpretationi, obstare putat in *Comment. h. l. §. 11. à Subjeto* captivitatis & visitationis poenalis progreditur 2. ad *terminum ad quem*, qui est *terra & carcer*, per quem multi ex Christianis interpp. tam antiquis, quam recentioribus carcerem indicari infernalem putant, rectius verò *Babylonicum* intelligi docet. §. 12. posterius loci membrum, quod *liberationem* ex carcere post multos dies hic promittit, aggreditur, præviâque expositione particulæ *Vau* in voce *וערוך* per *Sed*, hoc sensu: *sed à multitudine dierum visitabuntur*, tria proponit hic ponderanda, ex quibus *primum* est liberationis hujus *medium*, quod est *visitatio gratia*, quam expositionem contra illos defendit, qui locum hunc de Diabolis exponunt, & ne *Origenianis* patrocinari videantur, visitationem poenalem his verbis continuari prætendunt, & hoc sine dicta jam verba mirè torquent. §. 13. Rationes sententiæ de *visitatione gratiosa* producit quinque, quas inter præcipuæ sunt, quod hæc visitatio, post multos dies futura, promittatur hic post captivitatis calamitatem, & opponatur visitationi iræ, v. 21. & quod præced. *C. XXIII. 17.* eâdem phrasi *DEUS Tyriis* liberationem promittat. §. 14. ad objectiones dissentientium etiam nostratium respondet. §. 15. de tempore liberationis hujus agit, quod designatur verbis: *post multos dies*, per illudque non multa seculorum millia, juxta illos intelligi, qui de Diabolis & damnatis hic agi statuunt, sed septuaginta annos captivitatis *Babylonicæ* ostendit. §. 16. *D. Peterfenii*, sententiam examinat, qui multos hosce dies ad apocalypticum trahit millennium in libro, cui titulus: *Die Wahrheit des herrlichen Reichs Christi*

Christi p. 32. §. 17. & ult. Rationem Peterfenii, quam ex circumstantia loci, nempe à *Luna & Solis pudore*, cujus h. l. sq. v. ult. 23. habetur mentio, infringit, & tertium liberationis hujus momentum, nempe consequens ad sequ. Disp. remittit, cum mensura Disp. hujus illud excludat.

De *Scrutinio S. Literarum Legitimo* Disputatio Inauguralis, Præside D. Jo. Fechtio PP. proposita pro summo in Theologiâ gradu ab *Henrico Ascanio Engelke*, Rostochiensis Megapolitano, Philol. M. & SS. Theol. Prof. P. Extraord. D. X. April. Continet plagulas 10½.

In præfixo Programmate, quod laudatum D. Fechtium Autorem habet, differitur de novis doctrinis, circa articulum de SS. Scripturâ intra illud temporis spatium, quo exoriri novæ pietatis professores cœperunt, in publicum disseminatis. Utpote, quod præter S. Scripturam dentur etiam revelationes aliæ, immediatè quibusdam a DEO factæ, quales a D. Peterfenio venditantur, Alieburgicæ, ab aliis aliæ; quod Philosophiæ, imprimis Aristotelicæ studium, Theologia item scholastica & Polemica cum studio Biblico, ejusque sanctitate consistere non possit, sed Scripturæ lectio & consideratio reliquas disciplinas omnes humanas absorbeat; quod aliud sit verbum DEI externum, aliud internum; quod nempe verbum Divinâ virtute, nisi spiritus extrinsecè accedat & intrinsecus illud vivificet, sit destitutum, quodque nonnisi literalem & carnalem, adeoque falsam & mendacem rerum sacrarum notitiam progeneret; quod sensus Scripturæ mysticus præter literalem in omnibus singulisque V. Nque T. historiis sit consecrandus. Quæ innovandi libertas, accedente Librorum Symbolicorum contemptu eò utique tendat, ut Libertinismus & Indifferentismus plenis tandem velis in Ecclesiam invehatur. Quare meritò vigilari, ut sana de Verbo DEI doctrina, qui unicus sit disputationis hujus Inauguralis scopus, incontaminata conservetur. Subjungitur pro more Candidati vita. Natus is Rostochii XV. August. 1675. Patre *Christiano Petro Engelke*, Ducali Pensionario in Tenneviz, matre *Elisabethâ von der Hard*. Informatus primò a privatis præceptoribus, H. G. Engelbrechtio, Nicol. Lindenbergio, Jo. Schubringio, Jo. Gerkenio, Laubmejero, imprimis ultimò a

Jo. Joach. Weidnero, nunc Ecclesiast. hic Mariano, Candidat. Adfine, Rostochii, Academiae A. 1693. insertus, D. *Joach. Lindemannum*, D. *Jo. Gottl. Mollerum*, D. *Chr. Tielkium*, D. *Paul Pom. Pesarovium* & M. *Constant. Fiblerum* in Philosophicis, D. *Andr. Dan. Habichhorstium*, D. *Jo. Fechtium* & D. *Samuelem Starckium* in Theologicis audivit. Eritis eruditionis suae speciminibus partim Philosophicis, quae pro cathedra superiori Praeses, partim Theologicis, quae sub Theologorum praesidio proposuit, Lipsiam adiit, ibidemque partim docendo Philosophica pariter & Theologica, partim sedendo ad pedes celeberrimorum Theologorum, D. *Itigii*, & D. *Seeligmanni*, partim praesidendo in variae eruditionis argumentis, magnam eruditionis laudem reportavit. Unde compellatis in Academiae Wittebergeni, Jenensi & Halensi viris eruditis, & quod & antea in peregrinatione quadam literaria, Duce D. *Mollero* suscepta, in Pomerania & Prussia fecerat, eorum locorum Theologis, in patriam rediit & exantlato cum singulari applausu Theologico pro primo Baccalaureatus gradu examine, beati & celeberrimi hujus loci Theologi, D. *Justi Christophori Schomeri*, dictatum olim in privatis scholis recentiorum controversiarum Collegium, ventilationi publicae se praeside XIII. Dispp. subjectum, publici juris fecit, intermistis subinde & aliis disputationibus Philosophicis. Vocatus post tot eruditionis suae specimina a Sereniss. Duce Meclenburgico ad Professionem Theologiae Extraordinariam, eandem solenni ritu adiit IX. Januar. M DCC IV. Ipsa Disputatio prooemio constat & tractatione. Illud de contemptu S. Literarum agit & viam ad rem ipsam parat. In Tractatione Sectio I. exhibet dicta Scripturae, scrutinium S. Literarum totidem verbis nobis commendantia, Joh. V. 39. & Esai. XXXV. 16. Dehinc fuse inquiritur in connexionem horum dictorum cum historia antecedente, tum vero verba sensusque expenduntur, utque dubia omnia feliciter amoveri possint, quaestiones proponuntur atque solvuntur. Utpote I Quodnam illud festum sit tempus, in quo adhortatio, Joh. V. 39. contenta, a Christo fuit prolata. Et pro festo Paschali concluditur. II. Quare LXX. viralis versio tantopere a textu Hebraeo Esai. XXXV. 16. recesserit, ut omisissis ipsius verbis aliena quaedam inseruerit? Sectio II. Exegetica & quaestiones circa

materiam ipsam occurrentes exhibet. Et hic caput I. agit de ubijecto, cui scrutinium commendatur. Quod sunt apud Johannem Judæi, de quorum sectis sedulò agitur, apud Esaiam Judæi & Gentiles. Quâ occasione quæstiones resolvuntur: an solis Pharisæis & Scribis, vel etiam Synedrio Judæorum, non verò generatim Judæis acclametur a Christo: ἐπεινάτε? An sub iis, quos Christus alloquitur, comprehendi etiam possint Sadducæi? An verba Christi adhortatoria tantum per modum veniæ & indulgentiæ sint intelligenda? Caput II. agit de objecto, sive rescutandâ. Quod nempe sunt omnia singulaque Scripta V. T. Expediuntur verò hic quæstiones: an certus & indubitatus τῶν γράφων ac librorum Canonicorum, jure inæstimabilem, extet catalogus? Ex quam intentione divisio in legem, Prophetas & hagiographa a Judæis adhibeatur & an illa hac ratione adprobari queat? An forte nomine τῶν γράφων alia etiam scripta, quam quæ in sacro codice continentur, nempe libri Judæorum mystici, intelligantur? Caput III. exhibet scrutandi actum. Ubi quæstio discutitur: annon vox ἐπεινάτε Indicativè potius accipienda sit, quam Imperativè? Et Imperativè accipi debere plurimis gravissimisq; argumentis asseritur. Caput IV. scrutandi modum pertractat. Ubi de scrutandi diligentia, æstimio, fonte, collatione, interpretandi regulis. Denique quæstiones discutuntur: an voce ἐπεινάτε tanta indicetur Scripturæ S. obscuritas, ut alibi quærenda sit de sensu ejus infallibilis certitudo? An Christus voculâ ἐπεινάτε interpretationem Scripturæ mysticam atque allegoricam inculcaverit, aut an illam vox: וְיָדַע inferat? Postremò subjicitur Sectio III. Porismatica, varios & multiplices rerum quæstionumque tractatarum usus repræsentans.

D. XVII. Ejusd. Prælide D. Matthia Steinio, Codicis PP. FCtis Jur. t. t. Decano, Jac. Dörckes / Güstrov. Meckelb. Disput. Inauguralem, de Matricula Imperii novissima consensu Imperatoris & Statuum confecta, pro Licentia consequendi honores & jura Doctoralia, examini submitit, prævio Progr. quod de Tributis, horumque origine & necessitate, agit, sine quibus Imperium prorsus nullum satis seturi & conservare potest, ex quibus collectandis interservit matricula. (pl. 14½. cum Progr.)

Dissertatio V. absolvitur *Capitibus*: *Cap. I.* agit de matricula Rom. Imperii novissima in genere. *Cap. II.* de causa ejus efficiente. *Cap. III.* de Subjecto & Objecto ejusdem. *Cap. IV.* de forma: *Cap. V.* de effectu.

Oriundus hic Candidatus est *Güstrovii Anno 1680.* M. Junio, Patre *D. Jac. Dörcks* / caufarum apud Güstrovienses Patrono jam beato, & Matre *Catharina Sophia Gerdes* / adhuc superstite, filia *B. D. Jo. Gerdesii*, Civit. Güstrov. Consulis, & nepte *D. Martini Gerdesii*, itidem ibid. Consulis, quæ Parente defuncto, sq. *A. 1686.* nupsit *D. Christoph. Redekero*, tunc Juris in Acad. Rost. Prof. & Consil. Duc. Assessor, postea Civit. Rost. Consuli, nuperrime defuncto. Præceptore in literis humanioribus post alios usus est *M. Jo. Hovetio*, Strals. Pom. dein. Schol. Rostoch. Rectore, jam Eccles. Parochial, ap. Güstrov. Pastore; In studio autem Juridico non modò per integrum triennium gavissus est manu ductione *D. Jo. Kleinii*, Pandect. PP. Consil. Duc. Direct. nunc etiam Sereniss. Ducis Meckelb. Regent. intimi & Regiminis in Civitate Rost. constituti Consilarii, uti & Cancellariæ Justitiæ Directoris, Affinitate Candidato conjuncti, sed & per biennium Collegiis Præsidis sui *D. Steini* interfuit. Cumque sub ejus præsidio ex *B. Schrobeltii* Dissertationibus duas masculè in Cathedra publ. defendisset, nomen sub ejus Decanatu ad examina dehinc subeunda professus est.

D. XXV. Ejusd. Laudatus antea *M. Henr. Ascanius Engelke* S. Th. Doctorandus, ejusdemque Prof. extr. Dissertationum Theol. quæ *B. Schomeri Collegium Anti-Socinianum*, per universam Theologiam toties descriptum & desideratum sistunt, *primam*, exhibentem Collegii istius Caput I. de *Theologia*, & C. II. de *Scriptura* s. ventilandam publicè proposuit, Respond. *Job. Carlbergio*, Gothob. Sueco, Philos. Candidato. (pl. 2 $\frac{1}{2}$.)

Disputatio Circularis de *Fugâ Ministerii Ecclesiastici*, Præside *D. Joh. Fechtio*, Respondente & Auctore *Jo. Sigismundo Pilgrim*, Buxtehudâ-Bremensi. Continet plagulas 4. Habita *XXVI. April.* Disperscitur tota tractatio in tres quæstiones. Quarum prima est: *An fugere ex quacunque causâ liceat, ne in ministerium vocemur? Seu an magis in conscientiâ sit consultum, fugere & declinare publicum Eccle-*
sia of-

sic officium, quam ambire. Suppositâ ad functionem aptitudine ostenditur, fugiendi maximam causam præbere officii sublimitatem & difficultatem, ab Ezechiele insinuatam, c. XXXIII. 7. s. & periculum, 1. Cor. IV. 9. s. Quæ verò commovere quidem Theologiæ Studiosum debeant, ne sese in verendum hoc officium quacunque ratione intrudat, sed nudatis ad hanc rubum calceis incedat, ut tamen ista argumenta haud efficiant, planè declinandum esse sacrum hoc officium, ab eoque fugiendum. Itaque causas discernendas esse, quæ ad fugam vel justè inducere possint, vel injustò. Injustas causas esse ignaviam, officii humilitatem & in oculis mundi contemptum, aliaque id genus. Justas verò causas esse donorum ad officium requisitorum defectum, morbum item & corporis imbecillitatem atque notabiles defectus, vitam infamem & si quis ad eminentius eruditionis Theologiæ fastigium ascendere velit. Quæ omnia Scripturarum & antiquitatis testimoniis comprobantur. Sequitur quæstio secunda: *an itaq; suppositâ sufficienti ad ministerium aptitudine, refragari vel possimus vel debeamus, si actu in ministerium legitime vocemur? Seu an reniti liceat, si aut persuasionibus aut vi ad adeundum officium Ecclesiasticum invitentur aut compellamur?* Proponuntur argumenta primò in negantem, deinde in affirmantem sententiam. Et hæc potissimum ex G. Arnoldo, hanc opinionem simpliciter propugnante. Deciditur quæstio, per certas propositiones, utpote quod indubium sit, hanc reverentiam DEo à nobis deberi, ut non inviti, sed volenti promptoque animo voluntati ejus & vocationi obsequamur. Ps. XL. 8. 9. 1. Sam. III. 9. Esai VI. 3. 1. Petr. V. 2. Deinde quod non collidant duæ istæ virtutes, promptitudo obsequendi, & humilitas, quæ intra orbitam se suam metiatur & graviori functione indignum se judicet. Porrò quod nec id vitiosum sit, de donis suis humiliter sentire, quam revera sunt & ideò judicium de iisdem aliis potius relinquere, quam ex præfidentia erga vires suas oblata officia cupidè è vestigio amplecti. Tum verò quod laudabilior sit renitentia in graviori officio, quippe ad quod plura dona requirantur, quam vulgari. Rursus quod renitentia simplex, demonstrationi clariori cedens, sit laudabilis, culpâ verò non careat morosa & pertinax. Denique ad sententias & exempla

reni-

renitentium in veteri Ecclesiâ, magno numero ab Arnolde adducta respondetur. Corollarii loco quæritur: an sufficiens sit ratio renitentia otium privatum, si quis ex paternis sit sufficientibus sese sustentandi facultatibus instructus? Et negatur. Ultimo loco tertia succedit quæstio: *an cogi & vi compelli ad Ecclesiastica officia suscipienda possint invitati & serio reluctantes, quique nulla ratione nullisque argumentis, ut vocationi, obsequantur, persuaderi possunt?* Respondetur, cogi non posse, si non sint sufficientibus instructi donis, si non habeant corporis vires officio pares, si non offeratur salarium, ad se suosque sustentandos sufficiens. Ne quidem, quando propriis gaudeant facultatibus. Cogi verò posse partim coactionis voce pro coactione morali acceptâ, quæ per argumenta invicta & immotâ vim infert, partim physicâ, quæ in exteriori quacunque compulsione consistit, utpote multâ pecuniariâ, arresto corporali, exilio, custodiâ. De quâ notatur, primo convincendos esse rationibus reluctantes, si nolint, non esse cogendos, sed DEi judicio comittendos. Matth. X. 38. 1. Petr. V. 2. Si verò notoria Ecclesiæ necessitas requirat, non dubitare D. Brunne-mannum, D. Zieglerum, D. Stryckium, vi Prætorîâ tales cogi posse. Nec refragari Theologos, argumento Prophetæ Jonæ, plusquam Prætorio arresto in ceto ad suscipiendum officium à DEo coacto. Atque ita finis tractationi imponitur.

D. XXIX. Ejusd. D. Jo. Nic. Quistorpius, PP. & R. Min. Rost. Superint. hactenus Rector, præviâ Legum Acad. recitatione, Sceptrâ Acad. deposuit, eademque tradidit successori nuper electo, pauloque ante laudato, D. Job. Kleinio, Pandect. PP. Cum verò ipse electus Rector novus, præstito prius in loco concilii juramento Rectorali, dicto introductionis die peregrè ad expedienda Serenissimi negotia abesset, nomine ejus hac vice Pro-Rector D. Jo. Joach. Schöpfferus, Cod. PP. Consistoriique Ducalis Assess. & Com. Pal. Cæ. hodieque FCTis suæ Decanus, sceptrâ suscepit.

SEDINI.

D. XIV. April. Rector Gymnas. Jo. Ge. Röserus, S. Th. D. & PP. Studiosos ad cohonestandum funus *Sophiæ Fabriciæ, Friderici Fabricii, S. Th. D.* ad D. Nic. quondam Past. & R. Min. Senioris, cujus obitum

obitum nuper pag. 71. nunciavimus, Viduæ, D. 15. Martii placidè defunctæ, Program. Lat. vocavit. (pl. 1. fol.)

D. XXI. Ejsd. Idem fecit in Exequiis *Jeremie Hopferi*, Consulis ibidem meritisissimi. (pl. 1. fol.)

Qui incunabula nactus est *Augustam Vindelicorum* Metropolim, natus ibi D. XXIII. Dec. 1643. Patre *Ulrico*, mercatore, matre *Felicitate Lidelia*. Domesticis primò in pueritia usus Præceptoribus, Anno æt. XIII. in *Collegium*, vulgò ibi sic dictum, se recepit, ut linguis & studio Theologiæ vacaret. Sed à suis revocatus monitusque, ad Jurisprudentiam animum applicuit. Anno 1662. *Argentoratium* petiit, scholasque Celeberr. *Storum D. D. Sachsi, Dekeri, Stoefferi, Stöckii, Rebhanii*, & magni illius Polyhistoris *Boecleri* visitavit. Anno 1668. *Tubingam* adiit, & prælectionibus *Lauterbachii, Grævii, Bardili, Frommanni, & Scheunemanni* sedulo interfuit. Ex itinere per Germaniam sup. & Pomeraniam redux, judicii oppidani, quod Sedini est, factus est Secretarius, & Anno 1680. Secretarius Primarius. Anno 1677. matrimonium contraxit cum *Ursula Heinia*. Anno 1689. Senator, & Anno 1703. Consul fuit constitutus. Cui muneri cum laude præfuit usque ad B. analysin, quæ sexagenario ipsi D. 26. *Januar.* 1704. obtigit.

GRYPHISWALDIÆ.

Sistimus nunc *Synodologia Pomeranica Dissertationem III.* supra pag. 46 promissam, quæ *Acta Synodi V. Gryphiswaldensis* exhibet, & d. V. *Septembr.* Sub Præsidio D. Jo. *Frid. Mayeri*, PP. à *Matthia Astenhusen*, Gryphisv. defensa fuit. (pl. 3½.)

Habita illa est Anno 1551. atque inter primas refertur, post tempus Belli & Tumultus Libri Interim convocatas, Autore D. *Job. Knipstrovio*, quem tunc temporis *Flacianum Disfidium* & *Bellum Frederianum* exercuerat. In illa autem Synodo *Ordinationem Ecclesiasticam* conditam fuisse legimus. Præmittuntur ipsis Decretis Literæ Principis Pomeraniæ *Optimi, Philippi*, ad Synodum scriptæ, è quibus quædam, quæ pag. 62. leguntur, notamus: Wir wollen euch ermahnen / auch ernstlich begehret haben / daß ihr das Befehl unsers einigen Meisters und Erlösers Jesu Christi auch erinnert / Gottes Wort lauter und rein mit Eintracht prediget / und sonderlich die Ar-

Z

tikel

tickel von der Justification und Sacramenten nach seiner Einsetzung lehret / und auch einhellig treibet / und der Ceremonien euch in allen Kirchen Christlich und einhellig zu halten vergleicht / auch sonst alles unnothdürfftigen Disputirens, Schreibens oder Scheltens auf den Cankeln wider die Hohe Obrigkeit / und andere euch gänglich enthaltet / und einer Form / welcher man auf den Cankeln das gemeine Gebet zu thun / vereiniget / und dieselbe beschreiben / in alle Kirchen unserer Fürstenthum vertheilet &c. Hanc Epistolam excipiunt varia Capita Doctrinam æquè & reliqua, quæ ad Statum Ecclesiæ spectant, illustrantia, ut non nisi pium Majorum Zelum inde cognoscere liceat. P. 70. de Confirmatione Catechumenorum agitur. P. 83. Nomina eorum enumerantur, qui huic Synodo interfuerunt, Pastoribus pariter sese adjunxit *Jacobus Rungius*, t. t. Professor Artium, rogatus à D. Knipstrovio, ut, quæ ad Ecclesiæ gubernationem spectant, audiret ipse & cognosceret.

D. Jo. Frid. Mayerus, SS. Theol. Prof. Primar. & Acad. Pro-Cancellarius, D. Henr. Höpferi, Theol. Lips. Collegium Biblicum ex *MISSIO* edidit, atque XXIV. Disputationibus privatis subjecit. (2. Alph. 4.)

Inscripsit Opusculum hocce, quod Eruditi, quique Höpferiana æstimare didicerunt, magno cum applausu excipiunt, celeberr. Editor Dn. Baroni, Johanni Rosenhane, Tribunalis Regii, quod *Wismaria* est, Præsidi, atque in illo IV. Locos Theologicos, de *Scriptura Sacra*, *Deo*, *Christo*, & *Spiritu S.* occasione *Dilectorum Bibliocorum*, à M. *Wolffgango Sebero*, in *Fortulo Biblico* collectorum, eruditiss. observationibus Exegetico-Didactico-Polemicis à B. Höpfero illustratos, exhibuit, ut non nisi grato pectore Thesaurum hunc cœlestis doctrinæ accipere debeant Sacrarum Literarum Cultores, eoque impostertum perfrui, plura adhuc monumenta vel Höpferiana vel *Dorscheana* ex instructissima Bibliotheca *Mayeriana* expectantes.

D. XXX. *Januar.* Summatia Dissertationis suæ de *Peccato in Spiritum S.* proposuit Jo. *Ludovicus Würffel*, Gryphisvv. sub Præsidio modò laudati D. Jo. Fr. Mayeri, PP. (pl. 4½.)

In ipso *Præfamine* Respondens & Autor monet, se quidem integrum Tractatum de *Peccato in Spir. S.* non ex sententia communi, sed

ni, sed privata *D. Phil. Lud. Hannekenii*, Prof. Witteb. à cœteris ferè omnibus Theologis discedentis, elaborasse, illum verò jama non exhibere, sed tantum *Summaria illius Tractatus*; Hinc rogat Lectorem, ut hoc *Compendio* contentus sit, atque pleniorè informationem ex ipso *Tractatu*, futuris temporibus edendo, expectet. Exhibent autem hæc *Summaria* V. *Sectiones*, quarum I. circa *Existentiã & Denominationem*, II. circa *Subjectum*, III. circa *Objectum*, IV. circa *Formam*, & V. circa *Adjuncta* versatur. Cum verò aliquot hebdomadam intervallo, absente Præside suo venerando, theses quasdam (2. pl.) *Appendicis* loco prelo commisit, inq; iisdem asseruisset, *Christum pro incredulitate finali non esse passum, peccatores in Spir. S. non amplius esse in Statu Viæ, sed jam in statu Gehennali, neque gratiam vocantem & revocantem habere; Christum Matth. XII. 34. Peccatores in Spir. S. ad penitentiam non invitavisse &c.* Hoc negotium ipsi malè cessisse visum est, quapropter Regis nomine prohibitum, nequis, in rebus sacris prelo quædam committeret imposterum, nisi illa à *Consistorio Gryphiswaldens.* visa essent, perfecta atque approbata. Lubet Rescriptum illud in Exterorum Gratiam hic apponere:

Von Ihro Königl. Maj. zu Schweden/ıc. zum Pommeschen
Etat verordnete General- Staatthalter und Regierung.

Dennach man einige Zeithero wahrgenommen/ was gestalt verschiedene Geistliche und andere Personen/ insonderheit die Candidati Theologiæ hiesiger Lande sich unterfangen/ Disputationes, oder was sie sonst in Theologischen Sachen geschrieben und verfertigt/ ohn vorhergehender Censur, entweder hier oder anderswo drucken zu lassen und heraus zu geben; Ein solches aber denen hiebevör desfalls ergangenen Verordnungen allerdingß entgegen/ auch zu vielen Neuerungen und andern üblen Consequentiën nicht wenig Anlaß geben kan: So haben Se. Hoch-Gräffliche Excellence und die Königl. Regierung der Nothdurfft befunden/ solches schädliche Vornehmen der Candidatorum Theologiæ und anderer/ mittelst Publicirung gegenwärtigen Patents ernstlich zu inhibiren und zu untersagen/ mit dem ausdrücklichen Befehl/ daß niemand/ wer er auch sey/ so wohl Geistliche als andere Personen/ sich unterstehen sollen/ einige Disputationes, Theses oder andere Scripta Theologica, entweder alhier oder aufferhalb Landes zum

Druck zu bringen und zu befördern / er habe denn selbige zu vorhero dem Geistlichen Consistorio zu Breiswald / und insonderheit dessen Präsidii, dem Hn. Pro-Cancellario und General-Superintendenten offeriret und der Censur unterworfen / so lieb einem jeden ist Obrigkeitliches scharffes Einsehen / und unausbleibliche Beahndung zu entgehen ; Gestalt auch denen Buchdruckern dieser Königl. Province hie mit alles Ernstes / und bey Vermeidung exemplarischer Bestrafung injungiret und anbefohlen wird / nicht das geringste von Theologischen Sachen anzunehmen und zu drucken / wofern ihnen nicht ein genugsamer Schein / daß solches oberwehnter massen censuriret und zum Druck zu geben zugelassen sey / zugleich dabey eingereicht wird ; Als wornach sich dieselbe / auch alle und jede / die es angehet / zu achten / und für Ungelegenheit in diesem Stück fürzusehen haben. Datum Stettin den 19. April. 1704. (L.S.) Jürgen von Mellin.

C. L. M. v. d. Lühne. M. Klinkowström. B. C. Jäger. B. Schwallenberg. M. Lagerström. C. Lillieström.

D. XIV. Febr. Sub modò dicti D. J. F. Mayeri, PP. Moderamine *Christum super Lignum peccata nostra, portantem*, h. e. *Officiùm Christi Sacerdotale*, ex 1. Petr. II. 24. enucleatum, exhibuit M. Justus Wesselius Rumpæus, Guestphalus (2. plag.)

Eò verò spectat doctissimi Autoris Labor, ut non solum doctrinam hanc de *Officio Christi Sacerdotali* ex loco jamjam adducto probaret, sed etiam varia Porismata *Theoretico-Practica*, quamvis brevissimis, inde eliceret. Huic *Ἀποσπομολίῃ* aliud statim, ob argumentorum nexum, adjungimus, quod

D. XXXI. Martii eodem D. Jo. Frid. Mayero, PP. Præside proposuit M. Augustinus Stägemann / Stralf. Collegii Gröningiani, quod Stargardiæ est, Scholæque vocatus Con-rector, Dissertatione Exegetica ex *Job. I. 12. Filium Dei in sinu Patris, Arcana Revelantem* h. e. *Officiùm Christi Propheticum*, explanans. (3½. plag.)

Constat illud II. Sectionibus, quarum I. est. *Exegetica*, II. verò *Porismatica*.

D. XXII. Februar. Rector & Senatus Univers. Gryphisw. ad *Orationem Eucharisticam à Christ. Saalbachio*, Poetic. & Orat P. P. habendam, qua Divino Numini grates erant perlolvendæ, quod Regi Sueciæ, *Carolo XII.* fortiter pugnanti, auxilio suo præsto fuerit, Cives Acad. invitarunt. (1. pl. fol.)

Ipse

Ipse verò modò nominatus *Saalbachius* Bigam Hymnorum isto die cantandorum, idiomate vernaculo confecit (1. pl. fol.)

D. XXIII. Ejusd. quò eò major pietas Regi Optimo declararetur, in publicum prodierunt *Joachimus Volschow*, Gryphisvv. & *Joach. Ernest. de Boltentern* / Nob. Pomer. atque *Regis Virtutes* in univèrsam, ut & *Res in Polonia feliciter hæcenus gestas*, Orationibus Scholasticis decantarunt, cujus rei ergo Literas Intimatorias scripsit prælaudatus *Christ. Saalbachius*, PP. & Fac. Phil. Senior. (1. plag. form. pat.)

GEDANI.

Februario ineunte novus Lectionum hoc cursu annuo expediendarum Catalogus publicabitur. (4to pl. 1.)

D. VI. Martii Præside D. *Samuele Schelguigio* Aphorismorum Theologicorum ex Schola Pietatis Gerhardiana decerptorum *Congeries IV. de Statu Gratia, Carne, Mundo, Cruce, Vita Brevitate, Mortalitate, & Judicio Extremò*, solenni Disputationi exposita est, Respondente *Daniele Mannio Elbing.* (4to pl. 4.)

Johannis Glosmeyer, Med. Doct. Ejusdemque ac *Physices Prof.*

Publ. Ordinar. Observatio de Vomitu incurabili, ex ulceme ac perforatò Ventrículi.

Mulier quædam annorum circiter 40. post varia diraque symptomata, quibus diu afflictæ fuit, vomitu quoque bilioso ultimò enormiter vexata jacebat. Et quamvis multa adhiberentur medicamenta, etiam generosiora à Medicis, frustra tamen omnia fuere, quum ob motum vehementissimum p. n. ac perversum, nec non defectum virium, non multò post excluderet animam. Petito Viri extinctæ, jam quoque defuncti gratificaturus, inque causam veram ulterius inquiturus, inveni, cadavere apertò, remotisque reliquis visceribus, pylorum bilis acrimoniâ regurgitantis ac stagnantis corrosum, ulceratum, ac sursum versus, terèque in medio perforatum; foramen autem erat instar pili majoris, quod tamen arctissimè parte hepatis concavâ clusum videbatur, ita, ut cibus assumptus extra sphæram ejus, licet ultimis diebus parum comederit, egredi haud potuerit. Dissectò porrò Ventrículò, fundus ejus ingenti copia humoris icho-

rescentis repletus, observabatur, à quo & reliquæ partes adjacentes læsæ conspiciabantur. Perspectis sic humoribus corruptis biliosis, causam vomitûs, indeque subsequentiis mortis, facile Medici tunc percipere poterant.

Ascetria erat ex generosâ stirpe oriunda, quæ cum ob paupertatem de obtinendô opino matrimonio lautisque Hymenæis desperaret, neque tamen solitudinis magnô teneretur desiderio, illam Monialium societatem, quæ inter Polonos, liberrima est, ac nomine *Devotarum* sive *Sororum precibus addictarum* titulo insignitur cinereo vestitu indutarum ingressa est. Cum itaque ex Regule suæ permissione, eidem æque ac aliis hujusce societatis, apud Laicos subsistere liceret, Magnifico cuidam Virô se applicat, qui eum desiderio explorandi, quænam & sibi de matrimonio inundo cogitanti & Poloniae universæ in bello quod inter Regem Augustum II. Suecosque geritur fata impendeant, torqueretur, ex ejus consilio Gedanum ad nundinas à Dominico appellatas se confert, Spiritum familiarem, à quô futura addisceret, emtura. Ita Soror, quæ vocatur Christi, legationem ad Satanam obit atque in emporio, quo tendebat, primo nundinarum die appellit perque triduum integrum plateas sollicitè percurrens, mercatoresque obvios molesta sedulitate fatigans, à plurimis, quod Diabolum quereret, non sine indignatione repellitur. Quartô denum die in Agyrtam incidit, imposturis pridem affuetum, qui occasionem emungendi alienos oculos haud negligendam esse ratus, Monialem in hospitium suum invitat, ubi solus cum solâ de re promercali areanum sermonem miscet, Magistratum ille inculcat, quod tanti thesauri possessionem privatis invideret, poenisque in eos, qui Spiritus tales divenderent, constitutis, effecerit, ne amplius in commercio essent. Se tamen, ut voto Monialis pro pecunia satis feret, curaturum offert. Monialis de virtute Spiritus promissi sciscitatur. Agyrta respondet: Illum singulis noctibus cum possessore loqui, eidemque futura detegere & asperitatem fortis, si qua obveniat, sinistra, aut penitus avertere aut ad minimum lenire: Preium verò constituit centum aureorum. Ad hæc Monialis, gaudio perfusa, licitationem facit tandemque cum

Agyrta

Agyrta de quinquaginta aureis convenit. Alterò abhinc die, qui tradendæ rei venditæ destinatus erat, Monialis ad Agyrtam redit, cui Spiritus familiaris vasculo inclusus ligneo, cum simulatâ devotione traditur, additis quibusdam legibus, inter quas prima erat, ne signum vasculo impressum referetur, alioqui Spiritum non sine gravissimo referantis periculo, avolaturum: deinde ut vasculum vesperi, cum reverentia & tribus osculis sub pulvinar reponatur, porro ut cum possessor in lectum se contulerit, sequentem precatiunculam, verbis soli Spiritui notis, duodecies repeteret:

Allah, Allah, Mamma Muschy los Profundo;

Hany, Hany, Feliporo, Ananke,

Barbara, Celarent, Darii, Ferio,

Excusato Tautes Choses par Ananke.

Denique ne Spiritus alio quam Johannis nomine compelleretur; quem decima abhinc nocte prima vice responsurum esse Agyrta promittebat. Sic edocta Monialis, soluto pretio, Thesaurum, quem se nactum esse lætabatur, domum asportat & prouti Agyrta jusserat, sollicitè curat, tempus constitutum ingenti cum desiderio expectans. Præterlapso autem decendio, exoticas preces sub noctem duplicat, ne quid fortè in cultu intermitteret. In ipsa autem, ut cum Plauto, loquar, noctis meridie, excusso somno & proposita quæstione, vocem Spiritus sui aliquandiu frustra prætolatur: Hinc pleno ore eundem inclamat: Johannes, mi Johannes, dignare me responso. Sed surdo narrabatur fabula. Vix aurora illuxerat, cum Monialis, citato cursu, Agyrtam properaret & se vendito elingui spiritu deceptam esse quereretur. Agyrta illam bonò animo esse jubet, futurum prædicens, ut Spiritus nocte duodecima loqueretur: tum enim differri ab eò officium, sicubi virginis non prorsus intactæ lectulo susciperetur. Monialis, inter spem metumque hærens, nescio an & conscientia stimulis percita, ne Spiritus, si Agyrtæ restitueretur, per os hujusdem arcana quædam sibi nocitura patefaceret, eundem, adhuc per biduum retinet & nocte adventante, majore, quam antea fecerat, devotione ad loquendum invitat. Verum denuo illum magis mutum experitur, quam piscem. Deceptam igitur
lemet

semet sentiens, summo mane Agyrtam quærit, aut pecuniam repetitura aut loquacem Spiritû adeptura. Ille autem fuga sibi jam confu- luerat, relicta tamen uxore, quæ exitum fabulæ spectaret. Quid mul- tis? Inter diras, quas impostori Monialis imprecabatur ipsa, præsentem quam diximus uxore, itemque hospite & duobus aliis testibus, vascu- lum ligneum aperit, in quo pediculum primæ, ut sic dicam, magni- tudinis, capillis quibusdam involutum, reperit. Attonita in ex- spectato spectaculo, cum miserabili ejulatu totum divertorium complevisset, Judicem primariæ Civitatis, Virum Generosum Amplissimumque Dn. GABRIELEM à BOEMELN, Consulem Gedanensem adit, coram quo primum pudore ex recordatione facti indecentis suffusa, tandem ut apertè omnia detege- ret monita, totam historiam pandit, atque ut pecuniam brachio Themidos suffulta, reciperet, obsecrat. Judex postquam Moniali facinus, homini Christiano indignissimum, quod Diabolum, cui in Baptismo renunciaverit, parare sibi voluerit, ut par est expro- brasset, apparitores in diversorium, ut si Agyrta jam evasisset, uxorem ejus captam adducerent, mittit. Enimverò neque hæc ampli- us comparet. Monialis verò ad Consistorium Pontificium ci- tata, præter aureorum, quas Agyrta asportaverat, dispendium ad- huc parte alia pecuniæ in pauperes erogandæ, mulctabatur.

REGIOMONTI.

D. VIII. April. in fun. Laurentii Christoph. Stiege, SS. Th. Stud. Progr. Latinum prodit in lucem, cujus Thema ex Talmude de- promptum est, de illorum, qui ante sapientes sedent, quatuor proprietatibus. Laudantur in eo Dispp. quas Beatus habuit, suntque seqq. de Baptismate flaminis, de Fide Infantum, de Corpo- re Doctrina Prutenicæ, de Sabbato Christianorum Judaico.

D. IX. Ejusd. M. Arnoldus Sabme, Reg. Pruss. disputavit de Qu. An Academiæ in Emporis sint erigendæ? Resp. Godofr. Alberto Pauli, Karschovv. Pruss. (pl. 2.)

D. X. Ejusd. Febri petechiali decessit sagacissimus naturæ my- sta, magnum Academiæ Regiomontanæ decus, Job. Gottsched, Phil. & Med. D. hujus Extraord. Physic. Ordinar. Prof. undiqua- que

que meritissimus, qui *A. 1668. M. Julio Regiomonti natus, Patre, Christoph. Gottsched, Dulciario, & Alumnor. pauperum in Palæo- poli Curatore; matre, Anna Felckneria, studia tùm ibidem, tùm in Academiis variis excoluit, A. 1694. d. 4. Febr. Regiomonti Medicina Licentiatuſ, eodemque anno ejusdem Prof. Extraord. A. 1701. d. 14. Jul. Medicina Doctör, quumque S. Reg. Maj. peculiarem Phyiſices Profefſionem constitueret, ejusdem quoque Prof. Ordinar. indeque, quum Magisterii Gradu indigeret, A. 1702. d. 10. Jan. hoc etiam axiomate ornatus est. Præter disputationes aliàs notas, edidit Tractatum de *Plantis, in patria nascentibus, item Ephemerides Meteorologicas de Ao. 1702. & 1703. A. 1696. d. 17. Maji thalamum Ursule Cathar. Hesiæ ingressus, ex ea pater 5. filiorum factus, Tumulo suo d. 18. April. illatus est.**

D. XV. Ejusd. M. Georg. Thegen, Phil. Pract. PP. Ord. & Fac. Philos. Senior Disp. de Consiliario Optimo, Resp. Aut. David. Wilcke, Memela-Prusso, habuit. (pl. 4.)

D. XXIV. Ejusd. M. Michaël Schreiber, Eloqu. & Histor. PP. Ord. Biblioth. Wallenrod. publicæ disquisitioni submisit Lemmata Historia Antediluviana non scripta, Resp. Joh. Frid. Dingen, Insterb. Prusso. (pl. 2.)

Sequ. XXV. April. Georgius Emmerich, Med. D. & PP. ut & Senator Löbnic. Resp. Henr. Bernhardo Hubnero, Insterb-Prusso, Dissertationem ventilavit de Dieta Concionatorum, in qua sex res non naturales sanitati Concionatorum commodantes ac incommodantes, quomodo sanitas eorum conservari debeat, & quomodo sese ab imminentibus malis præservare possint, dilucidè satis egit, & præsertim ad mala, quæ ex officio eorum sacro inevitabiliter ferè in eos redundant, respexit. (pl. 4.)

D. XXVI. Ejusd. M. Fridericus Stadeländer / Reg. Pruss. de Viri- tutum Moralium, quem ad se invicem habent, Nexu, disputavit, Resp. Joh. Alberto Musculo, Tremp. Pruss. (pl. 3.)

D. XXX. Ejusd. M. Christianus Masecovicus, Regior. Alumn. & Commun. Convict. Inspect. II. Dissert. Politicam Priorem habuit de Divinis in Majestate, Resp. Dan. Frid. Nicolai, Cremitt. Prusso. (pl. 3½.)

HAFNIÆ.

D. VII. Nov. Prodiit dissertationis *Physicæ, de Effluviis Frigorificis*, (quarum prior recensita in *Nov. Lit. 1703. Mens. Major. 115.*) Posterior pars, quam proposuit *Christianus Colichen*, *Casp. Fil.* una defendente *Hilario Hagerup.* (3. pl. in 4.)

*Relatio de Fœmina quâdam, frustum plumbi, factus
instar, enixâ.*

Fœmina Norvagica, mediocris conditionis, & annorum 56. sentiebat annò præterlapsò, ac si ventus vel halitus ipsam intraret. Ex illo tempore, gravidarum more, ægrè se habuit, & plures quàm centum incurvatas evomuit aciculas. Insecuta fuit ventris inflatio, & tandem, post absolutum gestationis terminum, qui erat tertius dies ante Diem Viridium, (*Grünen Densnetstag*) lecto incumbens, peperit primò manipulum straminis, filorum instar conglomerati, & lana nigra, piloque jumentorum intermixti. Cum verò Diei Viridium vespera redeuntes animadverteret dolores, advocatur Verbi Divini Minister, cui tam dolores suos, quam eorum causam ægra indicabat; nempe frustum plumbi, supra humerum sub carne hærens, & mox dehinc ad ventrem & lumbos descendens, mox autem ad pectus ascendens, talemque cursum decies ferè repetens. Quod Minister sæpè manibus suis observabat, atque illò adeò conterebaratur, ut Collegam quoque suum accersere juberet. Illò vix cubiculum ingressò, videntur instare dolores partus ordinarii. Parturit etiam, & nascitur, ast! non infans, sed frustum plumbi quadrati, magnitudine thalerum æquans, cujus uno angulo annexum erat filum nigrum laneum, ulnæ quadrantem longum, ac quinque appendicibus, ex pilis jumentorum confectis, distinctum, ut &, ne periret ornatus, dente crinali firmatum. Subsecuta die Sabbathi denuò atque ultima vice excrevit manipulum viridescentis straminis, lanæ, & pilorum, sibi invicem firmissimè implicatorum, glomo haud dissimilem. Abhinc autem misera hæc valdè debilis, & viribus ità emaciata fuit, ut, cum alias pinguis extiterit & obæsa, jam sceleto quam viventi similior appareat.

Pro Magico hoc, & magica arte miseræ fœminæ illatô censetur, multis, præprimis eruditis, discurrendi ansam suppetitans. Cuncta autem superius enarrata Magistratui & superioribus fuere exhibita.

KILONII.

D. X. Maji, Schediasma Academicum, De Propagatione Philosophiæ veteris ac variis doctrinarum mutationibus, sub Præsidio M. Matthiæ Lobetantz, Facult. Philosoph. Assessoris, publico examini exhibuit Auctor *Christophorus Schacht*, M. Johannis Schachtii, Pastoris Ecclesiæ ad D. Jacobi apud Lubecenses, filius, (4. plag.)

In §. I. Originem vocis Σοφίας ex Hebræa Lingua, teste *Theoph. Galeo*, deducit. Et ostendit, cur Pythagoras non Σοφόν sed Φιλοσοφόν primus sese nominavit. §. II. Philosophia ipsa definitur: §. III. narratur, quod tali modo (uti Auctor est occupatus) *Philosophiam*, a veteribus propogatam, nemo plena narratione explicaverit, nemoque ostenderit, per quos homines, a qua studiorum successione, per tot seculâ sit propagata: Unicus *Lambecius Hamb.* integrum systema historiæ literariæ mente concepit, sed capita tantum priora quatuor habemus. In §. IV. origo Philosophiæ omnis deducitur, & de illis, qui dicunt, ab Adamo inventas literas esse, agit, illosque auctores citat; qui vero statuunt, libros esse scriptos ab Adamo uti *Köttingerus*, & alii, illos refutat. Scriptum Henochio tributum cum *Heideggero, Bargio*, a superstitiosis fabulatoribus confictum esse confirmat. §. V. dicit quod gentes de principatu studiorum disceptent, ideoque quod verum non nisi difficulter admodum definitatur. §. VI. Statuit, *Ægyptios* amplissima scientiæ gloria imprimis floruisse, ideoque principatum doctrinæ illis deberi: deinde agit de *Hermete*, primo *Ægyptiacarum* doctrinarum auctore: illius vitam & controversias describit, catalogum librorum etiam *Hermetis* annedit. §. VII. agit de *Philosophia Assyriorum* & dicit: regnandi artes majori studio, quàm scientias primis temporibus coluisse: interim in studio Astronomico & Astrologico omnes ingenii vires collocasse. Deinde de vita *Zoroastris* & quid de doctrina ipsius sit judi-

candum, dicit. §. VIII. Falsum esse dicit, Hebræos Philosophando principes extitisse, nec gentiles suam doctrinam ab illis accepisse: quam quidem opinionem *Aug. Steuchius Eüg. D. Dan. Huertius* & præcipue *Theoph. Galeus* defendit: iudicio verò *Joh. Clerici* hos auctores refutat. §. IX. pluribus, quod Philosophia varias dogmatum vicissitudines ac mutationes habuerit, monstrat. §. X. De græcorum Philosophorum mutationibus agit, atque ita. §. XI. In gente græca antiqui Doctores fuere Poetæ, cuius Princeps *Orpheus*, de cuius itinere, operibus, arcanis doctrinis, auctor in hoc §. disseruit, & Auctores qui de hac materia scripserunt, citat: Poetas Philosophos excepisse asserit. §. XII. Princeps est *Thales Milesius*, de ejus doctrina & discipulis hoc §. agit. Post hunc *Pythagoras* floruit. §. XIII. Ejus itinera describit, doctrinam vero suam amplam & auctores qui de hac doctrina scripsere, in compendio congeffit. §. XIV. De *Zenone Eleate* primo Logicæ Inventore, agit, quas mutationes doctrina ipsius habuerit, pluribus in hoc §. videri potest. §. a. XV. Describit sectam Academicam, cuius Auctor *Plato*, qui Heracliteorum, Socraticorū ac Pythagoræorum doctrinas in unum systema congeffit. Qui de specialibus Platonis dogmatibus legi desiderat Auctor hac §. monstrat ad *Theoph. Galeum*. §. XVI. de sectatoribus Philosoph. Platonica agit; illi vero circa doctrinam de certitudine cognitionis nostræ disceptant; unde plures Academiae ortæ quid autem 1. quid 2. 3. 4. 5. Academia de hac iudicavit in hac §. videri potest. Denique ultimis hujus §. lineis de vicissitudinibus Philosophiæ Platonicae tractatur. §. Denique XVII. de secta Peripatetica ab Aristotele instituta agit. Illius vitam, illius doctrinam, illius Philosophiæ vicissitudines describit; atque auctores & Interpretes tam græcos quàm latinos, qui de hac Philosophia scripsere, commemorat. §. XVIII. Vicissitudines atque mutationes doctrinæ Moralis & Lectiones librorum *Sam. Rachelii* atque *Georgii Paschii* ablegat. Desudarunt aliàs in illustrando hoc argumento *M. Andr. Irölingius, PP.* in Dissert. de *Natura, divisione, origine & progressu Philosophiæ, cum primis Aristotelica, variis item Philosophorum sectis*, Resp. *Arnoldo Retbergio, Northheimens. Helmstad. 1658. habita pl. 9. D. Christianus Kort-*

Kortholtus, in *Tractatu de Origine, Progressu & Antiquitate Philosophiæ Barbaricæ h. e. Chaldaicæ, Ægyptiacæ, Persicæ, Indicæ, Gallicæ*, Jena 1660. pl. 7. *M. Jo. Reiskius*, Schol. Luneb. Rect. in *Exercitatu de Philosophiæ Peripateticæ Ortu ac Constitutione*, Resp. *Jo. Clenov.* Luneburgi 1676. proposita, pl. 2. Et *M. Jo. Frickius*, Ulmenf. in *Dissert. de Ortu Philosophiæ Græcorum*, in Acad. Lipsi. 1695. habita pl. 3.

Sebastianus Kortholt, Poët. Prof. Ord. publicavit *Librum*, qui inscribitur: **Christian Kortholten** / D. bey der Hoch-Zürstl. Universität zum Kiel / weyland Pro-Cancellarii und Profess. Primar. *Theologische* zu Beförderung der Gottseligkeit ausgefertigte *Tractatlein* / mit andern des seel. Verfassers zu gleichem Zwecke abzielenden *Schriften* / zu 2. mahl ans Licht gestellt von **Sebastian Kortholten**. Kiel. 1704.

Constat hic Liber pagg. 1006. & continet XIV. Scripta, quorum tituli ita se habent:

I. Wohlgemeinter Vorschlag / wie etwa die Sache anzugreifen seyn möchte / da man dem in Evangelischer Kirche bisher eingerissenen ärgerlichen Leben und Wandel / vermittelt Göttlicher Verleihung / abzuhelffen / mit Ernst resolviren wollte.

II. Freuherzige Aufmunterung / zur sorgfältigen Unterweisung derer Einfältigen und Unwissenden in der heilsamen Glaubens- & Lehre.

III. Schwere Priester-Bürde / aus Gottes Wort und der heil. Kirchen- Antiquität vorgestellt.

IV. Oeffentlicher Gottes-Dienst der alten und heutigen Christen / einander entgegen gestellt.

V. Freuherzige Warnung / für dem an einigen Orten eingerissenen ganz unchristlichen Kirchen-Fluch sich zu hüten.

VI. Theologisches Bedencken von heimlichen Leich-Verstattungen / in Schwedischer Sprache übersetzt durch *M. Simon. Ilögæum*, Past. und Consist. Holm. Altest. Stockholm 1699. 8.

VII. Vom besten Knaben.

VIII. Umständliche Relation was in Hamburg mit einem glüenden eisernen Ringe sich begeben.

IX. Weiblicher Tugend-Spiegel / bereits gedruckt Kiel. 1682. 8.

X. Christlicher Unterricht von dem so genannten Nestechen beendigtter Personen / absonderlich der Zöllner und Licent-Einnehmer; wie

auch von anderm Unterschleiff/ so bey der Kauffmannschafft / der Or-
brigkeit zum Nachtheil/ vorzugehen pffiget. Zum erstenmahl heraus-
gegeben/ Vloen/ 1690. 8.

XI. Christliche Erinnerung von dem Bann unbekannter Sün-
der/ vormahls gedruckt Kiel. 1690. 8.

XII. Gezwungener Communicant. *ibid.* eod. 8.

XIII. Der im Garten zu Bethsemane geängstete und Blut schwi-
kende Jesus/ andächtig zu betrachten vorgestellt/ Kiel. 1691. 8.

XIV. Biblische Fest-Andacht/ Gesangs-Weise vorgestellt; sammt
etlichen andern Geislichen Bet- Buss- Creutz- Frost- Danck- Lob- und
Lehr- Liedern/ *ib.* eod. 8.

Holce libellos patrios Editor dedicavit Sereniss. Prin-
cipi Regiæ ac Dominiæ D. HEDWIGÆ SOPHIÆ, Suecor. Goth.
ac Vandalorum Principi Hereditariæ &c. &c. Viduæ Principi
Slesvici Holf. Storm. & Ditmarsia &c. &c.

D. XXXI. Maji. Sub Moderamine *D. Henr. Opitii*, PP. h. t. Fac.
suar Decani, & Ser. Duc. Holfat. Consil. Ecclesiast. 70. *Dan. Sel-*
cken, Håmburgens. Disputationem Theologicam Fridericianam
proposuit, quâ *Lutheranismus inter Papismum & Calvinismum medius a-*
deoque tutissimus, uti in plerisque aliis, ita & in articulo de Sacro Ba-
baptismo demonstratur. (pl. 2)

Venerandus Autor ostensurus, quod Religio Lutherana in
Articulo de Sacramento Baptismi Beatum illud tutissimumque
MEDIUM (in Scriptura fundatum) inter Papismum & Calvi-
nismum teneat, adducit

<i>Pontificiorum</i>	<i>Lutheranorum</i>	<i>Reformatorum</i>
In Excessu peccantem sententiam:	Mediam tutissimam- que sententiam:	In defectu peccantem sententiam:
<i>Baptismus</i> tum ratio- ne præcepti tum ratio- ne medii absolute ad salutem necessari- us est, ita ut si quis, etiam casu cœlitus immisso, eò prive- tur,	<i>Baptismus</i> tum ratio- ne præcepti, tum ratio- ne medii summè quidem, & ordinariè, non tamen absolute ad salutem necessari- us est; ita ut si quis casu	<i>Baptismus</i> est quidem ratione præcepti, non tamen ratione me- dii ad salutem neces- sarius, sed Infantes à fidelibus parentibus nati & electi jam ante bapti-

tur, regno DEI omnino excludatur.	casu calitus immis- eò privetur, regno DEI non excludatur.	baptismum sancti sunt, ita ut si quis si- ne baptismo decedat, regno DEI nequa- quam excludatur.
-----------------------------------	--	--

Et deinde Sectione I. Lutheranam & veram, nimirum Mediam, adeoque tutissimam sententiam de S. Baptismi necessitate proponit.

RACEBURGI.

Typis *Sigismundi Hoffmanni*, atque Impensis *Georgii Vanselovii*, civis Lubecensis, prodierunt *Biblia S. juxta Exemplar Biblior. Stade 1688. impress. hoc rubro conspicua*:

BIBLIA, das ist / die ganze Heil. Schrifft / alt- und neuen Testaments / verdeutschet durch *D. Martin Luther* / nebst dem Anhang des 3. und 4. Buchs Esra / auch des 3. Buchs der Maccabäer / nach dem Stadischen Exemplar / und der Deutschen Sprache Gründen von neuen aufs allerfleißigste übersehen / und jezund mit vielmehr Figuren geziert. Sammt einer Vorrede *Hn. D. Georg Henrich Böden* / Superintendentis der Kirchen zu Lübeck. (17. Alph. fol.)

In *Prefatione*, quæ 2. plagulis constat, probatur, accuratas & fonti sacro consonas Versiones Bibliorum, eandem utilitatem præbere, quàm ipsa *Autographa*, adeoque ad hæc nullatenus esse respiciendum. Quâ occasione varia de *Bibliis Moguntinis A. 1662. impressis*, nec non *Jo. Piscatoris & Pauli Tössani adducuntur*.

LUBECÆ.

Die IV. April. Georgius Ritterus, Ecclesiæ Petrinæ, cui ab Anno 1668. inservire studuit, Pastor, *Rev. Ministerii Senior* constituebatur.

Henr. Antonius Huelichius, Lubecensis, Patriam reversus, Dissertationem Opticam, de *Natura Admirandis in Luce*, sub Præsidio *M. Henrici Klaußing* / *Matth. PP. Extraord. & Ordin. Philos. Adjunct. in Acad. Witteb. d. 1. Martii defensam. exhibuit.*

D. X. April. ad Actum Oratorium Ethopoeticum de Discessu, Itinere & Accessu Hispaniarum Regis CAROLI. III. à Triga Juvenum ornatiss. nimirum Christ. Frid. Claassen, *Mecleb. Jo. Adolph.*

Adolph. Granau, Plönâ-Höf. & *Dav. Meincke*, Wismar. institutum Programmata Lat. invitavit *Enochus Suantenius*, Rector. (plag. 1. fol.)

D. XV. Maji. Terræ demandatum fuit corpus exanime *Gottschalck Anthon von Wickede*, Dynastæ in Castorph, Tolzin, Nigliebe, Fredenhagen & Schönbecken, qui, Lubecæ *A. 1657. d. 30. Dec.* experantiqua Familia natus, Patrem habuit *Thomam Henr. v. Wickede*, in Castorph & Bleystorph, Reipubl. Lubec. Senatorem, Filium *Gottschalck v. Wickede*, in Castorph & Wesloe, Reip. Lub. Consulis, Matrem autem *Agnetam*, *Antonii Coleri*, Jcti & Contulis Lubec. (cujus vitam proluxa Commentatione exposuit *Henr. Bangertus*, Lubecæ 1662. qua operâ (ut *Jo. Strauchius*, Jctus rectè judicat) cum Atticum in *Colero*, tum Nepotem in se ipso præstitit) Filiam. *A. 1676. Acad. Helmstad.* frequentavit, atque Scholis *H. Conringii*, *Pauli Heigeli*, Mathematici, & *Jo. Eisenhardii* interfuit; Qua relicta *Heidelbergam* concessit, & *A. 1680.* exteras visitavit regiones: Domum veò rediens *A. 1681. d. 21. April.* cum *Catharina Gotthardi von Höveln*, Consul. Lubec. ac postea Vice-Cancell. Regis Daniæ Filia, matrimonium contraxit, ex qua X. liberos suscepit. Hæc autem chara pectora morte, quæ *d. VII. Maji* cum Ann. æt. XLVI. & IV. Menses attigisset, illum abstulit, relinquere habuit necesse.

D. XXII. Maji In Exequiis Generosæ Matronæ, *Dorotheæ Elisabethæ de Dorne* (*A. 1647. d. 26. Junii*, Patre *Antonio Colero*, Consul. Lubec. jam nominato, & *Magdalena de Brömbfen*, natæ, & *d. 13. Maji*, æt. LVI. X. Mens. placidè defunctæ) *Mich. Vermehren*, Archi-Diac. ad S. Ægid. & *Otiliæ*, pecul. Scripto, idiomate vernaculo edito, *Christianorum Fiduciam*, quæ est *Resurrectio Mortuorum* ad *Tertull.* librum de *Resurrectione Carnis*, explanavit, in quo ex Theologia & Antiquitate Ecclesiastica varia adducta leguntur, quæ hunc fidei Articulum, hac crepera mundi ætate diligenter evolvendum, illustrant. (pl. 4. fol.)

Idem *Autor* (qui celeberr. *Gieffensium* ac *Mecklenb.* Theologi, *D. Mich. Siricii*, ex Sorore Nepos est) in *Acad. Rosloch A. 1681.* Præf. *M. Jac. de Mellen de Salutandis* atque *Salutantibus* ex *Epistolis D. Pauli Apostoli* disputavit, (pl. 2.) nec non apud *Argentorat. A. 1684.* Præf. *D. Seb. Schmidio* de *Sermone Domini in Monte*, *Matth. V. VI. VII.* & *Luc. VI.* disseruit, (pl. 6.) & ejusdem *Schmidii*, quippe à cujus ore diligentissime pependit, *Resolutionem Psalmorum Prophetiæ de Christo*, XIV. disput. cum *Alberto Elers*, *Leob. Saxone*, propugnavit.

NOVA LITERARIA
 MARIS BALTHICI
 ET SEPTENTRIONIS,
 Edita Calendis JULII. A. M DCC IV.

WISMARIÆ.

Die XXI. Januar. *Sebastianus de Lith*, hæctenus S. R. M. Suec. Judicii Aulici per Ducatus Bremensem & Verdensem Assessor, inter Assesores REGII Tribunalis aggregatus est, post beatum ex vita discessum *Michaelis Viti de Strahlenheim* electus.

Joachimo Danieli Maken, Wismariensi, *B. Johannis Francisci Pilgrimii* successori, *Diaconi Nicolaitani* munus nuper impositum est.

D. II. April. in Orphanotrophéo *Informatoris* provincia, quam *Christophorus Warncke*, Wismariensis, superiore mense Martio beatè defunctus reliquerat, *Joachimo Rützio*, Lubecensi, SS. Theol. Studio, demandata fuit.

D. X. April. Rectore *M. Johanne Kindlero*, tres scholæ Cives, *Christophorus Georgius Hindenburg*, Stendaliensis Palæo-Marchicus, *David Henricus Knappel*, Wismariensis, & *Henricus Tanck*, Wismar. (*Gabrielis Tanckii*, Consulis, filius) Eloquentiæ tyrocinia deposituri, orationes de Paschali Pontificiorum risu habuerunt, quarum prima *Naturam*, secunda *Originem & finem*, & tertia *seditionem illius risus* exposuit.

ROSTOCHII.

D. III. Maji. M. Jo. *Joach. Weidnerus*, Ecclesiastes Marianus, Dissertationem Hist. de *Luthero*, in solenniori ac memorabili Sec. XVI. Re-

formatione, primo & præcipuo DEI Ministro, contra Godofr. Arnoldum, amicæ disquisitioni exhibuit, Resp. Henr. Christ. Baclero, Saniza-Mekelb. (pl. 6.)

Præfamen *B. Mörlini* Judicium de Cavillatoribus Lutheri exhibet, cum applicatione ad intentata Arnoldi aliorumque Translationis. §. 1. tradit, prævia injuriæ descriptione, *ἐπιχειροῦν* ad Arnoldum. §. 2. favorem Arnoldi erga Zvvingelianos propensio-rem & dissertationis præsentis scopum habet §. 3. præsupponit, quod fuerint ante Lutherum confessores §. 4. necessitatem con-cessoris publ. præbet, & Zvvinglium Wittenbachii discipulum non collegam evincit. §. 5. privata Lutheri contra Papatum acta illustrat ante tempora Zvvinglii. §. 6. ansam publ. reformationis, nundinationes Tezelianas, significat. §. 7. Disputationem contra Tezel. & scopum Lutheri his in talibus illustrat. §. 8. Molimina Tezeliana cum Knipstrovianis Lutherique regestis adjicit. §. 9. Moderatiss. Lutheri submissionem, §. 10. Hostes Luth. durissimos Ec-cium, Prieriatem & Hochstratenium, §. 11. Incomparabilem Luth. modestiam in supplicibus ad papam literis non tan en-acceptatam, §. 12. Tyrannidem Papæ ex Brevi contra non auditum Lutherum demonstrat. §. 13. Tyrannidis remissio-rem effectum & decretum de audiendo in Germania Luthero per literas Electoris & Acad. Witteb. insinuat. §. 14. Lutheri iter Augustanum jussu Elect. susceptum, §. 15. Causas comitiorum Augustanorum eorundemque successum memorat. §. 16. Acta Lutheri Augustana ejusdemque prudentiam ac fata confirmat §. 17. Principum eminentiam in dato comiteu præ Papa stabilit. §. 18. Colloquia cum Cardinali succinctè perlustrat, & finem conventus perlustrat. §. 19. Confectaria conventus August. & judicium de factis Lutheri & Ecclesiæ factis habet. §. 20. Dissert. absolvit, & Luthero præ Zvvinglio vindicat, quod primus fuerit Reformator.

D. VI. Ejusdem Jo. Kleinii, J. U. D. & Pand. PP. Ser. Duc. Mekelb. Consil. int. Cancell. just. & Consist. Megap. Direct. hodieq; Universit. Rector, funus D. Bernh. Barnjorffii, Med PP. & Polia-tri, Collegiique Professor. Senator. & Facult. suæ Senioris, Programmate indixit. (pl. 1 1/2. in 4to.)

Natus

Natus est *B. Barnstorffius* Rostochii d. 14. Sept. Anno 1645. Patre *Petro Barnstorffio*, Pharmacopæo Senatus Rostoch. Matre *Agnetæ Scharffenbergia*; Filiorum natu maximus, *D. Eberhardus Barnstorffius*, Med. Professor. in Acad. Gryphico Pomerana nuper est constitutus. Filiarum autem natu prima *Anna Agnetæ* nuplit *M. Jo. Ebremsfrid. Pfeiffero*, Æd. Paroch. Gultrov. Pastori. Obiit d. 22. April. A. ætatis LIX. Plura dabit ipsum Progr. & Rostoch. *Literatum pag. 139.*

Eodem die D. Ge. Detharding / Med. PP. hodieque Facult. suæ Decanus, in idem tunus Barnstorffianum, suo & Fctis Med. nomine, Programma, quod pariter vitæ Barnstorffianæ cursum exhibet, publicavit (pl. 1½. 4to.)

D. XI. Maji. In ipso Pentecostes festo, paulo ante laudatus *D. Jo. Kleinus*, Acad. h. t. Rect. Programmate Cives Acad. ad veram in Spiritum S. Advocatum nostrum exoptatiff. fidem vitamque sanctiff. ejus Numine dignam, hortatus est. (1. plag. 4.)

D. XXVIII. Ejusd. Præside *D. Alberto Joach. de Krakewitz*, Catech. Christ. & Hebr. Lingv. Prof. Publ. Dissert. Theol. ad Act. V. 15. de *Umbræ Petri morbosos sanante*, exhibuit *Marcus Müller*, Holfato-Danus. (plag. 4½.)

Absolvitur autem integra Tractatio II, Sectionibus, quarum I. est *Exegetica*. II. verò *Dogmatica*. Exegetica sistit 1) *Subjectum operans* seu *Petrum*, 2) *Subjectum operationis* seu *Morbosos*, 3) *Eorum sanationem*, 4) *Miraculi hujus veritatem*, adv. *Job. Lightfootum* assertam atque defensam. *Dogmatica* verò exhibet *Porismata* nonnulla quorum 1. *Actorum Apostolicorum divinam auctoritatem atque excellentiam* illustrat. Ubi, quod obiter monemus, adduci meretur elegantissimum illud Judicium, quod de *Actor. Apostol.* Libro magnus ille Theologus, *Lutherus* noster, in aureo *Comment. in Epist. Pauli ad Galat.* scripto, pag. 176. à edit. *Francof. 1546.* tulit, hisce usus verbis: *Est hoc argumentum fortissimum* (Legem sc. non asserre Spiritum S.) *diligenter considerandum, quod urgetur per totum librum Actorum, qui scriptus est ad hoc argumentum confirmandum. Totus namque ille liber nihil aliud agit, quam quod docet, ex lege non dari Spiritum S. sed ex auditu Evangelii.* Et post pauca; *In toto libro Actor, in sum-*

ma nihil aliud agitur, quàm oportere tam *Judeos* quam *Gentes*, tam *justos* quam *peccatores*; sola *fide* in *Christum Jesum* justificari, sine *lege* & *operibus*. Id quod indicant, tum *Conciones Apostolorum Petri, Pauli, Stephani, Philippi & aliorum*, tum etiam *Exempla Gentium & Judaeorum*. Pag. 179. docuit *Librum illum Pontificiis* esse opponendum, idcoque crebro legendum: In *Actis* invenies *glossam, experientiam & conciones Apostolorum*, deinde etiam *exempla* pro isto argumento, contra *banc pertinacissimam opinionem justitiae legalis*. Ac propter *banc causam* plus *diligere & diligentius legere hunc librum debemus*, quod *firmissima testimonia* continet, quae certo *consolari & erigere nos possunt*, contra *Papistas, Judaeos nostros*, quorum *abominaciones & larvas impugnamus & damnamus doctrina nostra*, ut *Christi beneficia & gloriam illustremus*. Hi *quanquam nihil firmi habent*, quod nobis opponant (*Judaei enim poterant opponere Apostolis, quod divinitus accepissent legem & totum cultum*) tamen non *minori pertinacia conantur defendere suas impias traditiones & abominaciones*, quam *Judaei suam à Deo traditam*, hoc maxime *urgentes*, quod in *luco Episcoporum* se deant, quod *potestatem habeant regendi Ecclesias*. Hoc idem faciunt, ut nos in *servitutem* redigant, utque nobis *hoc extorqueant*, nos non *sola fide sed fide informata charitate justificari*. At nos opponimus illis *Libram Actorum*, ut illum legant, & *res gestas in eo confiderent*, cum inveniant *banc esse summam & argumentum hujus Libri*: Nos *sola fide in Christum sine operibus justificari*, Solo *auditu fidei Spiritum S. dari ad vocem Evangelii, non ad vocem vel opus legis*. Qua occasione *Eruditos latere nolumus, B. D. Sebast. Niemannum, Theologum olim Jenensem, ac postea Slesvicensem Superint. General. Commentarium in Acta Apostol. olim scripsisse, quem ut avixdator Ipsius vidua, hic Lubeca degens, asservat, atque R. Pfeifferus dignum judicavit, qui in lucem publicam protraheretur*. Reliqua *Porismata de Miraculis, Cultu Reliquiarum, & quæ è Theologia Morali desumpta sunt*, ipsa *Lectio suppeditabit, peroptantes, ut plura ejusdem generis Exercitia, quæ Actorum Apostolorum Capita tractant, exhiberentur*.

Historia Caini & Abels, notis criticis, Philologicis, Historicis & Theologicis illustrata. Præsede D. Joh. Fechtio, Respondente ejus Filio, natu minimo, Gustavo Fridrico Fechtio, Durlaco Badenfi, habita

habita d. XXX. *Maji*, continet plagulas $8\frac{1}{2}$. Repræsentatur primo historia suis momentis ex Gen. IV. descripta, à v. 1. usque ad v. 25. deinde ad singulos versus notæ subjiciuntur. E quibus ista tantum speciminis loco adducimus. Cur Adamus demum post lapsum liberis prognerandis operam dederit, non eam causam esse definit, quod non genuisset liberos, si in integritatis statu mansisset, sed quod intra tam breve temporis spatium, quo in Paradiso fuit, nondum ita familiariter cum Evâ consueverit, ut eandem de conjugali *involâ* compellare pudori consentaneum judicaverit. Evâ illud triverbium: *possedi virum Dominum*, adversus 70. Clericum ostendit, de apprehenso venturi Messîæ meritò rectè exponi. Coegisse vim veritatis ipsosmet Hebraismi peritissimos Judæos, nominatim Ben. Melechum & R. Aben Eiram, post Jonathanum & Cabbalistas apud Reuchlinum, ut agnoverint, *Tò*: **אין** in hac positurâ non posse nisi Accusativè exponi. Quod hætenus à nemine facile fuerit observatum. De cætero provocat ad *Gerhardum, Calovium, Varenium, Seb. Schmidium, Pfeifferum, Habichhorstium*, ipsumque *Herm. Wisium*. Cainum & Abelem gemellos fuisse putat, uno partu editos. Nec omninò contemnendum esse Raschii argumentum, ex eo deductum, quod dicitur: *& addidit & peperit Abelem*; non verò: *& addidit & concepit & peperit Abelem*. Quamquam hoc indicium contemnant *Guihackerus & Saldenus*. In eadem Sententia & Lighthfootum esse observat. Abelem à vanitate appellatum esse censet, quod corpore infirmior & pusillus prodierit, ut fieri vulgò in geminis solet, adeoque præ fratre vividiore robustioreque vitam suam ad exiguum dierum spatium & quasi nullum tracturus esse videretur. De cætero fatetur, ubi Scriptura denominationis rationem non probat, plerumque frustraneam esse conjectandi, cur tale nomen infanti impositum sit, diligentiam. Verba versus tertii: *in fine dierum*, exponit Auctor, de fine alicujus anni civilis, qui in autumnum incidit, ubi fructus cum terræ tum pecudum omnium pulcerrimi & maximè delectabiles potuerint offerri. Nuper tamen quidam *Vigilantius Plusius* per finem dierum intellexit finem dierum hebdomadis, h. e. Sabbathum, quo nempe ordinariè of-

ferri DEò debebant sacrificia. Quod utrum probabilius fit, aliis dijudicandum relinquimus. *Jo. Clerici* opinionem, quod Abel non ipsas pecudes, sed lac tantum earum obtulerit, quia alias impedita fuisset earum multiplicatio, in exordio mundi necessaria, ex eo configit, quod dum Adam & Eva unum bovem comedissent, reliqua innumera animalia, ex terrestribus, inque aère & aquâ viventibus, in adhuc magis innumera sese multiplicassent, ut diminutione potius eorum videretur opus fuisse, ut à vitæ insidiis homines tutò ab ipsis vivere potuissent. Cum Cain dicat: *ecce expellis me ex terrâ*, verosimile esse judicat, hominem tam ferocem, qualis fuerit Cain, & rebellem, solo mandato Divino constrictum in exilium tam calamitosum exiturum non fuisse, sed per Cheruborum gladios flammantes eousque vi pulsùm fuisse, donec viam ad paternam familiam invenire amplius haud potuerit. De signo Caino posito, ne quis eum occideret, cum Ab. Efrâ & D. *Pseiffero* sentit, miraculum fuisse, quo certissimus redderetur, se non iri occisum. Et quamquam non neget, in disputatione de hoc signo peculiari, Lipsiæ habita, quæ defendit, hoc signum esse ipsam DEi sententiam, quæ prohibebat Cainum occidi, singularem planè eruditionem & incredibilem diligentiam adhibitam esse, tamen mavult præferre opinionem priorem, quippe quæ literam magis premat & naturali magis inclinatione verba legentis intellectui illabatur. Cur homicidæ vitæ DEus, justus iudex, contra suammet legem, Gen. IX, 6. pepercerit, fusè inquit, recensitis cum pro aggratiandi jure, tum pro morali puniendi homicidium necessitate argumentis. Rationem autem cæteris rejectis hanc esse autumat, quod perpetui exiliî & incertæ obrationis, eo præcipuè tempore, quo orbis habitatus nondum, sed regiones omnes desertæ & steriles fuerint, pœna atrocior ipsa morte fuerit, quales pœnæ & hodie sint oculorum effossio, condemnatio ad triremes, similesque, eleganter hoc comprobante Philone Judæo. Urbem à Kaino Hanocho ædificatam oppidulum fuisse credit, qualia in rure hodie multa visuntur, ubi domus stramine tectæ & consules rustici fuerint, sicut & musica instrumenta, à Jubale inventa, ejus fuerint generis, quibus hodie utuntur die *Stroh-Spiel*

ler / Music. Stümper / Braten. Geiger & similes. Nec enim prima quarumlibet rerum initia aliter comparata esse solere. Ut aded ridicula videatur observatoris Halensis opinio, civitatem hanc primam scholarum, (quæ juxta ipsum parum habeant utilitatis & pertinent ad defectus status corrupti, qui tolerantur potius quam approbantur) originem fuisse, in quibus ordine docerentur scientiæ, cum antea simplicissima religio inter prodeambulandum tantum & laborandum liberis tradita fuerit; cum in hac civitate Chnodricâ, utpote urbium omnium primâ, forte minus urbani splendoris & magnificentiæ & scholarum & artificum & sophismatum politicorum & præjudiciorum & deliciarum fuerit quam in quolibet stercorearum urbicularum nostrarum in rure. Hæc hætenus. In corollarius simplicius esse definit, Luc. I. 15. per virtutem altissimi vim Divinam supernaturalem, Mariam ceu umbraculo obregentem, ne à DEO tanquam igne consumeretur, sed ab æstu defensa, (quem ob finem & semina in terram projecta conteguntur) eò fecundior redderetur, quam Filium DEI, sub Chrippâ obumbratum. Hunc enim sensum sponte & naturaliter legentis intellectui illabi, alterum non nisi cum artificio & renitentia quadam. Ostensionem spiritus & virtutis, 1. Cor. II. 4. (vitiosè enim Epistola ad Romanos allegata est) rectè ab *Huetio* ait exponi per ostensionem ex Prophetis, qui per spiritum DEI locuti sunt, & virtutem miraculorum. Quibus argumentis persuasoria humanæ sapientiæ verba opponantur, h. e. probationes ex humanâ sapientiâ desumptæ. Ut aded frustra *verba humana sapientiæ persuasoria* de eloquentiâ humanâ & ornatu sermonis, in homiliis Ecclesiasticis eliminando, à quibusdam intelligantur. Proponitur quæstio. annon Rom. II. 7. per *ἐργον ἀγαθόν* fides possit intelligi, tanquam *ἐργον τῆ θεῶ*, Joh. VI. 29. quia si de virtutibus intellexerit Apostolus, in multitudinis numero reperisset ex antecedenti versu *τὸ ἐργον* potius quam *τὸ ἔργον*? Et quod eodem pacto *ἐργον ἀγαθόν* tribuatur *τοῖς ἀπίστοις*, quo infidelitati tribuatur *δυμῶς καὶ ὀργῆς*. Patientia verò æquè fidei ac bono operi possit adscribi. Locum denique 1. Joh. II. 18. ita *παρὰ φρεσίν* *Filioli mei*, Judæi, quos ab amore hujus mundi variis argumentis dehortatus sum, nunc aliud addo: *exrema hora est*. Imminet *πανωλε-*

reip. Judaicæ, quam devastabunt Judæi. *Audistis ex Pauli epistolis, quod sub finem mundi Anti-Christus Magnus venturus sit. Et nunc quoque Anti-Christi multi facti sunt, quod pariter indicio vobis esse debet, vestræ Reip. finem in propinquo esse.*

Critica in Godofredi Arnoldi Criticæ, h. e. Judicia veriora in judicia ejus iniquiora, de B. D. Davide Chytraeo lata. Præside D. Jo. Fechtio, Respondente & Auctore M. Joachimo Manzelio, Rostochiensis, d. XXXI. Maji proposita. Continet plagulas 6½. In Epistolâ Disputationi à Præside præmissâ nihil justius, nihil pietati magis congruum esse pronuntiatur, quam, Apostolo dicente, memoriam agere majorum nostrorum, eosque à sycophantarum eriminationibus defendere. Cumque tota Godofredi Arnoldi Historia Ecclesiastica & Hæretica ferè unicè in convitiis, in Ecclesiæ omnium ætatum doctores jactis, occupetur, veræ pietatis officium facere eos judicat, qui suæ saltem Ecclesiæ Doctores ab impactis istis post mortem criminibus liberant, bonamque famam, quam virtutibus suis factisque promeruerunt, iisdem restituunt. Optandum igitur esse censet, ut quælibet natio atque provincia has vindicias pro suæ gentis doctoribus instituat, atque eo pacto universum maledictorum illud opus mendacii coram toto orbe convincat. Quâ occasione quæ & sibi Arnoldus, in scripto Ministerio Quedlinburgensi opposito, objecerat, diluit, simulque evidenti exemplo ingenium Arnoldinum, in allegando malefîdum, in detorquendo longo exercitio promptum & expeditum, depingit. Postremò sine manifestâ fœdi Syncrētismi suspitione neminem doctorum, præcipuè Academicorum, ad conatus Arnoldinos, rectâ viâ ad Indifferentissimum ducentes & ipsa intima religionis nostræ convellentes, silere posse profitetur, omnesque ideo ad bellum quoddam sacrum adversus hunc Goliathum, exercitui Israël maledicentem, gerendum invitat. In ipsa tractatione præfatio commemorat, qualem se gerere historiarum scriptorem oporteat & quod nemo minus quam Arnoldus hoc officium in Hæreticissima sua historia expleat, quam in rem viroriorum testimoniam adducuntur. Speciatim quoties B. D. Davidem Chytraeum vel in partes suas rapiat, vel judicium

de eo suum expromat, eundem vel malitiosissimè criminari, vel sensum verborum ipsius pervertere, & ubi laudare eundem videatur, tacitè perstringere, eumque orthodoxis, quasi ipsis adversus esset, suspectum facere conari, (quam virtutem *modumque calumniandi per laudes* nupera disputatio Lipsiensis descripsit) ostendit. Tum verò ejus rei adducuntur specimina complura. Quæ tamen omnia profluere indicat ex generali, animo suo, dum Historiam hæreticam scribere aggrediretur, altè impressio præjudicio: *veram Theologiam, ejusque veram tractandi rationem statim secundo vel tertio post reformationem anno, sicque vivente adhuc Luthero, iterum depravatam & ad pristinam formam Scholastico-Philosophicam redactam & rixosam factam esse, hujusque depravationis promachos Phil. Melanthonem & D. Chytræum fuisse.* Seu ut magis ingenuè horum reformatorem mentem expresserit Dippelius: alle Theologi nach Luthero wären Epicurer gewesen/ hätten in ihren Büchern nicht ein Wort Evangelium / sondern Philosophische Schulschicksereyen. In ipsis speciminibus, quæ tamen excerpti omnia non possunt, ostendit, Arnoldum virus suum omne præcipuè effundere in Theologiam, ut vocatur, Polemicam, veritatis vindicatricem, quam, quia Indifferentismo suo adversissima sit, ubique sædioribus, quam nigerrimum Diabolum, criminationibus infamet & ubi Chytræus illius Theologiæ abusum, qualis etiam rebus optimis ceu perpetuus comes adhæreat, perstringat, quasi serias & cordatas veritatis vindicias omnes condemnet, studiosissimè verba ejus, laudato *Chytræi* nomine, conquirere & ad Libertinismum suum pingendum contorquere. Idem facere circa id, quod Chytræus asseruerit, Lutheri catechismos & confessionem normalibus Stiriacæ Ecclesiæ libris inferendos esse, cum spina & aculeus in Arnoldi oculis non minus sint Libri quicumque Symbolici, ad quos fidem in docendo adstringimus, ac sacra, quæ in Ecclesia pro veritate geruntur bella. Utrumque enim eidem viam præcludere, quo minus liberè licenterque grassari sentiendi credendique, quid quisque velit, licentia possit. Cum normam vocari solenne sit non id tantum, ad quod ultimò omnia in eo genere rediguntur, sed id etiam, quod ad primigeniam normam rectè est exactum. Tum verò homini Christiano exe ra-

bile iudicium Arnoldi de *Chytræi* Theologia promit & examinat: es wäre eine Platonische Lehre/ darinnen nichts Geistliches wäre/ sondern nur etliche Philosophische flosculi und Redens-Arten und Sentenzen der Heiden und Poëten vorgeleget würden. Et ut in antecedentibus dixerat: wann die Lehre von der Gottseligkeit darinnen nicht gar ausgelassen und verworffen würde/ so bliebe es doch bey einer natürlichen moralität. Die wahre Krafft der Veränderung derer Herken/ wie sie das Evangelium mitbringet/ würde verläugnet. Item es wäre weder Krafft noch Saft darinnen. De quo verò, cum in *Chytræi* scriptis omnibus pietatis studium ita sollicitè, ita severè, omnibus quasi paginis inculcetur, ut Pietistæ hodie plerique *Chytraum* nobis, tanquam hodiernæ nostræ Theologiæ Eristicæ inimicis & Theologiæ Pietisticæ cultorem, recusis quibusdam ejus opusculis, objectent, verè cum angelo dici: increpete Dominus, Satan, imò te increpet Deus! Atque eà occasione deseritur, quis sit in Theologiâ scriptorum gentilium & profanorum usus. Eadem ratione complura alia *ἑλληνιστά*, quibus onerat *Chytraum*, studiosè diluit; utpote quod asseruerit, Theologiam sui temporis totam scholasticam factam esse, in quâ nihil esset pietatis, Academiâ nostras castra esse plena ingentium periculorum, in quibus rationis argumentis semet invicem Theologi admordeant & lacerent, easdem Academiâs, quotidie ad crescentes, plus impediendi pietatis negotio quam præsidii adferre, in iisdem Cyclopicam grassari barbariem, exulare disciplinam, inter Professores regnare invidiam, æmulationem, Lectiones negligenter haberi, gradus in Academiâs collatos nullius pretii esse, Academia-rum reditus à Principibus imminui & militiæ impendi, Philosophiam scholasticam & Aristotelicam horrendâ cum juventutis seductione in scholas introduci. Linguarum Græcæ atque Hebrææ studium contemni & seponi, gloriamque resuscitarum expurgatarumque literarum interciderè & emori, denique & eam reduci superstitionem, ac si in publicis tantum templis ad Divinum cultum congregiendum sit, cum in omnibus locis, omnique occasione conciones & sacra haberi possint debeantque. Contra quas accusationes omnes ostendit Auctor, vel mendaciter adductum esse *Chytraum*, qui ne γὰρ quidem ejus dicat, cujus argua-

arguatur, vel verba ipsius miserandum in motum lancinari & discerpi, vel quod ille de particulari hujus illiusve loci vitio dixerit, stolidè ad abusum universalem detorqueri, & quamquam abusus, qui uno alteroque loco in Ecclesiæ nostræ statum irreperit, à *Chytræo* meritò reprehendantur, ab *Arnoldo* tamen præter *Chytræi* intentionem, ad finem longè alium, eumque verè abominabilem, trahi. Totius quippe Historiæ *Arnoldinæ*, secundæ præcipue partis, unicum scopum esse, docere: Lutheranam Ecclesiam ita brevi post reformationem tempore collapsam esse, ut nihil sani in eâ à capite ad calcem remanserit atque adeò denuò aliter, nempe ad ingenium *Arnoldi*, unici post Apostolos veri & perfecti religionis Christianæ doctoris, reformandum, cujus religio uno verbo sit Indifferentissimus. Sub finem subjicit Auctor Epistolam *Maximiliani Imperatoris Augustissimi*, ad Acad. *Rostochiensè*m, de *Davidis Chytræi* laboribus & meritis in Ecclesiam Austriacam, ex autographo expressam. Quæ à Catholico Principe & totius Rom. Imp. capite profecta, cum *Chytræo* Lutheranò singulares prorsus laudes, etiam ob Zelum in religionis negotio præstitum admetiatur, virumque ideò Academiæ ad eundem ad majora provehendum sollicitè commendet, (quæ res exemplo hactenus omni caruit) planè memorabilis & lectu dignissima est. Haud dissimilis tamen ab eodem Imperatore de *Chytræo* ad Ducem *ULRICUM* missa aque *D. G. Calixto* inserta est Tractatui de Communionem sub utraque pag. 69. Quamquam hæc ipsa, quæ ad Academiam directa est, ob laudes *Chytræo* tributas & commendationem illâ ad Serenissimum Ducem, ceu collatio docebit, longè sit admirabilior.

GUSTROVII.

D. XXVIII. Mart. Joach. Otto, Rect. *Gymnas. Gustrov. A-*
ctum Oratorium, à septem Juvenibus nominatim *Ge. Carol. Wolf-*
sio, *Gustrov. Jac. Christian. Helwigio*, *Berlin. March. Jo. Gustav.*
Storcbio, *Gülstr. Andr. Nathan. Starckio*, *Dargun. Meclenb. Christian.*
Wilb. Berelino, *Parchim. Zachar. Krügero*, *Materfen. Mecl. & Jo.*
Cortümio, *Lüdershag. Mecl. adornandum, Progr. publico intima-*
vit, (pl. i. form. pat.)

NOVA LITERARIA SEDINI.

D. XXXI. Martii Sub Præsidio *Jo. Ge. Röseri*, S. Th. D. & PP. nec non Rect. Gymnal. Car *Joach. Per. Rumpffius*, Demmin. Dissertationem Moralem de *Officio eorum, qui læserunt, & læsi sunt*, habuit. (pl. 3.)

Autor §. 1. officium neminem lædendi naturale, §. 2. universale & absolutum, §. 3. consensu aliorum approbatum, §. 4. necessarium, & §. 5. difficile esse dicit. §. 6. disquirat, num in statu integritatis ejusmodi legi locus fuisset relictus, §. 7. vocabulum læsionis generalissimè hic sumi monet. Deinde læsionis quasdam species listit, e. g. quæ fit in lædendis alterius corpore §. 8. 9. 10. 11. anima §. 12. fama §. 13. vel per rapinam & furtum §. 14. vel in juribus §. 15. quas tn. omnes & singulas §. 16. 17. illicitas esse ait. Pergit postea ad officium post læsionem tum lædentis §. 18. - 20. tum læsi in reparatione damni §. 21. - 23. quod factum per conspirationem §. 24. per negligentiam præter directam intentionem §. 25. per casum fortuitum §. 26. à servo §. 27. ab animalibus §. 28. per contumeliam §. 29. per homicidium §. 30. 31. violatione alicujus rei §. 32. stupro & adulteriis §. 33. Tandem de abolitione læsionis agit §. 34. - 36.

STRALESUNDÆ.

M. Frid. Andr. Krügerus, P. Subst. Alten-Vehrà in Rugia, cujus in *N. L. A. 1702. p. 8.* mentio facta fuit, *Concionum Eucharisticar.* de parta Invictiss. Suecor. Regis CAROLI XII. ad Clissoam, Pultoviam & Thorum victoria habitarum, *Bigam* imprimi curavit, hanc Epigraphen præ se ferentium:

Christ: Königl. Danck-Proben/ womit das Wunder unsrer Zeiten/
das Haupt unter den Helden / die Krone unter den Königen / *Carolus XII.* der Schweden / Gothen und Wenden Monarch &c.
die gnädige Hülffe des Höchsten beehrete/ als Er seine Feinde Anno 1702. bey Clisso, und Anno 1703. bey Pultovvske siegreich überwunden / zugleich auch die Stadt Thoren glücklich erobert hatte/
wie dieselben in denen beyden / Zeit seines unwürdig getragenen Amtes / hochverordneten Danck-Tagen Anno 1703. den 30. Nov. und 1704. den 22. Febr. aus dem ersten Früh- und andern Nachmittags

mittags: Text in Einfalt des Geistes seine Gemeine vorgehalten/
 jetzt aber: alleine zur Ehre Gottes zum Druck verfertigt hat M.
 Frid. Andr. Krüger, P. Subst. zur Aften-Behr in Rügen. (pl. 7. 4to.)

Prioris Textum *Pf. CXIX. v. 23. - 25. A. 1702. d. 30. Nov. po-
 sterioris Pf. LIX. v. 17. 18. Anno 1704. d. 22. Febr. elegit. Dis-
 putationem antehac Theologicam Præsidi D. Jac. Henningio, PP.
 in Acad. Gryphiswald. A. 1697. d. 20. April. exhibuit Krügerus hicce,
 qua Justitiam Divinam, in Ecclesia Pontificia cum dogmatibus plurimis,
 tum praxi impugnata repræsentavit. (pl. 5.)*

D. XXVII. Maji. M. Jac. Wolfius, G. R. Tertium Actum Orat. è
 Rostris Domitiantis Europæ cum XII. Juvenibus adornavit, ad
 quem Progr. Lat. in quo de *Polydoro Vergilio, & de Pronuntiatione
 Anglica* egit, invitavit. (pl. 2. 4to.)

GRYPHISWALDIÆ.

D. XIV. Febr. 70. *Philippus Paltbenius, Hist. PP. Historiam Eccle-
 siæ Collegiatæ S. Nicolai Gryphisw. Dissert. illustravit, Resp. Joach.
 Völschow. Gryphisv. LL. Stud. (pl. 7½.)*

Autor §. 1. 2. 3. dubius hæret, utrum ad *Wratzslau IX.* an ad
Henr. Rubenovium conditæ Acad. Gryphicæ negotium potiori jure
 pertineat. §. 4. propius ad scopum accedens 2. recens conditæ
 Acad. fulcra, nempe urbem Gryphicam, & Collegiatam, de qua
 verba facturus est, Ecclesiam ostendit. §. 5. 6. *Collegiatæ* Eccles. vo-
 cabulum cum nonnullis aliis explicat. §. 7. 8. Ecclesiam Cathed-
 ral. cum 4. Collegiatæ sistit. §. 11. dicit cur Eccles. Colleg. Ni-
 colaitana dicta, & Parochialis §. 12. cui adjuncta deinde Præposi-
 tura ruralis fuerit. §. 13. §. 14. Rubenovio de erigenda, & per
 novam Eccles. Collegiat. firmanda Academia cogitanti tum mul-
 tos §. 15. tum ipsum quoque Papam obstitisse §. 16. cujus tn. au-
 toritate neglecta *Henningus, Episcop. Caminenf.* edito diplomate,
 quod integrum appositum, & ex quo nonnulla notantur, nego-
 tium absolvit, §. 17. - 19. §. 20. numerum, §. 21. - 23. dignitates,
 §. 24. Locum Conventui, §. 25. 26. functiones & redditus, §. 27.
 usq; 44. præbendas, §. 45. domicilia l curias, ut illi vocant, Ca-
 nonicorum designat. Tandem quæ restant de Colleg. Eccles.
 Dissolutione dicenda, commodiori loco, ubi de instauratione

Acad. per Philippum I. facta agendum, se reservaturum esse §. 46. promittit.

Mens. Mart. sub Præsidio *M. Aug. Stagemanni*, Thema Philosophicum de *Jure Principis circa Sacra*, proposuit *Christoph. Lemmius*, Sundâ-Pomeranus (pl. 3 $\frac{1}{2}$.)

Autor, præmissis Proœmio & terminorum enodatione, id sibi primum agendum esse putavit, ut Principi hoc jus verè competere firmis rationibus §. 6. - 20. comprehensis evincat, deinde Ejus definitionem & divisionem §. 21. - 36. prolixè expediat.

Ipsis Paschatos feriis Rect. Acad. Gryphisfv. *Theodorus Hornius*, Log. ac Primæ Philof. PP. ad Festum Resurrectionis Christi Progr. Lat. in quo de *Resurrectionis veritate* contra *Bened. de Spinoza* egit, Cives Acad. invitavit. (pl. 1. 4)

D. XXVIII. Decretum publicum evulgatum est, quò omnes R. M. Suec. subditi, in Provinciis ejus promotionem quondam ambituri, per temporis aliquod spatium in *Acad. Gryphica* studiis incumbere tenentur, cujus copiam ut eis faciamus, quorum interest, integrum illud adponere consultum duximus:

Von Ihro Königl. Maytt. zu Schweden/ıc. zum Pommerischen
Es ist verordnete General-Staathalter und Regierung.

Welcher Gestalt Ih. Königl. Majest. Unser allergnädigster König und Herz/ zum Restorissement und Aufnahme der Univerlität Greiffswald/ die gnädigste Verordnung ergehen lassen/ daß wer von dero getreuen Unterthanen in dero Teutschen Provinzien hinführo einige Beforderung zu gewarten haben will/ derselbe eine gewisse Zeit daselbst zuzubringen und den Studis obzuliegen gehalten seyn solle/ solches ist aus dem deshalb publicirten Edicte vom 26. Jun. 1702. bekandt und erinnerlich. Wann nun höchst-ermelte Ih. Königl. Maj. vermittelst dero eingelangten allergnädigsten Rescript unterm 26. Feb. jüngsthin uns in Gnaden anbefohlen/ zu desto mehrern Erreichung des obangezielten heilsamen Zwecks nicht nur vorberegte dero gnädigste Verordnung zu wiederholen/ sondern auch durch ein öffentliches Proclama kund zu machen/ daß ein jeder von der studirenden Jugend in besagten dero Teutschen Provinzien, welcher darinnen so wohl als in dem Reiche Schweden einige Beforderung zu gewarten haben will/ zu vorhero mit einem gültigen Testimonio von dem Pro-Cancellario und

und der Academie zu Greiffswald darthun und erweisen soll/ daß er
zwey Jahr auf ermeldter Universität studiret/ und daselbst sich gebühr-
lich und wohl verhalten; mit dem ausdrücklichen Anhange / daß nie-
mand/ wer er auch sey/ so diese Ihre Königl. Majest. gnädigste Ver-
ordnung an die Seite sezet / einige Beforderung von Ihrer Königl.
Majest. zu genießen haben soll. So hat Sr. Hoch-Gräfl. Excell. und
die Königl. Regierung sothane Ihrer Königl. Majest. gnädigsten Bes-
fehl und Willens Meinung mittelst Erholung des Anfangs ermeldten
Patents, hierdurch allen und jeden/ denen es angehet/ zur Notice brin-
gen/ und ihnen dabey anfügen wollen/ sich gehorsamst darnach zu rich-
ten/ und solche hohe Verordnung keines weges aus der Acht zu lassen/
so lieb einem jeden ist/ von Ihrer Königl. Majestät bey vorfallender
Occasion mit würcklicher Employ und Beforderung begnädiget zu
werden. Uhefündlich der hierunter gesetzten eigenhändigen Subscri-
ption und sirsgedruckten General-Gouvernements Insiegels.
Stettin den 28. Martii 1704.

(L.S.) Jürgen von Mellin.

E. L. M. v. d. Lübbe. N. Klinckowström. B. C. Jäger. B. Schwallenberg.
M. Lagerström. E. Milliefröm.

D. XXVII. & XXIX. Ejusd. sub Præsidio D. Jo. Frid. Mayeri, PP.
M. Laurent. Dav. Bollhagen / Stargard. Pom. & Mich. Frid. Qua-
dius, Zach. Pomer. Commentarium B. Henr. Flöppneri in Psalmum
XXII. ex MSto editum publ. disquisitioni subjecerunt. (pl. 6.)

D. XXX. Ejusd. Prodiit *Programma* Lat. quo de *instituenda E-
ruditorum Gryphiswaldensium Societate Literaria, ætisque illius stato tem-
pore edendis destinata* panduntur. (pl. 1. 4to.)

Prima nimirum societatis hujus (ipsa verba, prout in Pro-
grammate leguntur, hic transcribere placet) cura erit, ut Claror.
Virorum Scripta, quæ quidem exiguæ sint molis, ab interitu, qui
plagellis facillè imminet, serventur, & in lucem, quam non a'pe-
xere, proferantur. Ubi tamen sola illustrium nominum ratio non
habebitur, ut ex Autoris dignitate de Scripto qualicumque judi-
cium feratur, quod absurdè multi faciunt, qui summa imis mi-
scent, & res ipso sæpè Autorum judicio damnatas invitis atque re-
nitentibus obrudunt. Deinde ne alienis nimium tribui videat-
ur, observationes cuique propriæ, sed minimè vulgares, quibus
aut

aut novæ aliquid veritatis insit, aut saltem erudiendæ ejusdem nova occasio præbeatur, cum intelligentibus æquisque talium rerum censoribus communicabuntur. Reliqua omnia à scientibus volentibus prætermittentur, quæ id, de quo nemo dubitet, confirmant, & in celebrando eruditorum consensu otiosè occupantur, quo quidem labore soli illi dignos se præstant, qui in Orbiliterato loquentibus id sunt, quod inter rupes & saxa clamantibus est resonabilis Echo, sine usu & cum corruptela alienas voces referens. Nec verò ad certum studiorum genus hic labor adstringetur, sed in omnem sacræ pariter ac profanæ eruditionis campum latè satis patentem liberè excurrat. Quicumque enim societati huic nomen dabunt communi illo jure, quo promiscuè omnia Reip. Literariæ membra gaudent, utentur, deposita ferè aut dissimulata tantisper persona, quam pro demandati in Ecclesia, Schola, atque Republ. niuneris aut studiorum ratione peculiariter quisque gerit aut imponi sibi patitur. In convellendis erroribus parcius opera hæc versabitur, nisi dignitas rei cum novitate idem exigit. Quòd sicubi fiet, meris rationibus certabitur, quarum apparatu quicumque carebit error inutilitati suæ intactus permittetur. Et quanquam circa eorum, quæ agentur editionem ad certos temporis articulos revocari omnia commodè nondum possint, id tamen curabitur, ut singulis anni quadrantibus modicus plagularum numerus prodeat, qui vertente anno non adeo spissæ molis efficiat volumen. Atque isti proposito cum nemo facilè bonæ mentis compos & à literis nomen decusque adeptus inimicum se præbere possit, superest ut æquum se ac faventem quisque præstet, & siquid habet, quod eò faciat, publico haud invitus paret, & in commune conferat. Fungetur primo colligendarum symbolarum labore, Acad. Typographus, *Georgius Henricus Adolphus*, ad quem dirigi mittique pro lubitu illa possunt, quæ usui futura judicantur.

D. XVI. April. Præsiede D. Jo. Frid. Mayero, PP. Gen. Superint. de Confessione per *Epistolam* disseruit M. Laurent. David *Bollhagen*/Stargard. Pomer. (pl. $\frac{1}{2}$.)

Hæc verò est Controversia: *Utrum sc. Confessionario absenti pœnitens possit peccata per epistolam confiteri, & literarii beneficio accipere absolutionem.*

tionem. Item: *Utrum in Confessione auriculari pœnitenti, peccatorum suorum indicem in charta consignatum Confessionario exhibere, ab orali abstinere recensione & descriptorum delictorum remissionem petere, integrum sit?* Adductis pro affirmativa & negativa parte variis rationibus, tandem *Thef. 5.* Autor sic concludit: Discordiam illorum, qui unitatem doctrinæ pro Ecclesiæ nota habent, & circa hoc argumentum attendimus. Angustias observamus porro, in quibus auricularis confessi, Doctores Papæ conjiciuntur. Vides etiam hic naturam ipsam intercedere, & impossibilitatem monstrosæ hujus confessi, luculenter ostendere. Nos econtrario Articuli XI. A. C. veritatem, quod absolutio privata in Ecclesiis retinenda sit &c. ad novissima nostra, fortunante Jesu, tuemur.

D. 7o. Frid. Mayerus, PP. Acad. Vice-Cancellar. & Consist. Ecclesiast. Præses, nuper in Consistorio Ecclesiast. quod plerumque singulis septimanis, si publicum in Disputationibus præsidenti officium illud non impediatur, cum Theologiæ Studiosis instituit, Patheticam *dehortandi jurantes à perjurio Formulam* vernacula lingua composuit, compositamque rogatus prelo commisit. (pl. 1½. 4to.)

In *Præfatione* ad Lector. plura ejusmodi, & forsan omnia Responsa, se, volente Deo! communicaturum esse, promittit.

GEDANI.

D. XXV. April. Rector Athenæi Gedanens. ad supremum pietatis officium *Christophoro Bebrio*, dicti Athenæi Eloqu. & Poët. Professori persolvendum, Progr. Lat. (pl. 1. fol.) invitavit.

Vitalem auram aspexit Vir ille Latinissimus *Gedani* A. 1642; d. 27. Julii natus Patre *ejusdem nominis*, Mercatore, Matre *Elisabetha Mayeriana*. Scholæ primum Marianæ, deinde quoque Athenæo nomen suum dedit, informatione dexterrima usus *D. 7o. Maukischii*, *D. Laur. Eichstadii*, *L. Christ. Rosteuscheri*, *7o. Perr. Titii*, *Ge. Neufeldii*, & *Wolffg. Rosteuscheri*. A. 1664. concessit comite *Bartholdo Cornel. à Lüzow*, Rostochium, ubi sedulò audivit Viros eo tempore celeberrimos *Laurent. Laurenbergium*, *Dan. Ge. Morhofum* in Philologiæ, in Theologiæ *Aug. Varenium*, *Henr. Müllerum*, & *7o. Quistorpium*, Jun. in Philosophiæ verò studio *Wasmuthium*,

Beckerum & Dringenbergium. A. 1666. excurrit Regiomontum, A. 1667. verò Francofurtum, permotus quippe fama Jctorum con-
 summatif. de *Jena, Decheri & Brunnemanni.* A. 1674. Ludi Patrii
 Catharinæi vocatus fuit Rector. A. 1683. matrimonium con-
 traxit, & postea vota conjugalia bis repetere fuit coactus, ultimâ
 vice domum ducta Antecessoris ac Præceptoris sui, *Joh. Petri
 Titii*, filia. A. 1688. *Professio Eloqu. & Poës.* ei fuit collata. Ju-
 diciosos autem ingenii sui fœtus non occultavit, sed in publicam
 lucem edidit, nimirum de *Muris Urbis Romæ, Rivos Plinianos, s. Imi-
 sat. è Plin. Panegy. deduct. ad Res temp. nostr. accomod. Agones in Plin.
 Panegy.* In Schedis autem edendos reliquit *Tractat. de Romano-
 rum Legatis, it. Chronologiam in Justin. s. Res ab Historic. Classic. tra-
 ditas, cum perpet. earundem per gentes singulas Synchronismo. It. Orig-
 nes Gent. ad Justin. Histor. maximè pertinent. nec non Thermas Ca-
 rolinas Carm. Elegiac. conscriptas.* Mortis genus tale fuit. Erat
 Dominica *Misericordias Domini* dicta, quâ vegeto animo & cor-
 pore intererat sacris, post quoque prandium cum appetitu pe-
 tiit. Eò sumpto, recessit paulisper in Museum, ut pio more suo
 devotis meditationibus indulgeret tantisper, donec rediret ad
 publicum Dei cultum. Cum autem solito diutius ibi perman-
 sisset, vocandus videbatur, ad quem cum missus venit, eum
 semianimum, paralyfi attackum, & in terram prolapsum, lamen-
 tabili aspectu offendit. Jacuitque ita languidus usque in diem X.
 Mens. April. quo DEO, cui vitam per LXI. ann. & IX. Mens. de-
 buit, animam suam reddidit.

REGIOMONTI.

Mense April. sub Præf. Petr. Schwenner / U. J. L. & PP. Resp.
Joh. Dan. Casseburg, Disp. de Illicita juris renunciatione habuit (4. pl.
 in 4to.) In qua, præmissa renunciationis æquivocatione §. 1. &
 divisione §. 2. 3. & 4. recensentur casus illicitæ renunciationis Ju-
 ris Naturæ, Divini & Civilis. De Jure naturæ non licet renun-
 ciare defensionis §. 5. nec vitæ propriæ, ut se ipsum quis occidere
 possit §. 6. ne quidem (1) ad liberationem à turpi facto obtinen-
 dam §. 7. nec (2) ad Cœlestia gaudia obtinenda §. 8. nec (3) si quis
 videt in probrum Dei se victurum §. 9. nec (4) ut à morbo, pau-
 per-

pertate &c. liberetur §. 10. nec (1) ad jussum judicis §. 11. non tamen peccat contra jus Naturale, Navarcha ad evitandos hostes navem accendens §. 12. nec præfectus Castellum ad superioris mandatum Castello pulverem pyrium subjiciens §. 13. Isto Jure non licet integritati Corporis renunciare & in propria membra se ire §. 14. parentes nequeunt renunciare juri, quo obstringuntur ad liberos alendos §. 15. nec liberi, ne subvenire teneantur parentibus egenis §. 16. nec libertati, nec juri sanguinis, nec matrimonio quis renunciare potest §. 17. De Jure Divino illicita est renunciatio feriarum Divinarum §. 18. Baptismi, Cœnæ Dominicæ §. 19. ut & renunciatio, qua Candidatis Ministerii concilio probatoria remittitur §. 20. de Jure Civili Legislatori non licet renunciare potestati Leges Civ. mutandi §. 21. nec licet renunciare Appellationi in causis criminalibus §. 22. nec restitutioni in integrum respectu minorum §. 23. nec bonis moribus §. 24. nec beneficio competentis, nec juri reverentia §. 25. etiam si juramentum accesserit §. 26. tacite tamen quandoque remitti potest jus reverentiale §. 27. Non potest renunciari formæ à Legibus præscriptæ §. 28. nec Conditioni indebiti §. 29. nec juri prohibitivo §. 30. nec favori dotis §. 31. nec Legitimæ §. 32. nec exceptioni non numeratæ pecuniæ aut dotis §. 33. Episcopi & Clerici nequeunt renunciare immunitati à Tutela §. 34. pater renunciare nequit necessitati rationes Tutelares reddendi §. 35. nec Filius fam. Scto Maçed. §. 36. ad illicitas renunciationes non pertinere dicitur (1) jus futurum (2) exceptio præscriptionis (3) forum privilegiatum ratione Clericorum §. 37. (4) beneficium Competentis §. 38.

D. VII. Maji Dissertationem Politicam posteriorem de *Diviniæ in Majestate* habuit *M. Christianus Mafecovius*, Regior. Alumnor. & Comm. Convict. Inspector II. Resp. *Godofredo Alberto Nicolai*, Cremittens. Pruss.

D. XIX. Ejusd. Disputationem Philologicam posteriorem ad verba Pauli *I. ad Timoth. III. 14. 15.* habuit *M. Johannes Ernestus Segers*, Græc. Lingu. Prof. Publ. Ord. Resp. *Michaële Lilienthal*. Lublad. Pruss.

D. XX. Maji sub Præf. *David Stavinski*, U. J. D. & PP. Resp. *Georg. Christoph. Panzer*/ Disp. de *Jurisdictione extra Territorium, occasione* L. ult. ff. de Jurid. habuit, (5. plag. in 4to.) In Tria Cap. est divisa. *Cap. I.* de Jurisd. extra Territorium in genere, describitur Jurisdictio in genere §. 1. sub specie Jurisdictionis prætores Rom. fere LLatoriam potestatem exercuisse §. 2. & potestatem judicandi judicibus pedaneis commisisse dicuntur §. 3. Prætorum tamen potestas ad certum erat restricta locum §. 4. Occasio Dissertationis §. 5. quid hic Jurisdictio? §. 6. quid Territorium? notatur §. 7. ubi distinctio: esse in Territorio, & esse de Territorio à proposito removetur. Utrum princeps extra suum Territorium Jurisdictionem consuetudine vel præscriptione acquirere possit? §. 8. pacto Jurisdictio extra Territorium acquiritur eoque vel expresse §. 9. vel tacito. Principes se invicem etiam extra Territorium ut principes venerari debent §. 10. non tamen semper solent; hinc non semper admittunt, ut principes ad se venientes in suos exercere possint Jurisdictionem §. 11. Princeps extra Territorium contra lædentem qui non est ex familia ipsius, non vi Jurisdictionis, sed jure belli, suum jus asserere valet §. 12. transitus ad specialia §. 13. & 14. *Cap. II.* de Jurisd. Civili extra Territorium *sect. I.* de Voluntaria Jurisd. E. T. definitur Voluntaria Jurisdict. §. 1. Actus ad eam pertinentes non omnes extra Territorium expediri possunt §. 2. Adoptio utrum extra T. fieri possit §. 3. & 4. An olim manumisio servorum? quæ hodie non pertinet ad Voluntariam J. sed est actus meræ facultatis §. 5. An filii emancipatio? §. 6. an insinuatio Testamenti? §. 7. Donationis? §. 8. An agnitio Bonorum possessionis? §. 9. An transactio super alimentis testamento relictis? §. 10. an confirmatio alienationis bonorum immobilium eorum qui sub Tutela vel cura sunt? §. 11. Judex domicilii potest confirmare alienationem bonorum pupillarum etiam extra Territorium ejus existentium, modo Tutor domicilii ab eorum administratione se non excusaverit §. 12. alii actus V. J. ut Unio prolium, insinuatio hypothecæ, Decretatis bonorum possessio, Tutoris datio recententur remissive §. 13. *sect. II.* de Jurisdictione Civili Contentiosa E. T. Jurisdictio Civilis describitur, ejusque quatuor partes constituuntur §. 1. Citatio extra

tra Territorium subdito insinuari potest §. 2. ex contractu tamen obligatus ad forum contractus vocari nequit §. 3. Singularis in Saxonia consuetudo §. 4. post litem autem, vel à defuncto, vel à se contestatam ex contractu obligatus in foro contractus conveniri potest, aut si bona ejus ibi sint arrestata §. 5. Idem asseritur de obligato ex privato delicto §. 6. In foro rei sitæ quis ex alio Territorio actione reali, vel in rem scripta: non tamen mere personali conventus, vocatus comparere debet §. 7. ad judicem prorogatum vocatus ex alio Territorio etiam hodie comparere tenetur §. 8. 9. 10. modo prorogans habeat potestatem prorogandi §. 11. Ex tacita prorogatione quis etiam ad judicem alias incompetentem vocari potest §. 13. item, ex continentia causæ §. 14. ad defendendum quis ex alieno Territorio vocari potest §. 15. & ad agendum ex L. diffamari C. de ingen. & man. §. 16. & ex L. si contendat ff. de fidejus §. 17. Testimonii dicendi causa vel ad alios actus judiciales ex alieno Territorio per literas subsidiales quis vocari solet §. 18. Litis contestatio coram incompetente judice facta inducit necessitatem extra ordinarii judicis Territorium litem peragendi §. 19. Causæ cognitio quomodo fiat, & testes quomodo extra Territorium sint examinandi in §. 20. Quomodo sententiæ executio extra Territorium fieri debeat, si condemnatus in Territorio judicantis nulla habeat bona, in §. 21. ostenditur. An nova cognitione opus sit, si judici exequenda sit sententia in suo Territorio, ab alio judice lata? §. 22. *Cap. III. de Jurisd. Criminali E. T. Jurisdictio criminalis describitur §. 1. In Jure Civili non differt à mero Imperio §. 2. non tamen per omnia convenit cum Jurisdictione superiori hodierna §. 3. hanc tanquam competentem agnoscere tenetur reus etiam ob delictum extra Territorium commissum §. 4. potissimum tamen forum est ubi delictum commissum. Contra reum absentem duplex procedendi modis (I) per literas arrestatorias §. 5. Remissiones facinorosorum hodie non sunt necessitatis, nisi in Casibus notatis in §. 6. nec repetitio delinquentis est necessitatis §. 7. (II) Edictalis Citatio, etiam in vicinis duorum Dominorum Territoriis publicanda §. 8. per literas subsidiales tamen rogandi sunt Magistratus in quorum Territoriis citatio edictalis publicanda, ut id*

patiantur §. 9. Relegatus ex uno Territorio, ex aliis Territoriis simul relegatus non censetur §. 10. nisi ex causa famosa expresse relegatus sit ex integra Provincia ejusdem Principis §. 11. nobilis in certo prædio suo destitutus patibulo, furem ad aliud prædium sub eodem Principe situm ducere potest suspendii causa §. 12. Confiscatio bonorum rei Criminis Majestatis non afficit bona extra Territorium Principis læsi sita; nisi & alii Principes ex pacto sint obligati, injuriam istam debite vindicare §. 13. Sententia judicis absolutoria reo patrocinatur etiam extra Territorium, nisi illa sit in præjudicium alterius principis lata §. 14.

D. XXII. Maji sub Præs. *Johann. Christoph. Holz*/ J.U.D. & Prof. Ord. &c. idem Resp. *Georg. Christoph. Pazker*/ Disp. XLI. ad ff. de *Legatis & Fideicommissis* habuit. Cui Disputationi methodo consueta sunt adjecta Decreta Regia & res judicatæ eo pertinentes. (4. plag. in 4to.)

RIGÆ.

*Calend. Januar. Prodiit Catalogus Lectionum, qua in Gymnasio Rigen-
sium Academico publicè proponuntur.* (pl. 1. 4to.) Tractabit verò
M. Daniel Eberhardus, SS. Theol. & OO. LL. Prof. *Theologica.*

Jo. Paulus Möllerus, Juris & Mathes. Prof. *Juridica & Mathematica.*

M. Michaël Pinsdörfferus, Philos. Prof. & Schol. Cathedr. Rect.
Philosophica; &

M. Jac. Wild, PP. Humanitatis studia.

D. III. Februarii *M. Liborius Döpken*, Past. Joh. & Ass. Consist.
Rig. in *N. L. hoc anno p. 104. f.* nobis memoratus, *Prodromum, Lexico*
Lettico, prelo committendo, præmisit, cujus titulus ita legitur:
Vortrab zu einem längst gewünschten Lettischen Wörter-Buchel
mehrentheils aller derer Wörter/ so in der Lettischen Bibel/ und als
len andern in der Lettischen Sprache ausgefertigten Büchern/ be-
findlich sind / und aus genauer Nachfrage der Lettischen Sprache
kündigen haben angeschaffet werden / auch immerhin in derselbigen
Sprache/ so wohl in Curland als auch in Lieffland gebräuchlich seyn
können; welches denn mit Göttl. Hülffe künfftigen Johannis unter
die Presse zu geben gesonnen/ inzwischen aber auch durch diesen Vor-
trab geübterer und gelahrterer Leute Sinnen zur Communication
ihres

ihres geneigten Beytrags aufmuntern und erbitten wollen. *Lib. Depkin, Palt. Joh. (pl. 2. 4to.)*

In hoc verò primum omnes Objectiones, quæ eum forsitan potuissent ab hoc instituto deterrere, breviter & modestè refutavit, iisque tum honorem DEI, tum necessitatem & utilitatem opposuit. Deinde 1140. Vocabula *Lettica*, non ubivis occurrentia, hunc in finem cum B. Lectore communicavit, ut si quædam præter isthæc cognita habeat, eorum eum omninò non sinat expertem.

D. XXIII. Mart. Resurrectionis festum, quod Christo redivi-vo & mortis in morte victori, victo invicto, quotquot cum eo resurgere & vivere amant, pie libare debent, ex cœlestis genii præconio (Marc. XVI. 6. expresso) indixit Progr. Lat. *M. Jac. Wildes* El. Hist. & Gr. L. PP. (pl. 1. 4to.)

Idem M. Wildius Orationem metricam *D. XII. April.* à *Casp. Elvers* de regio patientis *Jesu ornatu*, habitam, Programme Metrico Germanico intinnavit. (pl. 1. 4to.)

D. III. Maji modò nominatus *M. Wildius* Exequias *Johannis Fuhrmanni* Med. Doct. atque Practici, & Civitatis Patriæ Physici Primar. Programme indixit. (pl. 1. 4to)

Editus est in hanc lucem *Rigæ* A. 1628. d. 12. Oct. Parente *Johanne*, Cive ibidem primario, Matre *Anna Darfelia*. Positis in Schola patria fundamentis Gymnasium adiit, & post plura ingenii specimina A. 1651. d. 5. Jun. *tria obtinendi in affectibus & actibus humanis medi media* ex 11. *Arist. ad Nicom. C. ult.* submoderam. *D. 76. Breveri*, t. t. Phil. Med. & Eloqu. Prof. in medium produxit. Medicinæ autem animum applicaturus A. 1650. petiit Belgium, sed interjecta Britannica & Batavica Classe retraxit pedem, cursumque destinatum inflexit. Delatus itaque ad Oras Danicas, *Helsingoræ* expositus, *Hafniam*, Danici Principis Regiam, tum & commercii & duplici Academia celebrem contendit, cupidus verò visendi Belgii solvit *Lubecam*; dehinc commigravit *Hamburgum*, unde *Amstelodami* commodior dabatur aditus; quo *Europæ Compendio* oculo viso *Lugdunum Batavorum* sese contulit, ibique salutavit *Adolphum Vorstium*, Medicum præcellentiss. & Botan. Profess. *Joh. Kyperum*, *Anton. von der Linden* / *Joh. Hornium* & *Jac. Golium*, eosque per biennium sedulò audivit. A. 1654. Mens. Julio

Julio Deppam, Rothomagum, Cadomum visitavit, & A. 1655. Lutet. Parisiorum integrum mensem vixit. A. 1656. Rium, Angliam, Londinum, Oxonium, A. 1657. Dubrim, Caletum, Arelat. Aquas Sextias, Masfiliam, Portum Liburnum, Tractum Pisanum, Florentiam, Bononiam, Ferrariam, Venetiam & Patavium perlustravit, ibique Lauream Philos. una cum Medica conferente D. Hieronymo S. Sophia, Patricio Patavino & Med Prof Præsidente autem D. Jo. Cottunio, D. Georgij Equite, Patricio Veriensi, & Philos. Prof. Prim. accepit. Reditum meditantis *ὡς ἐν παρώδῳ* Romam, Augustiam Vindelicorum, Noribergam, Francofurtum ad Man. Colon. Agrippinam, Amstelodamum, Hamburgum, Lubecam, aliaque revisebat, & Francofurti solennis coronationis actus, quo Imperator Rom. Germ. LEOPOLDUS imperio suo inaugurabatur, fuit spectator. A. 1658. d. 27. Sept. Patriæ redditus in matrimonium duxit Annam Catharinam Müllerianam A. 1659. d. 7. Nov. A. 1662. Mens. Febr. Civ. Physicus, & A. 1689. Primarius fuit constitutus. Quam Spartam ornavit, usque dum LXXV. annis, & V. Mens. exactis A. 1704. d. 23. April. placidè obdormivisset. Ejus Filium, M. Arnoldum Fuhrmannum, commemoravimus in N.L. T.V. p. 261.

HAFNIÆ.

Die II. Octobr. Solenniter in utraque Academia celebrabatur. Natalis Augustissimi & Potentissimi Dan. & Norvvæg. Regis FRIDERICI QUARTI, in Equestri quidem, hora 10. à Lib. Barone Christiano de Rantzow, in Universitatis autem Auditorio Superiori, hora 12. a Rectore D. Johanne Bartholino SS. Theolog. Prof. P. ord. & Consist. Assessore, sed & præter varia a variis edita in festivitatem hanc carmina, Symbola & Emblemata apparuerunt (4 $\frac{1}{2}$. plag. fol.)

Hoc mense Fridericus Rosgaard Consiliarius Justitiæ & Archivarius Regius, Celeberrimus Poëtarum Danorum Stator & Vindex, postquam omnia M. Andreæ Bordingii inclyti quondam Poëtæ Dani carmina Danica in certos Tomos collecta publicare statuit, edita Designatione vernacula magnæ eorum partis, quam jam tum collegit, institutum publico aperuit, & Symbolas Civium expetiit. 1. plag. in 8vo.

Prodiit quoque Scriptum vernaculum titulo: *Et Gylde ne Rødgelse Altar etc. Precationes matutine ac vespertine*, ex Anglico

glico *Danielis Fiællii* Scripto, cui titulus. *Famulus Pietatis*, translata a *P. Saffio* (plag. 12 $\frac{1}{2}$. in 8vo.)

Lucem quoque viderunt *Grammaticæ Græcæ Præcepta Majora*, jussu Regio revisa, mutata & adaucta in usum scholarum Daniæ & Norvvegiæ. (Hafn. 1. Alph. 3. pl. in 8vo.) Auspiciis *Pauli Vindigii* S. R. M. Consiliarii Justitiæ, in Supremo Tribun. Cancellaria, & Consistorio Assessoris, & Græcæ L. Prof. P. ita adornata, ut præcepta ubique respondeant regulis Grammaticæ Latinæ, casus Ablativus ab exilio reëducatur, Articulus Postpositivus inter Pronomina collocetur, Accentuum (ceu recentiorum) doctrina parcius tradatur, denique quæstiones Grammaticæ ad solutionem orationis Dominicæ subjungantur.

D. XXVII. Ejusd. in Auditorio Collegii Regii cœptam Augustissimorum Daniæ & Norvvegiæ Regum ex Oldenburgica domo Historiam, publicis atque ordinariis *Declamationibus panegyricis* continuarunt *Nicolaus Coccius* Fridericoburgensis, & *Petrus Horreboe* Cimber, *Regiæ Communitatis Alumni*, quorum ille de *Christiano II.* hic de *Friderico I.* dissertavit.

D. XXX. Ejusd. in Ejusdem Collegii Regii Auditorio, *Bigam Theorematum Logicorum* α) de *Universalibus in essendo, an citra fidricem mentis operationem verè dentur in rebus?* β) de *numero Predicabilium quinario*, pro *Regiæ Mensæ beneficio*, Præside *Joh. Daniele Ramo*, Phil. Baccalaureo, & *Reg. Communit. Alumno*, ventilatam defendit *Severinus Borrichius* *Christ. Fil. Fridericob.* ($\frac{1}{2}$. pl. in 4.

Mense Novemb. Prælo libertata prodiit è Typographéo Regio quam N. L. A. 1702. p. 265. sub prælo sudare nunciavimus, *Descriptio Unctionis Regiæ FRIDERICI IV. & Regiæ LUDOVICÆ*, hoc titulo: *Den Hellige og Hoytidelige Kongl. Salvings Act og Festsivitet &c. S. & solennis Regiæ Unctionis Festivitas d. 15. Ap. A. 1700. in Arce & Basilica Fridericoburgensi celebrata*, jussu Regio descripta per *D. Henricum Bornemannum* *Episcopum Sædlandiæ*, *Facult. Theol. Decanum & Prof. P. & figuris æneis ornata* (in fol. 1. Alph. & 17. plag.)

D. VII. Novembr. in Auditorio Collegii Medicei Dissertationem Physicam posteriorem, de *Effluviis frigorificis*, ventilavit *Christianus Koli-chen* *Casp. Fil.* Respondente *Hilario Hagerup.* pl. 2 $\frac{1}{4}$. in 4to.

D. XVII. ibid. Dissertatio Ethica Secunda de *Vita & vitu Filii Prodigii* occasione *Luc. V. v. 16.* ventilata fuit; Præside *Esaia Helr*, Resp. *Christiano Cassubio Bergensi* (2. pl. in 4.)

D. XXIII. Ejusdem de Causis Μυστηριολύψεως invicem inter Christianos & Gentiles olim usitata Schediasma proposuit M. Job. Matthias Hammerich, Respondente Matthia Thestrup; Constat. 2. Capitibus, quorum I. Cur Christiani ad Sacra & mysteria sua non admiserint Gentiles, & II. cur sacra & mysteria sua profana, præsentibus Christianis non pegerint Ethnici (3. pl. in 4to.)

Summarium Cap. I. §. 1. a Christianorum Sacris & mysteriis eorumq; cognitione exclusi fuerunt Ethnici, quod probatur ex decreto Synodi Alexandrinæ, Theodoretō, Cyrillo Hieros. Ambrosio, aliisque. Opinio Albaspinæ de illorum admisione ad Conciones refutatur testimoniis veterum. §. 2. Primæ classis Catechumenis doctrinæ arcana tradere non concessum. Formulæ quibus à Mysteriis arcebantur. Eorum & gentilium in plerisq; ferme æqualis conditio. Informatio non publicè concionibus peracta. Pfannerus notatur. §. 3. Cur Ethnicis sua Mysteria non tradiderint Christiani. Ut excitaretur in illis desiderium percipiendi illa. Ambrosius à Casaubono accuratè expensus. §. 4. Purgarunt se qui templa adirent. Necessariâ initiatio & informatio eorum, qui Sacrorum participes fieri voluerunt? §. 5. Gentiles Mysteria & dogmata Christianorum non intellexee. §. 6. Eadem & scripturus malè interpretati sunt. Causæ hujus rei. Αβλεψία Origenis §. 7. Sacra ista contemptim risu exceperunt. §. 8. Oratoria & urbes una cum hominibus combusserunt. §. 9. Varii modi à Saceris suis Ethnicos excludendi Christianis usitati. Conventus nocturni & clancularii. Fores Conventiculorum clausæ. Ostiario- rum officium.

Summarium Cap. 2. §. 1. Gentilibus mos arcendi, à sacris suis, Christiani Profanis annumerati ab Ethnicis. Silentium Sacerum. Sacra Christianis præsentibus non peracta. Testimonium Luciani. Librorum Gentilium lectio Christianis à Juliano interdicta. §. 2. Tiberium Christi ἀποθεῖον meditatum fuisse negatur contra alios. Nec ab Hadriano tale quicquam cogitatum. §. 3. Causæ, cur præsentibus Christianis Sacra non facta. Atheismi, homicidii & Sacrilegii Crimina Christianis impacta. §. 4. Christiani Paganis invisī propter doctrinæ novitatem, cum Veterum Sacrorum contemptu conjunctam. §. 5. Idem cultuum Idololatri-
corum

corum turbatores. §. 6. Paganismi interitum & suorum defectionem, si tot illorum scelera à Christianis detegerentur, metuebant Ethnicis.

D. XXIX. *Ejusd.* Ventilata fuit Dissertatio Historico-Ecclesiastica de *Ambone Veterum*, Præside *Laurentio Terpagrio*, *Petri Filio*, Resp. *Petro Herslebjo* 3. pl. 4. Cujus Sect. 1. Ambonis originatio. 2. Synonymia. 3. Homonymia. 4. 5. 6. Materia & ornamenta. 7. Forma. 8. Locus. 9. 10. 11. Finis & usus evolvuntur. 12. Sacra in Ambone administrantes, in specie Lectores. 13. *Diaconi*. 14. *Subdiaconi*. 15. *Episcopi*. 16. Prima Ambonis origo & Auctor, ventilantur. 24. In Collegii Regii Auditorio, solennia pro Regie Mensæ Beneficio declamationum exercitia pertexuerunt *Petrus Ferus* & *Aurelius Tries*, Regie Communitatis Alumni quorum ille CHRISTIANI III. hic verò FRIDERICI II. laudes brevi encomio recensebat.

Cæterum ineunto hoc Mense, Collegium in Novum T. *Analytico-Criticum*, circa dubia N. T. vexata, eodem modo ventilanda, quo V. T. exposuit *B. Pfeifferus*, oratione solenni de *Studio Biblico in Academia Havnensi feliciter excurto*, auspicabatur *M. Sever. Lintrupius*, Def. Prof. Havn. Rect. Sch. Berg. & p. t. Commun. Reg. Præpositus, quam juxta cum *Dubiis* selectioribus 400. publico fortè aliquando exponet.

Prodierunt etiam *P. Ovidii Nasonis Heroum & Heroidum Epistola* ex latino totidem versibus Danicè reddita, hoc tit. *Elstende Førstinders Sørge og Klage-Breve I* og *Elstende Førstinders og Førstinders Kierligheds Breve* Auctore *Christiano Rose*, cum Summariis & Notis Criticis, Mythologicis, Poeticis latinis &c. 1. Alph. 8. pl. in 4. In præfatione Auctor similem *Æneidos Virgilianæ translationem* cum aliis poematis vernaculis promittit publico.

Huc referimus scriptum vernaculum hujus tituli: *Førstelige Dyders Spenel* &c. *Speculum Virtutum Augustarum in Glorioso Cesare Trojano*, repræsentatum *C. Plinii Panegyrico* Danicè nunc translato; & summariis atque annotationibus illustrato a *M. Petro Brinck Jac. Fil.* 16. pl. in 8.

Sora.

D. IV. Octobr. humo mandatus est *Laurentius Voss* in Collegio

Ec 2

Cancellaria.

Cancellariæ Danicæ Assessor, ut & Soræ ejusque adjacentium bonorum Præses. Natus Londini Scanorum An. 1637. d. 24. Junii, Patre D. Nicolao Foss, Scanorum Practico Medicinæ Provinciali, & Capituli Londinensis Canonico, Matre Catharina, Matthiæ F. Postquam positis Soræ studiorum tyrociniis, civitatem Academicam ibidem A. 1656. meruerat, A. 1662. d. 19. Aug. iter ad exteros maturavit, quo, post Iustratas diligenter Bataviam, Angliam, Galliam, Italiam, Helvetiam, Venetias, contractamq; cum Celeb. exterarum Academicarum Doctõribus & Professoribus, utpote Lugduno Batavæ Gronovio, Acktmanno, de Baye, Sylvio, Wittebergensis D. Casp. Ziglero, D. Abrah. Calovio, D. Strauchio &c. familiaritatem, atque obtentos in Academia Patavina, Collegii Medici suffragio titulos hunc ordinem decentes, exantlato, in Patriam A. 1670. d. 30. Septembr. reversus in Collegio Cancellariæ Danicæ Assessor denuntiatur, deinceps Præses Soranus & adjacentium bonorum Curator constitutus, quod 8. annis officium administravit.

Cæterum universam ejus Biographiam luculentius descriptam exhibet Programma Rectoris Academicæ Havniensis *D. Joh. Bartholini* SS. Theol. Prof. P. &c. & *M. Andrea Frolundii* Des. Prof. Philos. in Acad. Havn. & Regiæ Scholæ Soranæ Rectoris Inscriptio 2. pl. in fol.

Christianсандiæ.

Medio *Mens. Nov.* obiit *M. Janus Jersinus*, Pastor Ecclesiæ Christianсандensis Primarius & vicinarum Præpositus D. Jac. Jersini, Stavangriensis primum, & postmodum translata illuc sede, Christianсандensis Episcopi Filius, & D. Jani Dionysii Jersini Præsulis Ripensium, & Theologi quondam *παρακλητοδότης* Nepos; qui primum Ecclesiæ ad Novum Templum Bergenſe Commiſſiter, inde A. 1698. Christianсандiam vocatus, discesserat.

è Fionia.

D. XXIX. Nov. Sepulcro illatus est *D. Thomas Kingo*, Fioniæ Episcopus, natus in urbe Sædlandiæ Slingerup A. 1634. d. 15. Decembr. Patre Johanne Thoma Kingo, Matre Catharina Severini Fil.

Fil. Post. firmatum studiorum rudimentis animum, primò Aalburgi, deinde Fridericiburgi, A. 1654. civibus Academiae Havniensis annumerari meruit, Rectore D. Thoma Bangio, & Decano Fac. Philos. Mag. Bartholo Bartholino. Hinc absoluto studiorum Academicorum cursu, A. 1662. *οὐνεργὸς* Dn. Petro Wormio, Pastori Ecclesiarum Kirchehelminge & Drösselberg / & Præposito Löwenfi, An. autem 1668. Successor Dn. Severino Gotblando, Ecclesiastæ Slangerpensi, datus, eodemque anno Laurea Magistrali redimitus, A. 1677. d. 25. Febr. Episcopus Fionix vocatus, & prima mox post Pascha Dominica à D. Johanne Baggero Sædlandiæ Episcopo inauguratus fuit. Quod munus 26. Annorum spatio administratum, vestitis interim prætexta sacra, atque ordinatis per *Χεῖροθεσίαν* 337. Viris, constitutisque 41. Præpositis, d. 14. Octobr. 1703. cum sarcina corporis deposuit. E triplici conjugio, quod primò cum filia Lamberti Blanckenburg, Vidua Dn. Petri Worm, secundo cum Johanna, Laurentii Filia, vidua Christierni Petræi, Inspectoris bonorum Grydendal & Mørckegaard / tertio cum Birgitta Balslow, D. Christophori Balslovii de Graudegaard in Collegio Cancellariæ Assessoris & Medici Celeberrimi filia, superstite nunc vidua, contraxerat, nullam equidem reliquit sobolem, sed fœtus ingenii vivacissimi, & venæ Poeticæ felicissimæ plurimos, dignos omnes, qui obstetricante posteritate diligenter collecti, in seculum irent. Eminent in iis *Chori Musici S. seu Hymnorum S. vernaculorum* Partes 2. in 8 sæpius recusæ & partem magnam Germanico etiam metro dudum expressæ à Mag. Friderico Brandt. *Hymnarium vernaculum* in 8. editum A. 1689. novissimum item corpus hymnorum, ipso vel Auctore vel Curatore formatum, à Theologis Havniensibus probatum, & jussu Regio solenniter in usus Ecclesiæ Borealis A. 1699. introductum, triplici forma in fol. 8. & 12. editum &c. *Descriptio Insulæ Samsøæ metrica*, aliaque miscellanea innumera fere carmina, ut de *Concione ejus sunebri* in obitum D. Jacobi Birckerothii Theol. Prof. Ottoniani &c. nihil dicamus, uberiorem forte alibi de meritis Beati in Poësin patriam relationem curiosis daturi.

Successor autem B. in cathedra Episcopali datus est D. Christianus Rudolphus Muller S. R. M. Concionator Aulicus Germanicus & SS. Theol. in Academia Equestri Prof. P.

Andreas Hof Ecclesiæ Neoburgensis Comminister, Scriptum vernaculum edidit hujus tituli: *Reedværdige Giæst und Christi Vord/ eller underrøttung om Allterens Sacramente. Dignus Mensæ Dominicæ Hoffes, seu Informatio de Sacramento Altaris, ex homiliis ad populum Neoburg. habitis &c. 14. plag. in 12.*

E Diœcesi Bergensi.

Prælo tandem liberata prodiit, Anno 1702. p. 367. nobis memorata *M. Nicolai Stabell Sundensis* prope Bergas, Parochi, *Concio Parentalis*, in funere *Augustiss. & Potentiss. Monarchæ, D. CHRISTIANI V. Daniæ & Norweg. Regis &c. A. 1699.* habita, ad *1. Reg. II. v. 1. 2. 3. 4* cum præmissis *Exordio è Thren. V. v. 15. 16.* titulo: *Ent Sengeligt Testamente S. Testamentum Regium. (pl. 9 $\frac{1}{4}$. in 4to.)*

Hafnia.

D. III. Decembris in Auditorio Collegii Regii pro Beneficio Regiæ Mensæ, Præsidente *Johanne Daniele Ramo* Philosoph. Baccal. Reg. Commun. Al. Respondente *Christierno Thoma Aalstrup* ventilabatur *Thematum Logicorum τρις 1) de numero operationum intellectus. 2) De Predicamentorum denario. 3) De vocibus, an tam res, quàm conceptus, & quid principalius significant? (1/2. pl. 4.)*

D. V. Decembr. in Collegio Medicæo, Præsidente *Hilario Christophoro Kaastøl*, ac Resp. *Hermanno Eggers*, publicè ventilata fuit *Dissertatio Historico-Critica de Modis Salutandi*, in 3. Cap. tributa, quorum 1) Judæorum, 2) Græcorum, 3) Romanorum salutationes percensentur. (3. pl. in 4.)

D. VI. Decembr. Sepulchro illatus est *Albertus Bartholinus*, Regiæ Urbis Hafniensis Consul, & S. R. M. in Cancellaria Secretarius, τῆ παύσιν *D. Thomæ Bartholini* Archiatri Regii & Profess. Havniens. celebratissimi &c. quintus & natu minimus filius, *An. 1668. die 20. April.* natus, *A. 1686.* civitate Academica Hafniensi donatus, *A. 1690.* post exactum in exteris regionibus Gallia, Anglia, Belgio, Germania, triennium Secretarius in Cancellaria Regia denominatus, *A. 1697.* Consul metropolitanus designatus, ductaque *A. 1698.* in thalamum *Johanna Maria Dobelstein* duorum liberorum Pater factus, *A. 1703. d. 16. Novembris* variclis in ipso ætatis flore extinctus. *Programmate Academico Fratris D. Johannis Bartholini*

tholini SS. Theolog. D. & Profess. Academ. Rectoris honoratus. Cui Successor in munere Consulari datus est Johannes Bertramus Ernæus S. R. M. Consiliarius Cancellariæ, & Politicæ Magistri Vicarius.

D. VIII ejusd. In Collegio Medicæo, Præsidi Thomæ Schive, Resp. Henrico Jani Grotum, ventilabantur theses Mathematica. (1. pl. in 4.)

D. XII. Decembris in Collegio Medicæo, Præsidi Martino Frisio, Laur. Fil. Respond. Martino Lundio, habita fuit Disputatio Imæ. de Erroribus Pictorum plag. 2 $\frac{1}{2}$. in 4 Cujus Cap. I. 9. in Historia Genes. Cap. II. unus in Exodo, Pictorum errores perstringuntur.

D. XIX. ejusd. in Auditorio Collegii Regii cœptam declamationum panegyricarum telam pertexuerunt duo Regiæ Communitatis Alumni Christianus Thomæ Aalstrup & Lago Borricbius, quorum ille Christianum IV. hic Fridericum III. prægloriosiss. memor. brevi elogio celebrabant.

Eodem mense è Typographæo Regio recognita prodit Phræseologia Stephania in 8.

LUBECÆ.

Impensis Job. Widemayeri publicatus est Concionum Scholasticarum Fasciculus, hanc præ se ferens Inscriptionem:

Lübeckischer Schul-Brunnen / in einer besondern am 28sten Octobr. (war der XXIste Sonntag nach Trinitatis) im Jahr Christi MDCC III. in der Haupt-Kirchen zu St. Marien gehaltenen Predigt / aus dem IVten Buch Mosi Cap. XXI. 18. Das ist der Brunn / den die Fürsten gegraben haben / die Edlen im Volk haben ihn gegraben / durch den Lehrer und ihre Stäbe / gezeigt / und nebst einigen in Annaberg gehaltenen Schul-Predigten / zu guter Erbauung dem Abdruck übergeben / von George Heinrich Gözen / der H. Schrift D. und derer Lübeckischen Kirchen Superintendenten. Lübeck. 1704. (14 pl. 4to.)

Concio I eaque Lubecæ habita, pertractat è Num. XXI, 18. vers. atque varia, lectu non injucunda, quæ ad Statum Scholæ Lubecens. atque Educationem Liberorum spectant, adducit. P. 34. nonnulla de Ottone Gualiperio leguntur. Insequuntur hanc III. Homilie,

milia, *Annebergæ* olim recitata, quarum I. in *Præloquio* è *Jac. I. 5.* in *Exordio Act. X. v. 31.* & ipsum *Textum* ex *Luc. VII. 4. 5.* explanat. II. Verò ad *Sap. IX. v. 10.* in *Præloquio* è *Pf. CXLVIII. v. 12. 13.* & in *Exordio* denuò è *Jac. I. v. 5.* exponit. III. Denique è *Sir III v. 17. 18. 19.* atque in *Præfat.* verba Abrahami *Gen. XIII. 27.* illustrat. Leguntur autem in hisce utilisima monita, quæ tum ad Patros Scholarum, alendo eas & beneficiis maclando, tum ad discen- tes, ut piis precibus ad Studia accedant, & humilitati studeant, variis hinc & inde conquisitis exemplis, ex Historia Literaria petitis, spectant.


Ejusdem *D. Gazii* Conciones, diversis olim temporibus atque locis impressæ, atque à nobis *Nov. Lit. M. B. T. V. p. 209. sq.* enumerata, nunc demum, conjunctim editæ in *pec. Volumine* lucem publicam adspexerunt, ita insignitæ :

George Henrich Götzens / der **H. Schrift Doct. und Superintendentis** in Lübeck / *Miscellan: Predigten und Betrachtungen über besondere Sprüche Heil. Schrift / zu unterschiedenen Zeiten ehemahls in Chemnitz / Dresden und Annaberg gehalten und ausgefertiget / jehò aufs neue zu guter Erbauung zusammen gedruckt / und mit 5. nöthigen Registern versehen / mit Königl. Pohl. und Chur: Fürstl. Sächsisch. allergnädigsten Privilegio. Chemnitz bey Conrad Stöffeln 1704. (5. Alph. 15. pl. 4to.)*

In *Præfamine*, quo Lectorem compellavit Autor harum Meditationum, ad *2. Tim. I. v. 6.* commentatus est, atque instituti rationem breviter exposuit. Dum autem, ob instantes nudinas, operæ Typographicæ omnia Scripta absolvere atque recudere nequiverunt, in se recepit Collector harum Concionum, alterum idque ultimum, adornare *Volumen*, atque in isto ea Scripta, quæ primo nondum fuere illata, exhibere, illisque quasdam Meditationes, quæ in scriniis hactenus latuerunt, subjungere, prout

nuper in *Observat. Hist. Hamburg. T. VI. p. 176.*

indicatum fuit.



NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis AUGUSTI. A. M DCC IV.

SUERINI.

Lucem publicam adspexit pronuper Tractatus, vernacula lingua scriptus, & hoc modo inscriptus:
Joach. Martini Schumanns / ältesten Pastoris am Fürstl. Dom in Schwerin / schriftemässig behauptete Sündlich, und Sefligkeit derer so genannten Schön. Flecken / nebst einer Vorrede *Hn. Johann Wincklers* / Past. der Kirchen zu S. Mich. und Senioris des Hoch. Ehrw. Minist. in Hamburg. Hamburg / bey Gottfr. Liebernickel. (9. pl. 8vo.)

Ipsa Præfatio, huic scripto præmissa, satis prolixè invehitur in maculas illas, quibus venustatis aucupandæ gratia facies oblinitur & deturpatur, ita ut earum *originem*, *qualitatem* & *usum* delineet, atque illarum Patronos insimul refutet. Auctor verò *Tractatus* occasione verborum, quæ *Cant IV. 7.* leguntur, & ab ipso explicantur, halce *maculas* ita expendit, ut 1) illarum *ortum*, 2) *turpitudinem*, & 3) *usum* improbet ac describat, additis saluberrimis monitis, quæ hoc vanitatis genus impugnant, atque illud mulieribus fugiendum esse graviter serioque suadent.

Idem Autor in *Acad. Lips. A. 1690.* pec. Dissertationem ad *Job. II. v. 3.-6.* exhibentem Doctrinam de *Verò Christianismo* sub Præsidio *D. Jo. Olearii, PP.* proposuit. (pl. 12.)

ROSTOCHII.

Die IV. Junii. Dissertationem Theologicam Moralem de *Vindicta*

disſa vitanda, ex Rom. XII. 19. Præſide D. Jo. Nicol. *Quiſtorpio*, PP. & Superint. propoſuit *Georgius Monradus*, Aaſtrup. Hoſſatus. (pl. 3.)

Placuit verò Autori hujus Diſſertationis, Legem Academicam: *Nemini ſine ſtudiorum ſpecimine eſſe diſcedendum*; perpendiculari, adeoque Exercitationem hancce Theologicam paranti, dictum propoſitum ita diſcutere, ut non ſolum in genere de *Paulo Apoſtolo* ejuſque *Epistoſis* agat, ſed etiam ſeorſim ad *Pauli Epistoſtam* ad Romanos ſcriptam reſpiciat, atque brevi Exegeſi comma illud, quod *Vindictam privatam* interdicit, atque commendat 1) *Mansuetudinem*, 2) *Ignoſcentiam Chriſtianam*, & 3) *Ira Vindictæque Moderationem*, illuſtrat, additis *Erotematibus* quibusdam, quorum primum eſt: *An Vindicta plane ſit prohibita? Secundum eſt: Num privatam & ſic prohibitam vindictam ſaprat, quando nonnulli hodie, qui ſingularem pietatem præſentunt, optimos Theologos, oſtendentes errantibus reſtãram viam, & in Deo petentes, ut ad ſanam mentem redeant, ſalutant: Ueulinge / unbefugte / untheologiſche Theologos, Lãhrmblãſer / Heretiſicantes, Sycophantas, laborantes pruritu rixandi? Ac tertium denique eſt: Num Votum illud ex Pf. CXXXVII. v. ult. deſumptum, quod in Eccleſia noſtra in hymno: An Waſſerflüſſen Babylon ic. decantari ſolet: Du ſchnöde Tochter Babylon ic. ſit votum vindictivum, ex malo vindictæ affectu proſectum? Singulis adjiciuntur Reſponſiones paratiſſimæ. In Epistoſta denique illa, quã D. Jo. Fechtius Reſpondentis conatus dilaudavit, hæc leguntur verba: Hac ſolare à Theologie cultore ſimulato verus & non fucatus diſcernitur, quod ille ſcholis doctorum nomen primò dat ſuum, deinde perſonam nonnunquam per intervalla præſentat, hic verò SEDULO & CONSTANter, pro Symbolo ſuo quotidiano reputat, & cum vel unius horæ uſu etiam præter voluntatem ſuam privatur, inter irreparabilia temporis diſpendia reponit.*

D. V. Ejuſd. ſub Præſ. *Joh. Joach. Schöpfferi*, J. U. D. & PP. Com. Pal. Cæſ. Diſputat. Jurid. Inauguralem de *Juramento judiciali, ſine probationibus delato*, pro Licentia, ſummos in utroque Jure honores & privilegia ritè capeſſendi, ventilandam propoſuit *Franciſcus Erneſtus Kohl*, Raceb. Meclenb. Judicior. Ducal. Advoc. & Procurat. Ord. prævio Programme Præſidis. (pl. 4)

Absolvitur III. Capitibus hæc Diſſertatio, in quorum I. quod de juramento judiciali delato, ſi aliæ probationes deſint, agit

§. 1. sqq. Doctores adducuntur, qui juramentum judiciale, sine probationibus non admittunt. §. 6. sqq. horum rationes adducuntur §. verò 23. sqq. contraria sententia rationibus firmatur, quæ & Juri Saxonico §. 32. & Lubec. & Hamburg. conformis. §. 33. quæ etiam autoritatibus firmatur §. 34. sq. & ad contraria respondetur §. 36. sqq. §. 42. - 44. Mevius ter notatur. §. 45. sqq. reliqua dubia resolvuntur. §. 53. differentia inter juram. judiciale & purgator. indicatur. §. 54. sq. Autoris thesis ampliatur & declaratur. *Cap. II.* quod juramentum, judic. delatum, licet aliæ probationes haberi possint, sistit, Autor dicit §. 1. sqq. quod hæc quæstio magis dubia videatur, negativa enim probatur *Exod. XXII.* §. 4. *Math. V.* §. 5. ex jure Canon. §. 6. sq. & Romano §. 8. aliisque rationibus §. 9. sqq. Affirmativa verò probatur textibus Juris Rom. qui generaliter loquuntur §. 18. sq. imò clarè electio actori conceditur. §. 20. & reg. quoties alicui plura competunt remedia, toties ejus est electio §. 21. nec ulla lex adduci potest, quæ hoc casu delationem prohibeat §. 22. §. 23. sqq. jura statutaria adducuntur. §. 25. dist. adducitur & probatur. §. 26. sqq. contraria verò diluuntur. In *Cap. III* quod juramentum jud. delatum post susceptas probationes exhibet, §. 1. 2. dicitur, post susceptam probationem alios non admittere juramenti delationem, §. 3. contrarium probatur, §. 4. sqq. disquiritur, an ante attestata publicata huic Juramento locus? §. 7. sqq. an post publicata? §. 17. sqq. an post lapsum terminum probatorium, juramentum adhuc deferri possit? §. 22. affirmatur in appellationis instantia adhuc admitti Juramentum judiciale.

Eod. die in eadem Cathedra & eodem Præside jam laudato *D. Schapfero*, Fctis Jur. Decano, Disput. Inaug. de *Reprobatione*, ventilationi submitit *Jo. Christoph. Attemeyerus*, Vratislav. Siles. Reipubl. Rostoch. Cameræ-Secretarius, prævio Programme Præsidis. (pl. 4 $\frac{1}{2}$.)

Dispersitur in II. Cap. hæc. Dissert. quorum I. inscribitur de *Reprobatione in genere*, §. 1. 2. reprobationis significatio adducitur, & describitur §. 3. quæ regulariter in judicio, §. 4. triplici modo fit, §. 5. 6. & competit producto, licet judex illius in sententiâ nullam fecerit mentionem §. 7. 8. vel productus eam sibi non re-

servaverit §. 9. ex jure tamen Canon. protestationem requirit Brunnemannus §. 10. cujus sententia §. 11. sqq. ut & Berlichii §. 16. sqq. rejicitur. §. 20. dicitur, quod reprobatio, quam defensionis speciem nominavit, in omni causa, in Criminalibus §. 21. accusatori §. 22. sqq. in causis civilibus, §. 27. sqq. præterquam in causis executivis §. 30. sqq. in Possessorio momentaneo, §. 33. sq. in causa juram. delati §. 35. sq. & in præsumptione juris de jure §. 37. sqq. permittatur, §. 41. sq. reprobationis quoque admittitur reprobatio. II. De *Termino reprobatorio* agit, & §. 1. sqq. arbitrarium eum sistit, ita tamen ut facultas reprobandi concedatur, licet per nullam sententiam interlocutoriam sit injuncta §. 4. §. 5. & 6. de dubio: an attestatis actoris jam publicatis, reus adhuc admittendus ad reprobationem? DD. affirmantes & negantes adducuntur. §. 7. 8. instrumenta post publicationem attestatorum in reprob. admittuntur, si verò per testes ea fieri debeat, personæ testium in termino productionis statim reprobandæ dicuntur, adjuncta tamen, §. 13. limitatione, §. 14. sqq. de teste pecun. corrupto agitur. §. 17. 18. asseritur, post publicationem quidem articulos non directo contrarios, non verò directo contrarios communiter admitti, §. 19. 20. cujus tamen contrarium §. 21. sqq. probatur. Quomodo Reprob. fiat in Saxonia ante publicat. attestat. §. 35. sqq. in Ducat. Mecklenb. §. 38. & in Civitate Vratislav. §. 39. ostenditur. §. 40. seq. dicitur, quod toties productus admittatur, quoties producens novos testes producere possit post publicat. attestat. Tandem §. 42. sqq. quæstio ventilatur: An in Appellationis Instantia productus nov. testes producere valeat super articulis producentis directo contrariis.

Visis nunc Candidatorum prælaudatorum *Dispp. Inauguralibus*, lubet quoque eorundem vitæ rationes hic exponere. Natus est autem Prior Candidatus *Koblius*, d. 17. Maji A. 1667. Patre *Christiano Koblio*, Rostoch. Scholæ Cathedral. Raceburg. Mecklenb. Rectore, Matre *Margaretha Pekelia*, B. *Matthia Pekelii*, Ser. Duc. Lavvenburg. Sax. Regentis & Raceburgi Residentis Concionatoris aulici filia, quæ parente ejus jam A. 1677. defuncto, deinceps nupsit *Philippo Fischer*, Ribenitz. Meclenb. Schol. Raceb. Op. pid Rect. nunc vero *Eccles. Hohenhornensis* in Ducatu Lavvenburg Pastor, cujus etiam informationi Candidatus hic tum in Schola Raceb.

Oppid. tum in Parochia Hohenhorn. commissus; dehinc A. 1686, Luneburgensem Scholam Michaelit. sub *M. Jo. Büschii* manu-
 ctione per triennium frequentavit, ultimoque anno privata in-
 formatione *Licent. Schnarmacheri* in Institut. juris usus, eos fecit
 progressus, ut A. 1689. ad scholas abire Regias, & primum qui-
 dem ad Rostoch. posset, ubi Ductoribus *Jacobo Lemkenio*, J. U. D.
 & PP. dehinc Civit. Rost. Consule, & *Joh. Kleinio*, J. U. D. hodie
 Acad. Rectore, omnem curam & inceptum Juris studium appli-
 cavit. Positis ita in Jure fundamentis Tribunalia & Aulas visu-
 rus, *Berolinum* se contulit, inde *Dresdam*, *Hannoveram* & *Cellam* pro-
 fectus est. A. 1691. per *Holsatiam* iter faciens in *Daniam* migravit &
Hafnia per integr. ferè annum commoratus est. Ex *Dania* ad *Holsatos*
 reversus *Kilonium* petiit, ubi fratris natu majoris *Francif. Dieterici*
Kohlii, Schol. Kil. Rectoris hospitio exceptus, & privata *D. Reiberi*,
 Jur. & Math. Prof. informatione, jura ulterius excoluit, simulque
 occasionem ibi nactus est, filios quorund. Equitum *Holsatorum* à
Tbienen & *Ablefeldi* informandi, a quibus cum dolore dimissus est,
 cum status familiæ mutatus dimissionem efflagitaret. Tandem
 sub initium A. 1703. per *Sverinum* rediit *Rostochium*, ubi consilio
D. Thome Amelii, suprem. judiciorum *Meclenburg.* tunc Advoca-
 cati, jam consiliarii justitiæ Ducal. *Meclenb.* Affinis sui receptio-
 nem in numerum Advocatorum *Ordinar. Ducal.* obtinuit, quam
 provinciam ut eò magis ornaret, *ECTi Juridicæ* nomen dare non
 crubuit.

Posterior Candidatus *Attmejer*, A. 1677. d. 16. Jun. *Vratis-*
laviæ in *Silesia* natus est Patre *Carolo Friderico*, Cive & Mercato-
 re ibidem primario atque Templi & Xenodochii ad 1000. Vir-
 ginum dicti Præside, Matre *Maria Rottenbergeria*. Literis in pa-
 trio Gymnasio *Elisabethano* per XIII. annos innutritus, præci-
 puè informationem *Martini Hanckii*, Gymnas. Rectoris, & Scho-
 larum August. Confess. Inspectoris, uti & *Gottlob Kranzii*, Hist.
 & Eloq. Prof. & Bibliothecar gratis prædicat, nec pœnitet ipsum,
 antequam ad *Academias* pergeret, *D. Jo. Anton Waltherum*, causa-
 rum Patronum legentem & examinantem in patria audivisse.
 Cumque eodem tempore *Rex Romanorum Josephus* nuptiarum so-
 lennia *Viennæ* celebraret, iter eò direxit, ut nuptiarum pom-
 pam, atque Aulae & urbis ornamenta videret. His autem vi-

lis *Lipsiam* se contulit, pauloque post *Halam* transiit fama *Sam. Strykii*, *Christ. Thomasi*, *Jo. Sam. Strykii* ac *Jo. Franc. Buddei* illectus. Cum per integrum ibi triennium commoratus esset *Rostochium* concessit, ubi in studiis, informatione *D. Steinii* & *D. Schapferi* usus, eos fecit progressus, ut sub prioris Præsidio in *Schrobellii* exercitat. de Jurisdictione publicitus cum laude disputaret, & examen pro Gradu in jure obtinendo subiret, unde & factum, ut *Senatus Rostoch.* eidem Secretarii *Camerae* officium, quo defunctus erat *Jo. Cass. Steverus*, Statuum quoque provinc. *Meclenburg.* Secretarius, deferret.

D. VI. Ejusd. M. Henricus Ascanius Engelke / S. Th. Prof. Extraord. Disputationem II. in B. Schomeri Collegium Anti-Socinianum de Deo ventilandam proposuit, Resp. Joh. Sigismundo Pilgrim, Buxtehuda - Brem. cujus non ita pridem mentionem fecimus. (pl. 2½.)

*D. VII. Ejusd. Sub Præsidio D. Jo. Fechtii, P.P. Disputat. Theol. qua Studium Theologiae Polemicae, contra Fanaticos & Novatores, nominatim G. Arnoldum defensum est, examini submitit Autor, Jo. Joach. Arends, Tundera - Cimber, quem sup. anno *Merf. Nov. p. 243.* memoravimus. (pl. 20.)*

Sciagraphia hujus Disputationis hæc est: præmissis §. 1. præliminari de genio *Arnoldi*, §. 2. de *Adversariis* Theologiae Polem. agitur, & quidem α) de integris populis, β) de variis sectis, in specie *Atheis*, *Libertinis*, *Neutralibus* §. 3. *Indifferentistis*, *Syncretistis*, *Pseudo-Politicis* §. 4. *Fanaticis*, *Quakeris*, *Socinianis*, *Arminianis*, *Rosencreuzianis*, *Quietistis*, & *Pietistis* §. 5. γ) de certis personis, in specie *Agrippa*, *Carlstadio*, *Erasmio*, *Bodino*, *Hobbessio*, §. 6. *Weigelio*, *Böhmio*, *Engelbrechtio*, *Fuhrmanno*, *Hohburgio*, §. 7. *Ant. Bourignonia*, *A. O. Hoyerin*, *Th. Brovonne*, *Hadriano ab Andria* aliisque §. 8. *Rob. Barclajo*, *J. A. Rabe* / *Thomasio*, *Brenneysenio*, §. 9. *Gundlingio* §. 10. *G. Arnoldo* §. 11. §. 12. de iis, qui indirecte studium Polem. improbant, §. 13. *Theologis* nimis tepidis, & §. 14. de *Theologis* odii adversus *Theol. Pol.* falso accusatis. §. 15. De *Causis* odii ipsorum adversus *Theol. Pol.* quæ sunt 1. draco antiquus, 2. cæcitas mentis humanæ, 3. præconceptæ opiniones, 4. §. 16. odium omnis ejus, per quod ipsi oppugnantur, 5. metus, ne sui errores per
cam

eam detegantur & cupido simpliciores retrahendi à scrutatione verbi divini ad Enthusiasmos, §. 6. affectatio libertatis filiorum Dei. 7. §. 17. Fastus spiritualis, 8. affectatio gloriæ novæ reformationis, 9. præposterum pietatem quomodocunque promovendi studium, 10. amor nimius Theol. mysticæ. 11. §. 18 Fastidium & contemptus veritatis intellectualis, 12. falsa persuasio de totali Theologiæ biblicæ & moralis neglectu. 13. §. 19. Novitatis pruritus, 14. orthodoxis contradicendi libido, 15. cupido aucupandi favorem superiorum. 16. §. 20. cupido fluctuandi, 17. ignorantia, 18. contemptus studiorum. 19. §. 21. contemptus ordinis Ecclesiastici, 20. Amor pacis & unionis religionum præposterus. 21. §. 22. Ratio status. §. 23. De *Statu Controversiæ*, & quidem §. 24. de diversis acceptionibus Theol. Pol. §. 25. de norma & subjecto studii hujus §. 26. causa ejus organica & finali. §. 27. sq. de Objecto §. 29. Adjunctis & circumstantiis quibusdam. §. 30. de observatione quadam ad statum controversiæ. §. 31. De *Argumentis* pro nostra sententia, & quidem 1. à clara Scripturæ litera. §. 32. 2. ab exemplo Christi & 3. sanctorum virorum in V. T. 4. §. 33. Apostolorum. 5. §. 34. à fine Scripturæ S. 6. ab excellentia veritatis cœlestis nulla parte lædendæ. 7. §. 35. à dictamine sanæ rationis. 8. ab impossibilitate harmoniæ sententiarum universalis. 9. à conditione Ecclesiæ militantis. 10. §. 36. ab officio Ministrorum Dei. 11. §. 37. ab arcto inter Theol. Pol. & Theol. nexu. 12. à connexionione cum Theol. Morali. 13. §. 32. à promotione gloriæ Dei 14. ab usu ejus in veritate inquirenda & 15. defendenda. 16. §. 39. à coercitione novaturientium, 17. ab usu quem præstat contrà Indiff. Syncretism, Sceptic. &c. 18. ab effectu, sc. majori detestatione hæresium, & 19. majori certitudine de fide & salute, tranquillitate conscientiæ &c. 20. à medela, quam fert cœcitati naturali. 21. §. 40 à periculis ex omissione elenchi Ecclesiam agentibus. 22. à natura hæreseos perniciosæ & gangrænæ instar serpentis. 23. à periculo, ne infirmi offendantur, si negligatur. 24. §. 41. à Patrum & Theologor. praxi 25. ab eorundem testimoniis. §. 42. ab ipsa praxi & consensu Adversariorum. Quæ omnia §. 43. breviter repetantur. §. 44. de *Objectionibus Adversar.* & quidem 1. de multis Theol. Pol. abusibus in genere

genere 2. §. 45. de Orthodoxorum libidine contradicendi, eorumque impetu in errantes temerario. 3. de afflictione & exaggeratione errorum. 4. §. 46. de sublimate vel ruditate eorum, quibus non recte intellectis hæresis impacta. 5. de affectibus privatis ac præjudiciis orthodoxorum. 6. §. 47. de rixandi pruritu. 7. de progressu ad verbera. 8. §. 48. de arrogancia controvertentium. 9. eorundem sophisticandi studio, & 10. Logico per Syllogismos procedendi modo. 11. §. 49. nimio fervore mansuetudini Christi adversa. 12. §. 50. de studio convitiandi & calumnian-di. 13. §. 51. sævitia & violentia adversus errantes adhibita. 14. de arrogatione auctoritatis & potestatis Theologis non competentis. 15. §. 52. λογομαχίας Theologor. 16. §. 53. pietatis & Theol. Mysticæ Studio Polemicæ præferendo. 17. §. 54. controversiarum multitudine. 18. §. 55. nimia controversiar. in ipsa Ecclesia Lutherana multiplicatione. 19. §. 56. conceptibus cerebri-nis, ad quorum veritatem vel falsitatem Deus non tam respiciat, quam quomodo voluntas se habeat, in cujus pravitate hæresis verè & proprie sic dicta sit quærenda, non item in erroribus theoreticis, gratiam non excutientibus. 20. §. 57. metu utilia publicandi ob rigorem Theologorum. 21. pietatis per controversias impedimento. 22. periculo ex hæresium per Theologiam Polem. publicatione metuendo. 23. §. 58. tractatione controversiarum, invento Theologorum. 24. §. 59. προσωποληψία Theologor. 25. §. 60. πολυπραγμοσύνη Theologor, Polemicor. 26. interminabilitate controversiarum. 27. §. 61. molestia ex controversiarum tractatione oriente, it. de scandalo infirmorum & non conversorum. 28. §. 62. intricatione veritatis, & infelici disputationum eventu. 29. §. 63. unione religionum promovenda. 30. §. 64. Patrum & Theologorum praxi & testimoniis Theologiam polemicam destruentibus. §. 65. Clausula dissertationis.

D. XVII. Junii D. Joh. Fechtius, Acad. p. t. Pro-Rector, Progr. publico ad exequias Virginis Christianæ Dorotheæ Schapfferiæ, natæ 1691. D. Jo. Joach. Schapfferi, Codicis Prof. Publ. Duc. Consist. Consiliarii & Comit. Pal. Cæsar. ut & Facult. Jurid. h. t. Decani filiæ natu majoris, intimavit. (pl. 1 $\frac{1}{2}$. in 4to.)

D. XIX. Ejusd. sub Præsidio D. Casp. Matthei Mülleri, Institut. Prof.

Prof. Publ. & FCtis Jurid. ad h. actum Decani, *Disputationem Inaug.* de Foro Legati delinquentis, pro Gradu Doctoris in jure legitimè impetrando, habuit *Albertus Heinſius*, Hafnienſ. (pl. 8. cum progr. in 4.)

Disputatio III. constat *Capitibus*, I. exhibet succinctam Rubri Explicationem & nonnulla circa legati personam in genere. II. sistit Legati forum in delictis competens. III. diluit Contraria.

Placet & hujus Candidati vitæ curriculum hæc simul subji- cere. Lucem verò ille aspexit A. 1670. d. 20. Oct. Patrem *Albertum*, Regis Dan. Administratorem chartæ signatæ supr. & Societatum Indiæ Orient. & Occident. quæ Hafniæ florent, Directorem, Matrem *Magdal. Klingenbergiam* nactus. Privatæ primum scholæ, postea curæ *Henr. Geismari*, Secretar. ibidem, & hoc aliorum abeunte, informationi *Jac. Breieri*, nunc Reg. Dan. à Justitia, & Regim. Glückstad. Consiliarii fuit commissus. In jure naturali addiscendo amplexus est manu ductionem *Joach. Schefferi* t. t. Princip. Hæredit. Dan. *Christiani*, glor. mem. informatoris, nunc Reg. Maj. Dan. Consiliarii Regiminis. His instructus fundamentis, exteris visitavit Academiis, & ex his ab initio Rostochiensis nomen professus est, motus fama *D. Jo. Kleinii*, PP. & Consil. intim. & Cancell. Justitiæ, cujus hospitio exceptus, ejusd. in Collegiis per sexennium fuit Auditor. Dein cum *Dan. Gottfr. Nims-gart*, Patricio Gedan. Trajectum se contulit, ibidemque per annum, & quod excurrit Jctos Batavos *Corn. van Eck*, *Joh. van Muyden* in jure verò publ. & Histor. *Grævium* & *de Fries* audivit. Cumque eo tempore Rysvici pax stabiliretur, eo migravit, & notatu digna observavit. Anno sequ. eodem cum comite *Belgium*, *Angliam*, *Galliam* adiit, & *Parisiis* per octimestre spatium commoratus est, ubi famosiores, ipsius sc. Regis, Sorbonensem, Mazarini Bibliothecas perlustravit. Diutius quoque ibidem substitisset, nisi instans Jubilæum Romam iter suscipere suassisset, hinc per *Lugdunum*, *Sabaudiam*, *Lombardiam*, *Bononiam*, *Florentiam*, *Romam* penetravit, ubi visa prius *Neapoli* eique adjacente monte *Vesuvio*, omnes ceremonias in aperienda Porta S. adhiberi solitas observavit, reliquum verò tempus Bibliothecis, Vaticanæ nimirum, quæ Florentiæ est, Laurentianæ quæ Mediola-

ni ostenditur, Ambrosianæ, & quæ Venetiis prædicatur S. Mariæ Majoris, pervestigandis impendit, inque reditu celeberrimas Germaniæ urbes salutavit. Redux factus, studiis *Henrici ab Alesfeld*, *Benedicti*, Consil. provincial. in Holsatia filii, dirigendis admotus fuit, cujus vitæ generis demum pertæsus, *Rosochium* rediit summosque in utroque jure honores ambivit.

D. XXI. Ejusd. Præside *M. Francisco Alberto Epino*, SS. Theol. Candidato, Dissertationem Logicam, de *Ignorantia erudita*, examini submitit Resp. Autor, *Job. Carlberg* / Gothoburgo - Suecus. (pl. 4. in 4.)

Autor hujus Dissertationis id sibi dedit negotii, ut eam eruditorum delinearet ignorantiam, quam palàm ipsimet profiterentur, libereque agnoscunt, & eam doctam potius, quam indoctam dicendam esse, assereret. Hinc consultum duxit, ut paulò accuratius tum ejus genera §. 8. tum causas, corruptum nimirum per lapsum intellectum, §. 10. sqq. & ingenii imbecillitatem, §. 13. investigaret, eamque per omnes scientias, sc. Theologiam §. 14. Philosophiam, §. 15. Metaphysicam §. 16. Pneumaticam §. 17. Physicam, §. 18. Medicinam, Philosophiam Moralem, Politicam & Jus Civile §. 19. vagari demonstraret. Desudarunt jam antè in illustrando hoc argumento præter citatum in hac Dissertatione *Gubertum Voëtium*, qui II. Dissp. A. 1655. de *Ignorantia docta* in Acad. Ultrajectina Respp. *Job. Ursino*, *Enchusa West-Frisio*, & *Job. Scalperoordi*, Amstelæ - Batav. in Part. III. *Select. Diss. Theolog.* p. 668. sqq. obvias, proposuit, & *D. Christoph. Sonntagium* in Dissertatione, Præside *D. Valentini Veltm.* de *Ignorantia Theologorum laudabili* ex 1. Cor. XIII. 9. in Acad. Jenensi 1690. habita pl. 7. *M. Gottfried Michael Ferter* / Sagan. Sil. in Dissert. Philosoph. de *Ignorantia docta*, Resp. *Augusto Porling* / Gorl. Lus. Lips. 1690. pl. 2. & *M. Henricus Klaußing* / Herford. Westph. in Dissert. Philos. qua *Doctam & dissimulatam quarundam rerum naturalium ignorantiam cum simulata aliorum scientia collatam* Resp. *Herm. Henr. Pagendam* / Osnabr. Westph. exhibuit *Wittenbergæ* 1701. pl. 4. prout supra pag. 94. notavimus.

D. XXVII. Ejusd. Sub moderamine *M. Job. Joach. Weidneri*, V. D. ad Templum Mar. Ministri, Disputationem, quæ sistit *Atheismi justam*

justam denominationem ac imputationem contra Tom. VIII. Observat. Halensium ejusdemque Obs. X. quoad anteriores paragraphos, exhibuit Præsidis Frater uterinus, Georg. Nicolaus Okel, Rostoch. (pl. 2. in 4to.)

In hac Dissertatione explicatur *Atheismi* justa denominatio & imputatio contra Halensium Observat. Autorem, qui *T. VIII. Observatione X. Clericos omnesque sinceros correxit carpsitque Viros, quod Atheismi crimen transferant ad hominum myriades, cum re ipsa nullus sit, qui per totum vitæ spatium propositionem: Non est Deus, neget.*

D. XXVIII. Ejusd. paulò ante dictus M. Henr. Ascanius Engelke S. Th. Doctorandus, ejusdemque Prof. Extraord. Dissertationem III. in B. Schomeri Collegium Anti-Socinianum, de SS. Trinitate ventilandam proposuit, Resp. Josua Stadio, Dobberan. Meckelb. quem supra T. VI. p. 122. memoravimus. (pl. 2. 1/2.)

D. XXIX. Jun. D. Andr. Dan. Habichborstius, F. C. t. Theol. Collegiique Duc. & totius Acad. Sen. nec non Consist. Duc. Consiliarius, & ad Actum hunc Decanus Programma iterata vice publicavit, quo Dissertationem Inaug. M. Dav. Henrici Köpkenii, Luneburgens. quondam R. Capituli Bardovicens. Canonici, nunc Philos. Prof. Publ. de Igne cælesti ad declaranda aliquot Scripturarum Loca, d. 3. Julii pro consequendis Doctoralibus privilegiis habendam, indixit, & ad illam benevolè audiendam invitavit. (pl. 2.)

In Progr. hoc tractatur Locus *Jes. XXXI. v. ult.* quo DEUS dicit, *sibi ignem esse in Zion, & focum in Jerusalem, & hinc transitio fit ad hanc Disp. Inaug. de Igne cælesti, simulque vitæ & studiorum curriculum more recepto recensetur, quod brevibus hîc repetimus:*

In lucem verò prodiit Köpkenius A. 1677. d. 5. Nov. Luneburgi ortum trahens à Patre Jo. Henrico, J. U. D. & causar. ibidem Patrono, & Matre Clara Margaretha Scharffa, Avo Brandano, Bardovic. Capit. Canonico Seniore, Avia Maria Wigeri, Wigeri, Pastor. olim Luneburg. filia. Adolescentis ætas informatione Dav. Scharffii, Superint. Bardovicens. (qui Candidati Avus Maternus fuit) Joach. Zimmermanni, Senatoris apud Luneburg. *Joh. Leb-*

rechi Felfi, conversi Rabbini, nec non Scholæ Luneburg. Michaelitanæ Moderatoribus *M. Jo. Buschii*, Re&. *Elefeldii*, Con-R. *Georg. Steinii*, Sub-Re&. usque eò succrevit, dum A. 1693. *Juliam* adierit *Academiã*, ubi *D. Niemeierum*, in Logic. Metaphys. Physic. & Homileticis, *D. Phil. Ludov. Böhmerum*, nunc ap. Götting. Superint. General. in Moralibus, *D. Werlhofum* in Politicis, *B. Cörberum* in Oratoriis, *D. Meibomium* in Historicis, *D. Wideburgium* Jun. in Mathemat. & *B. D. H. Wideburgium*, Sen. in Theolog. audivit. Biennio post *Jenensẽ* invisit, & *D. Veltbemium*, *M. Meierum*, & *Jo. Andr. Schmidium*, sub cujus Præsidio de *Philosophia Democriti* disputare meditabatur, sed ob ejus abitum propositum mutare fuit coactus, ne tamen absque sedulitatis documento abiret A. 1695. de $A \text{ \& } \Omega$, *omnis Theologiae*, Deo ut Ente & summo bono, ante discessum *D. Schmidii* & suum, Disputationem defendit, duces amplexus est. *Schmidium* postmodum ad *Helmstadiensẽ* discendentem secutus, inque ejus ædes admissus, eod. Præside Disputationem contra *Helmontii*, Philosophi per ignem, errantes in doctrina de *integritatis* & *corruptionis* statu ignes, proposuit. A. 1696. *Hamburgum* iter direxit, & *Edzardi* Duce in Orientalibus, *Moray* verò in Anglicana lingua gavivus est. A. 1699. *Rostochium* iterum delatus sub præsidio *D. Grünenbergii* de *Filio Dei ex Ægypto divinitus vocato*, usum sextuplicem ex *Matth. II. 15.* & *Hof. XI. 1.* exhibuit, de quorum genuino sensu prædictus *D. Grünenbergius* jam A. 1698. *M. Febr.* sub Moderamine *D. Andr. Dan. Habichhorstii* binis Dissertationibus *T. I. Nov. Lit. M. B. p. 19. & 34.* recensitis, fuerat sollicitus. *Hafniam* deinde profectus est, ubi in favorem *Bornemanni*, *Rottfacci* & *D. Francken à Franckenau*, Archiat. Reg. fuit admissus. *Rostochium* autem repetens II. Dispp. *T. II. p. 257. & 289.* laudatas, de *JESU Nazareno* ex *Matth. II. 22. 23.* eod. *D. Grünenbergio* ventilavit. A. 1700 d. 2. Sept. absens *Collã* Magisteriali rediit est. *Helmstadium* postea denuò petiit, & in convictum ac ædes *D. Jo. Andr. Schmidii*, inque favorem *Herm. de Hardi* fuit receptus. Et ne vitam silentio ibi transigaret, Disputationem de *Servatoris nostri JESU Nomine pro Loco* exhibuit. *Helmstadio* *Rostochium* remeans *Ge. Melch. Schvederi*, *JCTi* & *Conf.* ibidem filio erudiendo fuit præfectus, sed & proprio-

priorum studiorum habuit rationem, hinc variis Dissertationibus, & quidem 1) *Diatribâ Philologicâ ad Gal. I. 10. & 1701. d. 6. Nov. T. IV. Nov. Lit. M. B. p. 353.* 2) *Schedismate Historico de Lato clavo, Eminentiorum quorund. olim Insigni, ejusque jure A. 1702. d. 13. Maji, T. V. p. 156.* 3) *Analektis quibusdam Philologico-Histor. occasione Historie SS. Passionis. A. 1703. d. 7. April. T. VI. p. 122.* 4) *Dissert. Histor. de Proto-Ecclesiastico Rostochiens. Evangelico M. Joach. Kutzero, A. 1703. d. 1. Maji ibidem p. 127.* 5) *Dissertatione de סגלת הכתמים i. e. peculio Sapientum idiomate Hebræo conflata d. 10. Nov. ejusd. anni, T. VII. p. 5. memoratis, inclaruit. Hinc, ne diutius promotione destitueretur, A. 1703. M. Dec. Prof. Philosph. fuit constitutus, prout supra p. 5. & 68. notavimus.*

GUSTROVII.

Paucis abhinc Mensibus prodiit *Concio funebris*, hoc modo inscripta:

Der Kinder Gottes Creuz-Bild / aus 2. Cor. IV. 17. 18. A. 1701. am V. Sonntag nach Trinit. als Abends vorhero die Hoch-Adel. Leiche der Wohlgeb. Frauen Fr. *Anna Helene*, geborn. von *Wolferstorff* / Frauen von *Vierecken* / in Dero Erb-Begräbnis zu *Güstrow* in der Fürstl. Thum-Kirchen beygesetzt worden / vermittelst einer in selbiger Kirche gehaltenen Leichen-Predigt vorge-
settel von *Joachimo Schrödern* / Fürstl. Meckelburgischen ältest. Hof-Prediger und Pastore an obgemeldter Thum-Kirche. (13. pl. fol.)

Duo verò ex curriculo vitæ Matronæ nobilissimæ notari & adduci merentur. Primum est, quod diem mortis sibimet ipsi prædixerit, ejus rei ergò sequentia, quæ p. 44. leguntur, adjicimus: Es ist sehr mercklich / daß da sie an dem vorhergehenden Tage ihres Todes in Gegenwart ihres Mannes und ihrer Kinder / wie auch ihres Beicht-Vaters / des Hrn. D. *Vottsacken* / Pred. an der Deutschen Kirche / zu unterschiedenen mahlen sich vernehmen lassen / und versichert / daß sie folgendes Tages ohnfehlbar sterben würde / auch besonders ihrer Tochter / der Frau *Witzhumb* anbefohlen / dazu alle Nothwendigkeiten zu bestellen / solches auch würcklich also erfolget / und wie gedachter Hr. Doct. *Vottsack* des andern Nachmittags umb 4. dieselbe wieder besuchen und vernehmen wollen / ob denn nach ihrer gestri-

gen Meinung der Todt ihr so nahe seyn möchte / der selbe wider Vermuthen erfahren müssen / daß sie schon eine Stunde vorher gestorben / und also in ihrer gestrigen Rede ganz richtig eingetroffen. Alterum est; quod accuratè & sollicitè præceperit, qua ratione Epitaphium ipsi curarent erigendum. P. 45. Sie hat sehrnlich verlangt / daß wenn nach ihrem Tode ihr etwan ein Epitaphium gesetzt würde / solches allein in dem gecreuzigten Jesu bestehen sollte / und zwar solcher Gestalt / daß sie an dessen Füßen liegen und denselben umfassen möchte / mit dieser Beschrift / so zu finden in der 1. Epistel an die Corinth. II. Cap. Ich hielte nicht dafür / daß ich etwas wüßte / ohne allein Jesum Christum den gecreuzigten. Adjecta est Concioni huic alia Homilia, in Ecclesia Warimanshagensi ad Matth. V. 4. habita à Joachimo Aiers, prædictæ Eccles. Pastore: (pl. 7. fol.)

GRYPHISWALDIÆ.

D. XV. Junii D Jo. Frid. Mayerus, Acad. Pro-Cancell. Program. Lat. in quo de Cælestino Sfondrata, Rom. Eccles. Cardinali ante paucos annos denato, ejusque controversiis, & usu, quem ex harum consideratione adversus Romanam nostra hauriat Ecclesia, commentatus est, Lectiones curiosas à M. Thoma Bahr, Eccles. Pæsvalcens. Past. & Dioeces. Præposito ex Rom. VIII. 28. 29. 30. de Prædestinatione habendas, indixit. (pl. 2.)

Stamena Grybicum, quo Necessitas Greifswaldensis vel Greifswaldie anno liberationis sue post Christum natum M DC XXXI. exprimitur, descriptum a Nicolao Michaelis, D. & Consule.

Gryphiswaldie. (2 $\frac{1}{2}$. pl. in 4.)

De Græcis vocibus Stamena & Stamma, minutiorem vel viliores monetæ sortem significantibus, ut & de desiderio Jobi, sermones suos plumbo insculpi cupientis, nonnulla præfatus Auctor, Gryphiswaldiam, primum olim citerioris Pomeraniæ emporium, hodieque non incelebrem Musarum sedem, verbis inclyti Vatis Gryphici, Johannis Seccerovicii, describit. Ad miserum inde & afflictum hujus civitatis statum pergit, quo cum sub initium superioris sæculi fuit colluctata, dum reliquâ latè Pomeraniâ per invictas gloriosissimi Sveciæ Regis GVSTAVI ADOLPHI manus pristinae libertati assertâ, ipsam Cæsareanus miles, ejus-

ejusdemque Praefectus asper & immitis, *Franciscus Ludovicus Perusius*, Italus, tenuit. Hunc summâ demum necessitate urgente, & (ex antiquâ Romanorum formulâ) Auro, Argento, Ære, Flando Feriundo, haud amplius superstiti, cum locuples olim & omnium rerum copiâ abundans Pomerania tunc adeo exhausta & emuncta fuerit, ut (ipso Principe BOGISLAVO XIV. teste) sola Stetinensis ditio intra triennium ultra X. aureorum myriadas, totidemque Wolgastensis, expenderit, conquistum undique *stannum* in nummos convertisse ait, altero quidem latere Aquilam bicipitem S. R. Imperii præferentes, cum perigraphe; FERD. II. ROM. IMPER. AVGVST. altero verò Gryphum, Civitatis Gryphisvaldensis insigne, cum lemmate: NECESSITAS GRIFESWALDIÆ, sive, ut in aliis legitur, GRIFESWALDENSIS, addito anni 1631. numero. De utraq; nummorum istorum facie Auctor differit, prolatisque in medium aliis id genus *Necessitatis Nummus*, restitutæ eo ipso anno Gryphisvaldiæ libertatis meminit, quæ Peruvio, dum incautius exercitum Svecicum voluit explorare, cæso, urbi fuit rediita. De ærofa denique & ex prohibita materi constatâ pecuniâ commentatus, duorum memorabilium recensione hoc Schediasma claudit, quorum alterum est, Perusium, inutilem hominum turbam Gryphisvaldiâ obsidione cingendâ ejecturum, hęc strategemate usum esse, quod pauperes & egenos ad recipiendum panem, per præconem ad certum templum convocari jussit, iisdemque copiose congregatis panem quidem distribuerit, at illis acceptis statim miseros urbe exturbari fecerit. Alterum est, Perusium adeo desperati fuisse consilii, ut pulvere tormentario incendendo se ipsum potius cremare, & civitatem Vulcano trahere, quam incolumem victori permittere, decreverit.

D. XXII Jani. D. Io. Frid. Mayer, Colleg. Theol. h. t. Decanus, Prof. Prim. Univers. Pro-Cancellarius & Super. General. ad Disputat. pro Licentia Inauguralem *M. Thomæ Bahrens*, Eccles. Pafsevvaldens. Pastor. & Diœces. Præpositi Programme Lat. (pag. 2.) invitavit, in quo contra Julianum Apostatam, Arianos, Pontifices, Socinianos, qui *Christianorum fidem irrationalem* proclamant, differit, quorum conviciis explosis, ne ordinem antiquum migret, ad διακρίσιν vitæ studiorumque rationum Candidati progredietur.

Quas

Quas ne & nos à consuetudine nostra recedamus, in compendium redactas hic exhibemus. Natus est *Sundii* A. 1668. d. 24. Jun. Patre *Thoma Bahr*, per XL. Annos ibidem Pharmacopæo, Matre *Margaretha Pylia*, *M. Luce Pylii*, ad D. Jacob. sacrar. literarum Interpretis & Antistitis filia. Rudimentis domi positus in Gymnasio Patr. sub *M. Vehrio*, & qui hodiè adhuc illi præest, *M. Jac. Wolfio*, laudandos in studiis fecit profectus. Fama deinde *Sam. Schelguigii*, Theologi, & *Jo. Christoph. Rosteuscheri*, Philosophi invitatus, concessit *Gedanum*, triennio non sine eruditionis accessione illos audiens. Valedixit autem huic publicè in Cathedra sublaudato Rosteuschero de *Utopia Spirituum* disserens. Posthac *Lipsiam* venit, ubi in studiis strenuè pergens *B. Io. Bened. Carpzovii*, cujus & convictu & ædibus insimul usus est, *B. D. Alberti*, *D. Io. Olcarii*, *D. Ad. Rechenbergii*, *D. Thom. Ittigii*, *D. Seeligmanni*, *D. Cypriani*, *D. Io. Schmidii*, & *Ott. Menckenii* Polyhistoris, sedula Institutione profecit. Lauream ibi adeptus, de *Regia existentiam Dei probandi ratione* disputationem conscripsit, atque defendit. Deinde in *Belgium* discessit, & *Amstelodami*, salutato Cartesii Sectatore *Iob. de Ray*, *Philippo de Limburch*, *Balth. Beckerum* quoque accessit, & cum eo masculè disputavit. Dehinc Eruditos *Ultrajeſinorum* & hos inter præcipuè *D. Gerh. de Uries*, *Lugdunensium*, *Delphensium*, *Roterodamensium* invisit. *Angliam* postmodum petiit, inque Bibliotheca *Oxonienſi* hæsit. Revocatus verò inde in *Acad. Gryphica* A. 1693. duplici Eruditionis specimine, altero Resp. *Joh. Döling*, *Rugiano* de *Cartesio de omnibus dubitante*, pl. 2½. altero verò *Jerem. Papke*, *Gryphisv.* de *Cartesio seriò dubitante* pl. 2. ventilato, innotuit. Denique in *Sueciam* iter instituit, & in *Upsaliens. Acad.* II. Dissertationes elaboravit, easque *Carolo*, Principi t. t. Hæreditario, nunc *Sueciæ Augustiss. Regi* inscripsit, pro quo id gratiæ argumentum accepit, ut *Carolus XII.* Pastorum Ecclesiæ *Pasevalcens.* & *Dioceseos* Inspectionem sua sponte ipsi clementiss. offerret, cujus officii sacris ab *Olao Suebilio*, *Sueciæ Archi-Episcopo* fuit initiatus. Ipsam verò Dissertationem modò nominatus Candidatus sequenti.

D. XXIII. Ejusd. de Quæſtione Theologica: *In quantum ad hæcat Reformatos discrimen hoc principium: Fidei Dogmata rationis arbitrio*

arbitrio esse submittenda, sub umbone prælaudati D. Jo. Frid. Mayeri, PP. & h. t. Decani, publico Eruditorum submisit Examini. pl. 4.

In qua Autor, formato prius Statu Controversiæ: *An scilicet ex Principiis Rationis & Naturæ Dogmata fidei rationi ignota judicanda & deducenda sint? Et an à proprietate verborum simplicissima recedendum, si τὸ πρῶτον Naturæ legibus contraveniret, vel natura videretur per literalem sensum everti?* Quorum negativam Lutherani, affirmativam autem Reformati tueri laborant, luculenter demonstrat, rationis judicium, in fidei dogmatibus & præsertim in Articulis de *Sacra Cæna & Humana Christi Natura* aliisque non posse admitti, sed omninò esse rejiciendum.

GEDANI.

Prelo exiit Concio funebris *Jo. Eberhardi Fabritii*, Petr. Paul. Edis V. D. M. quam habuit, cum uxoriæ *Emanuelis Sofsmanni*, per XVI. annos Reform. Ecclesiæ apud Gedanenses Pastoris, terræ demandarentur, cujus titulus sic sonat:

Getreuer Lehrer Amt und Pflicht / bringt Simmels Glantz und Sternen-Licht / welches nach den Worten Dan. XII. 2 3. bey hochansehnlicher und sehr volkreicher Leich-Begängniß des weyland Wohl-Ehrl. Groß-Nehrb. und Hochgelaherten Herrn Emanuelis Sofsmanni, in die 17. Jahre gewesenen treusleißigen Lehrers und Pfarr-Herrens der Evangel. Reformirten Gemeine / bey St. Pet. und Paul. allhier in Danzig / als derselbe d. 28 Jan. 1703. seelig im HERN entschieff / und darauf den folgenden 8. Febr. zu seiner Ruhe gebracht wurde / vorgestellt / und auf Verlangen zum Druck befördert von Johann Eberhard Fabritius, obgedachter Kirchen ordentlicher Prediger. (pl. 10. fol.)

Natus is est A. 1638. d. 18. April Patre *Conrado Sofsmanno*, V. D. M. Dreissenf, postea Superint. Demoltenf, Comitatus Lippiensis, Matre *Catharina, M. Sodoci Avemanni*, filia. A. 1651. Pædagogum *Detmoldense*, deinde A. 1654. Gymnasium *Bremense* & A. 1660. Acad. *Marpurgens.* visitavit, usus informatione *D. Curtii, D. Crocii, D. Heinii, & D. Stannarii.* A. 1661. *Carmen Græcum Chilianichon in laudem SS. Theologiæ* memoriter antea à se recitatum edit. A. 1662. *Heidelbergam*, & in illa *D. Spanhemium & D. Fabritium*

tium salutavit, in cujus Gymnasio quoque Prof. Philosoph. Extraord. & A. 1667. Prof. Lingu. Græc. & Poët. ut & Ephorus Alumnor. *Rintheii* fuit constitutus. A. 1668. Nuptias celebravit cum *Anna Margaretha Charbenia*, ex qua Pater VIII. filior. & IV. filiarum est factus. A. 1678. Loco *Ephorie* Professio Ling. Orient. & Græc. demandata illi fuit. A. 1679. Pastor *Rintheii* constitutus & A. 1686. *Gedanum* vocatus fuit, cui muneri præfuit usque ad supremum spiritum, quem A. 1703. d. 23. Jan. æt. verò LXIV. Mens IX. Natura succumbente efflare fuit coactus.

Johannis Glosmeyeri, Med. Doët. ejusdemque ac Physices Prof. Publ. Ordinarii, Observatio de Variolis exitiosis, ex applicatione pinguedinis caninæ improvidâ, capillorumque abscissione.

Virgo quædam florida, 18. annorum, conquerebatur de doloribus dorsi, lumborum, oculorum, nec non anxietatibus præcordiorum: Vocatus ad illam mox quæsi vi ab adstantibus, ejusque matre, num symptomatibus istis afflicta laboraverit variolis aut morbillis? malum enim hoc tunc tempotis vehementius grassabatur, illoque multi afflicti jacebant; ubi negativam dabant sententiam, ex quo concludebam, variolas esse ante fores; quocirca adhibitò prius blandò clystere, circa noctem dedi conquestæ dosin pulveris bezoardici n. o. cum vehiculo convenienti ordinariam, à quo non solum symptomata remittebant, sed & variolæ in facie erumpebant confluentes, in reliquis autem corporis partibus discretæ. Alterò die dedi Ram bezoard. n. o. quâ adhibitâ, & tempore eruptionis absolutò, symptomata superius nominata in totum cessabant. Continuata jam nominata medicamenta, interpositis interdum alterantibus, absorbentibus, & maturationem promoventibus, felici cum successu sunt. Quum autem insimul morbò afflicta fauces efflorescentiis albis, quæ à Medicis pro Angina venditantur albâ, afficerentur, vocatus quoque ad illam fuit Chirurgus quidam, fauces purificandi ac abstergendi causa, qui etiam præstitit, quicquid præstare debebat; ast! quum illa tria tempora crisi conformia, ebullitionis nimirum, excretionis ac maturationis in totum essent absoluta, & adhuc quartum exsiccationis restaret; in facie quippè non perfectè, sed tantum

tantum superficietenus exsiccatæ erant variolæ, ac sub crustâ illâ, quâ tota obducta erat facies, magna humoris ichorescentis copia adhuc hærebat, persuasit adstantibus, ne materia illa ichorosâ nimis cutim corroderet, ac foveas relinqueret profundas, ut illa tolleretur crusta, quod commodè fieri posset per pinguedinem caninam, emolliendô illam. Dictum factum; quum non solum reiteratâ vice totam illiniverit faciem pinguedine nominatâ, sed & petito ægræ satisfactorius, insimul capillos, quia factorem, à sudore ac variolis ortum, ferre noluit, abscidit; sed infelicissimo successu: quum de novo ægra, ante illinitionem extra periculum relicta, ob materiam ad interiora pellentem, ebullitione sanguinis vehementissimâ, quam iterum efflorescentiæ albæ, inquietudines, vigilæ ac phrenitis comitabantur, afflicta jaceret, cum quibus etiam post unum vel alterum diem, adhibitis licet iterum medicamentis generosioribus, vita variolosæ disparuit. Caveant itaque sibi Parentes atque Chirurghi, nasum Rhinocerotis habentes, ne in sciô Medico aliquid tentent, aut permittant, ex quo tristis colligendus eventus; nam illi incidunt in Scyllam, qui Charibdim vitare volunt.

Mense April. Bibliotheca D. Andr. Kühnii Rev. Minist. Senior. publica Auâtionis Lege fuit divendita. Ejus rei ergò *Catalogus Librorum* (1. Alph. 5. pl. in 4to.) prodiit, quippe qui complectitur Volumina ligata 967. in folio; 1313. in Quarto; 1162. in Octavo; & 357. in Duod. Incompactos verò Libros in Folio 41. Quarto 54. Octavo 12. Duod. 14.

REGIOMONTI.

D. II. Junii M. Mich. Schreiber, Eloqu. & Histor. PP. Ord. Biblioth. Wallenrod. de *Eloquentia Legati Resp. Iriderico Emanuele à Froben*, Nob. Pruss. Dissertationem exhibuit.

D. IV. Ejusd. M. Christianus Mafecovius, Regicr. Alumn. & Comm. Convict. Insp. II. de *Faceto Politico Resp. Andrea Wichert*, Regiom. Pruss. disputavit.

D. XVII. Ejusd. Exercitatio III. Theol. de *perpetuo ac universali Baptismi Aquæ præcepto*, contr. Socinum, à D. Frider. Deutsch, Prof. Primar. Resp. Job. Müller, Regiom. habita, qua vindicatur locus

Actör. II. 38. §. 23. item præceptum de abstinendo à suffocato & sanguine *Act. XV. §. 24. 25.* Aliud argumentum contr. *Act. II. 38. solvitur §. 26. 27.* Ratio I. Socini contr. bapt. univers. refutatur *§. 28. 29.* II. à differentia bapt. Johannis & Christi *§. 30. 31. 32. (pl. 3.)*

Eodem die Sub Præs. David Stawinski, J. U. D. Resp. Job. Daniel Casseburg, Reg. Pruss. (cujus nuper facta mentio) Disp. de Obligatione successoris Feudalis ex facto antecessoris habuit (in 4to. 4. pl.)

Disputatio in *duo Capita* est divisa. **CAP. I.** generalia istius materiæ pertractantur, & exponitur obligationis derivatio *§. 2.* definitio *§. 3.* Causa efficiens *§. 4.* Facta obligatoria auctorem & heredem obstringere dicuntur *§. 5.* Successor feudalis ex facto primi acquirentis obligatus esse dicitur *§. 6.* & filius patris successor etiam in feudum antiquum *§. 7.* Non tamen agnatus ex facto proximianecessoris nisi (1) simul sit heres ejus, (2) Feudum sit hereditarium, (3) factum antecessoris in utilitatem feudi sit susceptum, *§. 8.* **CAP. II.** Specialia antecessoris facta recensentur, quæ successorem feudi obligant vel non, *§. 1.* alienatio feudi illicita, & successor non præjudicare dicitur *§. 2.* Vasallo tamen de jure suo, quod in feudo habet disponere licet *§. 3.* Sub feudum ab antecessore constitutum successor non præjudicat *§. 4.* ubi limitationes adduntur. Alienatio feudi cum consensu Domini facta filio præjudicat, non agnato successor, nisi moribus quorundam locorum *§. 5. 6. 7. 8.* Testamentaria dispositio de feudo non præjudicat successor, *§. 10.* Exceptiones *§. 11. & 12.* Debitum ab antecessore contractum, à quorundam feudorum successoribus solvendum est *§. 13.* Non tamen à successore feudi ex pacto & providentia, qui non est ex linea descendente debitoris *§. 14. 15. 16.* Etiam si consenserit in feudi oppignorationem sine consensu Domini factam *§. 17.* Nisi solutionem debiti promiserit *§. 18.* Præter debitum, pro quo feudum consentiente Domino est oppignorum moribus alia adhuc dantur debita à successore feudi solvenda *§. 19.* utpote (2) debitum ad elocandam filiam vel sororem contractum *§. 20.* (3) ad Dotalitium viduæ constituendum *§. 21.* (4) in Feudi utilitatem versum *§. 22.* (5) ad feudum emendum contractum *§. 23.* (6) Studiorum Academicorum causa *§. 24.* (7) militiæ honestæ gratia contractum *§. 25.* aliaque ejusdem conditionis

ditionis §. 26. 27. 28. Non tamen quod privatam vel Vasalli vel Domini utilitatem concernit §. 29. Successor feudi Regalis debitum antecessoris solvere tenetur §. 30. Nisi jure singulari succedat §. 31. Delictum Vasalli feudum novum tenentis successori præjudicat §. 32. exceptiones §. 33. Delictum Vasalli antiquum feudum tenentis præjudicat filiis §. 34. Nisi his reatus patris à Domino sit remissus §. 35. Non tamen agnatis delinquenti ex latere junctis §. 36. Utrum pœna privationis, ob delictum patris inter Principes Imperii sit usitata? quæ quæstio ex certa ratione non deciditur §. 37.

D. XXI. Junii M. David Vogel, de Creatione Mundi, an ex lumine natura demonstrari queat? disseruit Resp. Stephano Cochio, Prusso.

D. XXIII. Ejusd. Anniversaria Festivitas in memoriam Viri quondam Perillustris Dni. Johannis Dieterici à Tettau, Sac. Reg. Mai. Supremi in Prussia Regimine Consilarii & Cancellarii, Tribunalis Præsidis, rerumque Feudalium Directoris, Oratione solenni & Concertu Musico nomine Academiae celebrata est à M. Michaelæ Schreiberò, Eloqu. & Hist. PP.

D. XXVII. Ejusd. Decas XXIII. Thesium Controversarum ex Loc. de Decalogo in II. Tab. selectarum, Præs. Bernhardo von Sanden, Th. D. Prof. Ord. Eccl. Lœbnic. Pastore & Consist. Assess. h. t. Decano, Resp. Johanne Rudolpho Hoffmann, Cremittâ Prusso, ventilata, quâ exhib. I. Num patria potestas vera libertati, ad quam naturâ omnes homines propendent, adversetur, & quousque se extendat? II. de ἀνοχηρία. III. An nullo casu liceat vitam suam cum proximi occisione tueri? IV. An scortatio soluti cum soluta à peccato excusari possit? V. An polygamia sit licita? VI. An polygamia successiva licita? VII. An liceat Christiano bona & opes possidere? VIII. Num mutui dationes & usura inter licitos acquirendi modos sint? IX. An mendacium jocosum & officiosum sint peccata? X. Utrum aliquando equivocationibus & reservationibus mentalibus uti liceat? plag. 4.

Officina Georgiana dedit nuper Catalogum Bibliothecæ Hedionianæ, hocce lemmate insignitum:

Bibliotheca Hedioniana s. Catalogus Librorum in quavis disciplina selectiss. quos Vir, dum viveret Nobiliss. Ampliss. & Excellentissimus M. Andreas Hedio, in Regia Prussorum Universit. Re-

giomont. per annos XXXVI. Log. & Metaphys. Prof. Publ. celeberrimus, Alumnor. Regiorum, Collegii & Convictorii Inspector Primar. & Bibliothecar. regius, magna industria sibi comparaverat. regiononti 1704. (1. Alph. 6. pl. in Octavo.)

Tempus certum Auctioni nondum est destinatum; significabitur tamen illud peculiari Scheda; heredes tamen spem fecerunt ejus intra unius anni decurtum instituendæ. Exhibet autem hic Catalogus, qui ex duobus Catalogis hujus Bibliothecæ manuscriptis, quor. alter ordine Alphabetico Libros commemorat, alter juxta materiar. seriem constructus est, conflatus esse dicitur, *Libros Theologicos* in Folio 171. in Quarto 133. in Octav. 125. in Duod. 52. *Libros Histor. Eccles.* in Fol. 65. Quart. 40. Octav. 56. Duod. 16. *Jurid. & Politicos* in Fol. 43. Quart. 58. Octav. 37. Duod. 49. *Histor. Politic.* in Fol. 258. Quart. 159. Octav. 49. Duod. 64. *Orat. & Poët.* in Fol. 23. Quart. 24. Octav. 54. Duod. 16. *Ad Histor. Liter. & Biblioth.* in Fol. 33. Quart. 38. Octav. 24. Duodec. 11. *Philos. Var* in Fol. 21. Quart. 23. Oct. 46. Duod. 13. *Scriptor. in Plat. & Aristot.* in Fol. 84. Quart. 46. Oct. 40. Duod. 5. *Libr. Medic. & Physic.* in Fol. 93. Quart. 158. Oct. 104. Duod. 57. *Mathem.* in Fol. 129. Quart. 155. Octav. 71. Duod. 29. *Script. Var. Miscell.* in Fol. 88. Quart. 104. Octav. 137. Duod. 36. *Ad Libros in Antec. omissos* referuntur in Fol. 3. Quart. 15. Oct. 8. Duod. 3. *Incompacti* sunt in Fol. 48. Quart. 216. Oct. 49. Duod. & Sedec. 20. Et dum clariss. hujus Bibliothecæ Possessor *Nummos* tum veteres tum recentiores, ut & Rariora Physica collegerat, eorum pariter descriptionem sat accuratam Catalogo huic adjectam videmus, quem admodum etiam *Instrumenta Mathematica* adducta deprehendimus, ut Lectori, Catalogum huncce perlustranti, non possit non salivam movere. Inter Tractatus ineditos conspiciuntur *Hedionis Lektionen Philosophicæ in Jobum*, Tract. de *Philosophia Veter. & experimentalis eruditione recentiori*, *Lektionen de Ortu universi & dependentia rerum à Deo, ortusque ac dependentiæ istius varietate & differentiis, ad ductum Aristotelis.*

HAFNIÆ.

D. II. Jan. in Regia & Equestri Academia Hafniensi Dominus
de Da

de Dancshöld, Comes de Laurwig, Illustrissimi Pro-Regis Gyldenlöwii Filius, Oratione publica pro Augustissimi Regis & Regiæ Domus felicitate vota suscepit atque ineuntem annum dedicavit.

Circa initium nov. Anni prodiit Schediasma, cui titulus:

RELIQUIÆ INCENDII BERGENSIS ULTIMI, seu, *Pressior designatio tractatum, Dissertationum & Schediasmatum variorum, quæ partim ante nuperum ferale incendium Bergense, assiduis trium lustrorum lucubrationibus prælo paraverat, partim flammis absorpta denuo reparavit ac porro reparabit SEVERINUS LINTRUPIUS, Designatus Philosoph. ac Theologiæ Professor Hanniænsis & Scholæ Bergensis Rector, 7 $\frac{1}{4}$. plag. in 4.*

Quo Scriptorum suorum occasiones, argumenta & fata summatim recenset Auctor, atque in Præfatione de Bibliopolarum ac Typographorum difficultate non parum conquestus, necessaria editioni adminicula atque obstetricantes Bibliopolarum manus desiderat. Sunt a. Scripta, quæ vel promittit, vel amissa conqueritur, (1) *THEOLOGICA* (1) *Harmonia Ecclesiarum Augustanæ & Anglicanæ Confessionis in dogmatis & ritibus &c. cum prolegomenis de disputatione κατ' ἀνδραγωγῶν, seu Confessione Adversariorum, ejusq; in Theologia Elenctica usu ac momento; Diss. Isagogica de Ecclesiæ Anglicanæ originibus, veritatis sub Papatu testibus, Reformatione, periodis, ac fatis, Confessionibus & libris Symbolicis, conflictibus intestinis & sectis, meritis in Theolog. &c. & diatribe Colophonia de Concordia & pace Ecclesiastica Evangelicos inter & Reformatos.* Cujus prolegomena tota cum dissert. Isagica dimidio, jam tum, ut excudi possent, exarata, cum apparatu librorum Anglicorum plusquam 160. ferale incendio absumpta queritur. (2) *Διδακταδία κατ' ἐπιβείαν, seu compendium Theologiæ Theoretico-præctica &c.* (3) *Veritas in medio, seu Diatribe Histor. Theol. de orthodoxia, inter duo Hæresium aut errorum extrema, Excessum ac defectum per omnes fidei articulos media.* Cum *diss. præliminari de intempestivis atque infelicibus in bellis Domini Mediatoribus.* (4) *Lineamenta Theologiæ Positivæ Polemicæ, succinctis aphorismis in usum συζητήσεως Academicæ expressa, cum conspectu Auctorum pro thesi atq; antithesi meliorum* (5) *Panoplia Evangelica Anti-Papæ, seu Controversiarum, quæ Evangelicis cum Romanensibus intercedunt, Syntagma plenius vernaculum, .vid. N. L. 1701. p. 51. cujus ultimio Bergensi incen-*

incendio magnam partem consumpti; sed ex schedis reparari denuo cœpti Specimen, in una de *Translatione & lectione Scripturarum vernacula* quæstione propriis sumptibus promittit. (6) *Dubia vexata S. Scripturæ N. T. exstantiora CCCC.* eadem methodo, qua V. quondam T. exposuit B. Pfeifferus, pertractata, cum *diff. Preliminari de Studio Biblico in Papatu neglecto*, à B. Luthero feliciter *reducto &c.* Cujus proximè *specimen, unam dubiorum decadem*, cum indiculo reliquorum, promittit. (II) *HISTORICA ECCLESIASTICA*

(1) *Dubia vexata Ecclesiastica 3. primorum seculorum.* Vid. *Nov. Lit.* 1700 l. c. Cujus etiam *Specimen unam dubiorum decadem* promittit. (2) *Compendium Historiæ Ecclesiasticæ Vernaculum* à nato Christo ad nostra usque tempora; cuius licet tria priora secula proximo perierunt incendio, spem tamen propriis etiam sumptibus edendi facit. (3) *Historia Religionum & Sectarum Orbis universipotiorum vernacula, per Tomos complures, singulos singularum Religionum notitiam exhibituros edenda, quorum alii maximam partem confecti & elaborati editorem expectant, ut* (1) *Historia Atheismi, Deismi, Naturalismi atque Indifferentismi, seu de dædæias Atheistica nominibus, ortu, progressu, causis, fulcris, Auctoribus, Scriptoribus, differentiis, gradibus, Sectis, Præjudiciis atque Epicherematis præcipuis, cum antidotis contra Atheismum, & vindiciis S. Scripturæ ac Religionis Christianæ; atque Appendice de mundo fascino Bekkeri, ac Repertorio Bibliothecæ Anti - Atheisticæ.* (2) *Historia Papismi & Papatu, qua Eccles. & Monarchiæ Romano - Papæ ortus, progressus, fulcra, media, incrementa ac decrementa, schismata &c. totumque adeo mysterium iniquitatis, cum vitis Pontificum, ordinum Monasticorum catalogo &c. exhibentur, cum appendice Præjudiciorum contra Papatum generalium, atque Apparatu Bibliothecæ Anti - Pontificiæ, cuius etiam vel propriis sumptibus editionem aliquando pollicetur.* (3) *Historia Lutheranismi qua Ecclesie & Reformationis Evangelicæ Prædictiones, prodromi, necessitas, occasio ministri, præsidia, modus, progressus, justitia, Patroni, hostes atque obstacula, vicissitudines & fata, scripta Symbolica, ritus &c. repræsentantur, & Historia Reformationis Danicæ plenius pertexitur; cuius ad mortem usque Lutheri è Seckendorffio dudum deductæ, & novam Celeberr. W. E. Tenzelii Historiam Lutheranismi Germanicam unicè expectantis editionem suis itidem sumptibus aliquando pollicetur.*

Alii

Alii verò affecti tantum & comportato apparatu delineati quidem, sed nondum elaborati; ut (1) Historia Genulissimi Veteris, Chaldaici, Persici, Phœnicii, Arabici, Ægyptiaci, Græcæ, Romani, Gallici, Germanici, Cimbro-Gothici, & moderni Asiatici, Africani, Americani, Europæi &c. (2) Historia Judaismi Veteris ac moderni degeneris, cum Epigramate de Conversione Judæorum, Bibliotheca Anti-Judaica & Antidotorum Auctario (3) Historia Muhammedismi, cum apparatu Præjudiciorum simili. (4) Historia Anti-Trinitaria, seu de Τρίαδο-Χριστο- & πνεύματος-μακρῶν s. Unitariorum, tam Veterum Arianorum, Cerinthianorum, Ebionitarum, Eunomianorum, Macedonianorum, Noëtianorum, Photinianorum, Sabellianorum, Samosatrenianorum &c. quàm recentiorum, Socinianorum &c. ortu, progressu, doctrina, fati &c. relatio, cum simili Præscriptionum auctario (5) Historia Calvinismi &c.

Quibus denique, si operæ pretium & fata ferant, alios hætenus ceu minus necessarios sepositos, ex congesto tamen apparatu facile adornandos, adungi posse ait, utpote (1) Historiam Fanaticismi atque Enthufiasmi generalem, seu de Anabaptistarum, Bœhmistarum, Chiliasitarum, Enthufiasitarum, Labadiparum, Paracelsistarum, Quackerorum, Rosæcrucianorum, Schwencfeldii, Weigelianorum &c. &c. origine, progressu, Auctoribus, Sectis, paradoxis, scriptis &c. cum Mantissa de nupera σὺγγράμματι Πιητιστικῆ. (2) Historiam Orientalium Ecclesiarum, Æthiopicæ, Armenicæ, Conticæ, Græcæ, Moscoviticæ &c. (3) Historiam Arminianismi. (4) Historiam Syncretismi. Quorum tamen omnium editionem, si necessaria destituerint adminicula, compendium totidem Dissertationibus daturum se Auctor recipit.

(III) PHILOSOPHICA. (1) Clavis Philosophicæ : Nomenclator Philosophicus s. notitia terminorum communium Philosophicorum, ad modum Lexici, serie alphabetica, in gratiam juventutis collecta. (2) Dictionarium Antiquitatum Romanarum & Græcarum, ad modum compendii Hildebrandini & Dictionarii Danetiani Gallici concinnatum, cum Præfat. de usu Antiquitatum in omni re literaria. (3) Skeleton Logices Elementicæ Nov-Antiquæ, Thetico-Elenchticæ, in usum συζητητικῆς Academicæ, & Collegii privati, ex nominatissimis Logicæ Aristotelicæ, Ramææ, Cartesianæ, Eclecticæ Scriptoribus, brevibus aphorismis congestum.

(IV) MISCELLANEA THEOLOGICO-HISTORICO-PHILOSOPHICO-CRITICA. (1) Bibliotheca Theologica & disputationibus in supplementum

Bibliorum Dorschei Numeratorum, Bibl. Lippenii, Wildeshausenii, & introductionis Sagittarianæ. (2) Novum Bibliotheca latentis & promissæ Specimen, seu Meelfubri ad Almelowericum accessiones, novæ Chiliadæ Scriptorum ἀνεκδότων, præcipuè Septentrionalium continuata, cum Schediasmate, de incendio Bibliothecarum, speciatis & sua. (3) de variis rei Scholasticæ, Methodi præsertim pædæutica navis ac defectibus modernis, in theoria & praxi utiliter emendandis Schedisma Criticum. (4) Idæa Regis Christiani, in Symbolo Christiani V. vid. N. L. 1700. p. 45. cum Elogio ejus, stylo lapidario; cui jungitur Oratio Gratulatoria ad Aug. Frider. IV. &c. cum voto metrico, v. N. L. 1700. p. 174. (5) Oratio Jubilææ Evangelicæ proximè proditura vid. N. L. 1703. p. 44. (6) Vindiciæ Nominis Danici, seu fama Danorum Literaria contra Obtrectatores Exteros vindicata, seu de ingeniis ac meritis Danorum in rem literariam contra Barclaji, Bodini, Huarti, Neubusii &c. Moleworthii præsertim συκλήματα; quarum A. 1695. conscriptarum, sed nuperis Bergensibus flammis absorptarum, jacturam utut solari dicat Cl. Joh. Molleri præfationem ad Biblioth. Eruditi Septentrionis, & uberius solaturum speret Celeb. Patriæ Præsulem luculento de Scriptis Danorum opere, compensaturum, tamen etiam semet ipsum quadantenus pollicetur Schedismatis Historico-Apologeticis, (1) de Singulari Ecclesiæ Dano-Norwegicæ felicitate &c. (2) de Liturgia seu rituali Danico. (3) de Studio Danorum Exegetico & Homiletico, deque Homileticis eorum celebrioribus. (4) de Regia Universitate Havniensi, ejusque præstantia, Collegiis, Communitate, Bibliothecis. (5) de Causis ὀλιγογυαφίας Danicæ, s. cur pauciora à Danis scripta edantur? (6) de cultu linguæ Danicæ, & Metaphrasis Danorum potioribus. (7) de Poësi ac Poëtis Danorum præstantioribus, occasione eorum, quæ Vindiciis Nominis Germanici p. 32. inseruit Auctor Celeb. &c. cum Catalogo Hymnorum Danorum. (8) de erroribus exterorum in Geographiâ & Historiâ Daniæ &c.

(V) *PARERGA LITERARIA, s. SCHEDIASMATA MISCELLANEA in falciculos colligenda (A) Theologica. (1) Specimen Calumniæ Papæ-Calvinianæ in Aug. Confessionem invariata. (2) de Breviario Ubiquetistico A. 1692. edita, sed altero tanto auctiora. (3) Specimen Calumniæ Papæ-Calvinianæ in libros Ecclesiæ Lutherane symbolicos, Catechismum Lutheri, F. C. Lutherum & DD. Lutheranos. A. 1692. editioni destinatum. (4) Ignoratio Elenchi, sæcunda controversiarum & Logomachiarum in Theologia, calumniarumque in orthodoxos mater. (5) Aquilegium Hæresium, seu πρῶ-*

των ψεύδων Religionum & Sectarum omnium breviter erutum. (6) Sylloge Similium Theologicorum, cum Manissa similium Metacologicorum. (7) Bekkerianismus in precipuis fundamentis excussus &c. (8) Φιλαρθεωπία Dei Catholica è 2. Petr. 3. v. 9. contra omnes omniumq; temporum hostes gratiæ asserta, jam A. 1690. ventilationi destinata, nunc vero novis contra antitheses recentiores porismatis aucta. (9) de bis mortuis Exercitatio Theologica. (10) de Vocatione interna, Exercitatio Theologica moralis. (11) Sophista Romanensis Proteus, s. de variis Pontificiorum adversus Protestantes agendi disputandi que methodis Schediasma.

(B) HISTORICA ECCLESIASTICA. (1) Πολυχηστία Historia Ecclesiastica seu de multiplici H.E. in omni Theologia usu, varioque apud Adversarios, præsertim Pontificios & Socinianos abusu Schediasma (2) Parallelismus Chistianismi Veteris & Lutheranismi, quod ad Ministros, modum propagandi, adminicula, obstacula, fata &c. (3) Specimen Historiæ Dogmaticæ de (α) SS Trinitate (β) de Gratia Universalī (γ) de Catechizatione Veteris Ecclesiæ utiliter hodie dum reducendæ. (δ) Specimen Errorum & παρανοματιών Gotth. Arnoldi in Historia Daniæ Eccles. cum prologo de Historia Arnoldinæ instituto, nevīs, defectibus, & controversiis inde natū &c.

(F) CRITICA (1) de Polymathia Scriptorum SS speciatim D. Pauli Schediasma Academicum III. Exercit. ventilatum, & A. 1696. editum, nunc altero fere tanto auctius. (2) de Encyclopædia s. Panosophia Biblica, variisque ejus scriptoribus. (3) de Polymathia D. Lucæ Evangelistæ, mira Actorum Apostolicorum, præsertim Historiæ D. Stephani fecunditate. (4) de Libertinis D. Stephani Antagonistis Act. VI. v. 9. Schediasma, quod A. 1692. adornatum, variisque observationibus in justī libelli molem adauctum, inter reliqua nuper absumptum, reparari posse desperat Auctor, ab otio atque apparatu destitutus. (5) Ononychites Tertulliani illustratus, (6) de Plagio Gentilium ex Historia & Scriptura S. contra Marshamum, Spencerum, Spinozam &c. deque variis hujus argumenti scriptoribus. (7) de Επινομαχία Paulina 1. Cor. XV. v. 32. disquis. A. 1695. edita, nunc aucta. (8) de Campis Elysiis Paganorum 1693. alteris curis auctius. (9) Pium desiderium de Selectioribus Eruditorum opusculis ac dissert. Academicis, ab interitu vindicandis, secundis curis castigatum, & coronide ad Cl. Viri Appendicem in N. L. 1702. pag. 182. auctum.

(A) Historica Philosophia & Literaria. (1) Breviarium Historiæ Philo-

Philosophica Veteris & Nova. (2) *Breviarium Historia Logice.* (3) de variis Metaphysicæ fatiis. (4) *Forma Syllogismi Arminiani* in actis Synod. Dordr. P. Dogm. f. 338. contra Calvinianos, speciatim G. Stannarium vindicata. (5) *Pia Desideria Theologico-Literaria*, seu de vario Rei literariæ, cum primis Theologicæ, defectu moderno, ad B. Meisneri & Wegneri pia desideria commentatiuncula. (6) de *Incendio Bergensi ultimo* Schediasma, cum Historiæ Bergensis universæ præsertim Scholasticæ Breviario, Incendiorum item, Episcoporum, Lectorum, Pastorum, Rectorum &c. catalogis, jam A. 1702. in ipso Bergensi Bustruario exaratum, ad Celeberr. N. L. Collector. Lubec. destinatum. (8) *Orationum* in solennibus Scholasticis & Academicis habitatum (& in N. L. maximam partem memoratarum) 1 2. *fasciculus*, cum Appendice testimoniorum atque Inscriptionum; denique (9) *Disput. Theolog. Havniensium* Tomus unus & alter, exemplo Gissensium, Marpurgensium, Wittebergensium, Leydensium, Salmuriensium, Sedanensium, cum præfat. & Elogiis Auctorum, ac (10) *Disput. Histor. Eccles. fasciculus* unus & alter, v. gr. (a) de variis Ecclesiis Æthiophica, Armenica, Cholchica, Coptica, Græcanica, Judaica, Maronitica, Muhammedana, Moscôvitica, Waldensium, cum similibus suis de *Ecclesiis Anglicana & Danica* diatribus. (b) *Heresiologicarum*, seu selectiorum de variis Hæresibus. (c) *Liturgicarum*, seu de variis Ecclesiæ ritibus. (d) *Patrologicarum*, seu de variis Scriptoribus Ecclesiasticis. (e) *Synodologicarum*, seu de variis Ecclesiæ Synodis.

D. XVIII. *Ejusd.* *Dissertat.* I. de Sententia Ethnicorum circa res novissimas, ventilandam proposuit *Christianus Mönichen*, Respondente *Johanne Casparo Cracovitz* 2½. plag in 4. cujus Cap. I. de Resurrectione mortuorum. II. de extremo Judicio, 3. de fine mundi agitur.

D. XIX. *Ejusd.* in Auditorio Collegii Regii pro beneficio Regiæ Mensæ, Præside *Henningio Junghans*, Reg. Communit. Alumno Resp. *Jacobo Herstlebio* ventilabatur *Trias Thesisum Criticarum* (1) de incubis ex Gen. 6. v. 2. stolidè probatis. (2) de Amosa Patre Esajæ, diverso à Propheta inter 12. minores tertio. (3) de Locustis cibo Johannis. (½. plag. in 4.)

D. XXI. & XXIV. *Ejusd.* in Collegio Regio de numero *Elementorum* disputavit *Jacobus Rhod.* (1. pl. in 4.)

Die XXX. Jan. in ejusdem Collegii Reg. Audit. declamationibus panegyricis de Augustis Daniæ & Norvvegiæ Regibus & domo Oldenburgica ordinariis colophonem imposuerunt pro Regiæ Mensæ beneficio dicentes Severinus Borrichius, Christiani F. & Johannes Schade Reg. Communit. Alumni, quorum ille Christiani V. b. m. hic Aug. Friderici IV. laudes celebrabat.

Hoc etiam mense prodit *Andr. Bussei Nordlandi introductio in Dialectologiam S. N. I.* (2. plag. in 8.)

Ripis Cimbrorum.

Ineunte Anno prodit *Ripensium Episcoporum Seris & vita Tetra- stichis comprehensa per Johannem Laurentium Ripensem D. Ejusd. Collegii Canonicum, & ad hunc usque diem continuata per M. Petrum Terpagrium SS. Theologiæ in Schola Ripensi lectorem, & Ecclesiæ Widitadiensis Pastorem (cujus Scripta in N. L. A. 1703. p. 604. recensentur (pl. 5 $\frac{1}{4}$. in 4)*

Priores 34. Leofdagum, Othincarum, Christiernum, Jeraldum, Thuronem, Notelium, Ascherium, Heliam, Radulphum, Stephanum, Homerum, Olaum, Thuonem, Gunnerum, Esgerum, Tychonem, Christiernum, Johannem Hee, Jacobum Splitaf, Petrum Turonis, Magnum Johannem Michaelis, Eschillum, Petrum Lycke, Christiernum Hemmingi, Henricum Stangberg, Petrum Nicolai, Hartvicum, Juul, Ivarum Munck, Olaum Munck, Johannem Wandalum, Johannem Thausanum, Paulum Matthiæ, Johannem Lagoricum; Auctor Johannes Laurentius, 10. verò sequentes, Johannem Lagonium, sc. Petrum Hegelund, Ivarum Hemmetæum, Janum Jerlinum, Johannem Burchardi, Ericum Monradum, Petrum J. Kraglund, Christianum Lodbergium Ansgarium Ansgarii, Christianum Musenium, continuatos celebravit. In præfatione continuatorum de Auctore ejusque instituto agit, & *Chronicon Ecclesiæ Ripensis, seu Annales Episcoporum Ripensium*, propediem lucem visuros, denuò pollicetur.

KILONII.

D. XXIV. Maji Exercitationem Fridericianam ex Physicis Omnium Creaturarum naturalium fluidissimam sistentem substantiam i. e. Lucem, proposuit D. Jo. Ludov. Hannemannus, Philos. Nat. PP. Resp. Christoph. Pyllo, Gryphisv. Pomer. (pl. 2.)

Constat hæc *XII. Thesibus*: quarum 1. lucis descriptionem. 2. è lu-

ce splendorem aquæ, 3. lucem purissimam, utpotè quæ inquinari non possit, 4. lucem indefinitæ extensionis & durationis, 5. omnis fluidissimi materiale & formale, 6. angelorum & animarum formale, 7. omnia animantem, 8. omnium rerum nexum, 9. basin, 10. omnibus pulchritudinem conferentem, 11. non nisi à Deo annihilationem patientem, & 12. lucem substantiam maximam exhibet, singulis thesibus Exegesi necessaria subjuncta.

D. XI. Jun. Præside Simone Henr. Musæo, D. Institut. nec non Jur. Nat. & Gent. Prof. Ordin. Dissert. Jurid. Frideric. de Restitutione in integrum contra Prescriptionem ex Capite Ignorantiæ, publice defendit Gustavus Otto de Fabricæ, Equ. Luneb. (pl. 6.)

Dum autem affirmativa sententia, fraude ac dolo circumventum in negotiis, ubi bona fide agendum est, restituendum esse in integrum, in hac Dissertatione, eruditè conscripta, defenditur, ac variis rationibus munitur, negantium pariter argumenta §. 17. sqq. examinantur & discutiuntur, laudato insimul *Erici Mauritiæ de Restitutione in integrum* edito Tractatu.

D. VII. Jul. Disputat. Mathematicam Fridericianam sub Præsidio Sam. Reyheri, Jcti, Cod. & Mathemat. PP. de Lentibus s. Vitris Lenticularibus, peculiari, eaque facillima ratione præparandis publicæ ventilationi exposuit Jo. Casp. Clausen, Wismar. Megapolitanus. (pl. 2½.)

In Capite I. hujus Disput. agitur de magnorum arcuum, qui circino, vel alio instrumento, ex centro describi non possunt, delineatione. *C. II.* Regula incurvata Nicolai Goldmanni explicatur. *C. III.* Regula Lesbia à Basilio Titelio inventa describitur. *C. IV.* De Lentibus Hyperbolicis & hyperbole refractionibus vitrorum conveniente à Cartesio descripta agitur. *C. V.* Lentes circulares Christiani Hugenii exponuntur. *C. VI.* Lentes sectionis sphericæ perfectiores ostenduntur, & denique *C. VII.* Tuborum ex duabus, vel etiam quatuor lentibus compositorum, constructio traditur, inspersis hinc inde figuris Mathematicis.

LUBECÆ.

D. X. Junii Zachariæ Hasselmannus, Rostoch. qui in Athenæo Gedanens. & Acad. Patriæ studiis operam navavit, eligebatur Præceptor Cœnobi S. Annæ. Ejus Antecessores fuere in ordine sequentes:

1. Michaël Henschelius, Quiliz Marchicus, natus A. 1599. d. 27. Ap. A. 1629.

A. 1629. postquam Quilizii, Munchenbergæ, & Wrizæ ad Oderam nec non Regiomonti studiis incubuisset, Rector Schol. Raceburgensis, & A. 1631. d. 23. Febr. Præceptor Cœnobii jam dicti constitutus, cui quam sedulus tam concionando, quam informando præfuerit, vel *S. hola illa Catechetica*, quam edidit in Auditorum suorum usum, & cujus titulus ita se se habet:

Erneuerte Lutherische Catechismus- und Gebet-Schule/ darinnen 1. der kleine Catechismus D. M. Lutheri / in Fragen und Antworten/ mit Sprüchen. 2. Schrift gründ- und deutlich erklärt und bewiesen wird. 3. Schrift-Sprüche und Reim-Gebetlein auf alle Sonn- und Fest-Tags-Evangelia / nebst noch absonderlichen Fragen und Antworten auf die hohen Feste. 4. Die 7. Buß- und andere ausserlesene Psalmen des Königs und Propheten Davids / sammt beygefügeten geistreichen Gebetlein / auf allerley Noth / Zeit / Stände und Personen gerichtet. Auf E. Wohl-Ehro. Ministerii allhier Consens und Belieben in einem Hand- und Formular-Büchlein / vor die arme Gemeine im Kloster zu St. Annen in Lübeck / mit Amts-gewöhnlichen Fleiß zusammen getragen / durch *Michaëlem Hentschelium*, Quilitz. March. gewesenem verordneten Præceptoren daselbst. Lübeck 1674. (1. Alph. 15. pl. 8.) testari potest.

Post prioris conjugis *Elabe Krögeriæ* & 6. liberorum, quos ex illa susceperat, discessum, vota conjugalia repetiit cum *Magdalena Wittkoppia*, cumque illa duos genuit filios, ex quibus alter, *Dietericus*, præmatura obiit morte, alter verò *Michaël*, Lubecensis, qui A. 1632. in *Acad. Rostoch.* sub Præsidio *D. Aug. Varenii*, Dissert. Theolog. de *Presbyterorum Clericorum dignitate & potestate ordinandi ex Jure Divino & antiquo Ecclesiastico*, & hac occasione de *Episcopis, Presbyteris & Choro-episcopis*, proposuit, (pl. 5. 1/2.) in Patria ad *Æd. St. Jac. Archi Diaconus* fidelissimus audit. A. 1660. ob memoriæ debilitatem concionandi officio non amplius defungi valuit, postquam Dom. II. p. Pasch. Fest. quâ ipsa, quod notatu dignum, ante XXIX. annos Concionem accessoriam dixerat, ultimum verba fecerat. † A. 1667. d. 3. Junii. Epitaphium ejus in eod. Cœnobio, suggestum versus, conspicitur hac Epigraphe:

Michaël Hentschelius ist zu Quilitz/ in der Markt Brandenburg/ geboren A. 1599. d. 27. Apr. zum Præceptor in St. Annen Armen-Haus ordentlich beruffen A. 1631. d. 23. Febr. hat die Armen unterrichtet mit Predig:

Predigten und Schriffte getreulich. A. 1667. d. 3. Junii sonffr und seelig in Gott enischlafen. Sein Dencf. Wunsch war: Herr erhalte mein Hertz bey den Einigen/ daß ich deinen Nahmen fürchte. Pf. 86. 11.

2. A. 1663. *Georgius Färberus*, ei Coadj. substitutus fuit. † A. 1664.

3. A. 1664. Vivo adhuc Hentschelio adjunctus fuit *Jo. Frid. Arcularius*, qui A. 1671. vocatus Past. Eccl. quæ colligitur Ensa in Constatu Waldeccensi Libr. Symbol. subscriptis, & Lubecæ fuit ordinatus.

4. A. 1672. *Michaël Pamprin*. † 1673.

5. A. 1673. *Thomas Tile*, qui secundam Hentschelii Catechetica Scholæ Editionem Præfatione ornavit. † 1676.

6. A. 1676. *Paulus Sinnerus*, Martisburgens. Misnicus, † 1676.

7. A. 1677. *Job. Bendstedius*, Wisnariens. † 1697.

8. A. 1697. *M. Job. Metstorpius*, Lubecens. † 1698.

9. A. 1698. *Gerhardus Borcherus*, Bofovio-Holsatus. † 1699.

10. A. 1699. *Nathanaël Schlott*, Dantiscanus, cujus in *N. L. M. B. T. VI. p. 96.* mentionem fecimus. † 1703.

11. A. 1703. *M. Henr. Palm*, Lub. cujus *h. a. p. 96.* meminimus † 1704. Hujus verò curriculum vitæ brevibus commemorare Lubet.

Natus autem est hic Lubecæ A. 1658. d. 4. Jul. Patre *Jacobo*, Cive & Negotiatore, Matre *Elisab. Helmersenia*. Scholæ primum patriæ, postea A. æt. XII, curæ *Adriani Lengerfeldii*, dehinc Scholæ Malmogiensi creditus fuit. A. 1678. Acad. Gryphisv. visitavit & *M. Jo. Michælem* in Metaphysicis & Homileticis per breve temporis spatium audivit, siquidem belli ibi rumore perterritus, *Sundium* petere fuit coactus, ubi verò, cum vix Mense unico ibi substitisset, bellum expertus est, quod illic timuerat. A. 1679. Wittebergam adiit & *M. Jo. Müllerum* in Græcis & Log. *D. Jo. Wolfium*, in Philos. Theol. Thet. & Homilet. *Donatum*, in Log. & Metaphys. *D. Calovium*, *Meisnerum*, *Quensledium* & *Deutschmannum* in Theolog. Ductores sibi elegit. A. 1682. M. April. Lauream Magisterialem Brabeuta *Donati* consecutus est, quâ auctus, *Wernerii Theodori Martini* J. U. D. & PP. filiorum natu majorum, informator fuit constitutus. A. 1685. Hafniæ in *D. Lasenii* & *M. Bremeri* notitiam pervenit. A. 1700. d. 3. Maji matrimonium contraxit cum *Elisabetha Hedwigide*, *Jo. Kæhnii*, Pastoris Schlukup. filia, contraxit, ac postea *Nath. Schottio*, cujus mortem in *Nov. Lit. T. VI. p. 96.* memoravimus, Successor est datus.



NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis SEPTEMBRIS. A. M DCC IV.

WISMARIÆ.

Die XXIX. April. *Jacobus Henricus de Hildebrandt*, locum cepit inter *Assessores* Summi R. M. Svec. Tribunalis, quod ibidem est, jam A. 1701. Mense Novembri, post obitum *B. Scheffeli*, sibi assignatum.

Calendis Julii in vivis esse desiit *Johannes Peucerus*, Gorlicio Lusatus, Scholæ Wismar. ab A. 1700. Cantor, ante ab A. 1690. in eadem Classis IV. Præceptor, ante quod tempus Cantoris munus apud Raceburgenses per triennium obierat.

D. XXIV. Julii *Johannes Henricus Guntherus*, Göttingensis, hactenus in Lyceo Wismariensi Sextæ Classis Collega, *Johanni Peucero* Successor datus, a *M. Johanne Kindlero*, Rectore, præmissa oratione, de laudibus *Musica*, introductus est.

ROSTOCHII.

D. III. Julii sub Præsidio *D. Andree Dan. Habichborstii*, S. Th. PP. Consilarii Consistor. nec non Fcctis Theol. & Duc. Collegii totiusque Acad. Senioris, & in hoc Actu Decani, *Disput. Inauguralem Theologicam*, de *Ignem cælesti*, ad declanda aliquot *Scripturæ S. Loca*, pro obtinendo in Theol. Doctoratus Gradu & Privilegiis, cruditorum examini subjecit *M. Dav. Henr. Kepkenius*, Luneburg Rev. quondam Capituli Bardov. Canon. nunc in Alma Varniaca Philos. Prof. Duc. (pl. 5.)

Disputatio hæc *IV. constat Segmentis*: I. *Illustriora Scripturarum loca*, quæ ignem istiusmodi sacrum commonstrant, evolvit,

K k

nempe

nempe *Gen. IV. 4. Lev. LX. v. ult. 1. Reg. XVIII. 38. & Act. II. Variasque illorum expositiones detegit. II. Assertionem quasdam hujus ignis, & memorabilia, affert. III. Caelestem quoque gentilium ignem, si quem habent, revelat, juncta simul illius veræ Ecclesiæ præ altera Majestate. IV. Tandem usum quendam paucis subjungit. Obiter hic notamus, Henricum Horchium, Prof. Scholæ Herbornensis, Dissertationem, de *Ignis Sacro, Herborna 1691.* edidisse in qua de *ignis sacri Origine, ejus conservatione & Mystero* prolixè egit.*

D. V. Julii, in Collegium Anti-Socinianum sæpius laudatum, Disputationem quartam, de Spiritu S. & Creatione, proposuit M. Henr. Ascanius Engelcke | S. Th. Ddus, ejusdemque Prof. Publ. Extraord. Resp. Vincentio Beuthin, Wismar. (plag. 2½.)

D. VIII. Julii paulò ante nominatus D. Habichborstius, FCTis Theol. Sen. & Pro-Decanus Programmatae invitatorio, in patenti ac publica tabula, Promotionem trium Theol. Doctorandorum indixit. (plag. 1.)

Eod. die D. Joh. Joach. Schæpfferus, FCTis Jurid. Decanus, Progr. ad Actum Promotionis quinque Juris Doctorandorum invitavit. (plag. 1.)

Eod. die Præf. D. Joh. Petro Grönenbergio, S. Th. PP. & Distr. Mecklenburg. Superint. ad h. Actum Decano, Disputationem Inauguralem, de Vitando privatae Communionis Separatismo, ex 1. Cor. XI. 18. seqq. publico examini submitit Joh. Senstius, Werb. Meckl. ad Æd. Marian. apud Rostoch. Archidiaconus, & Cœnobii ad S. Crucem Pastor. (plag. 11½. cum progr.)

Conspectus istius *Disputationis* hic est. I. *Pars exegetica* sistit 1. διωλίπνωσις *Textus Orig.* per aliquot vers. 2. *Exegefin ipsam, quæ expeditur Epanoribosi & Paideia.* II. *Pars Problematica* solvit 3. *Quæstiones, nimirum: 1. Quid sit Separatismus? 2. An abusus Corinthiacus contra Agapas, an contra Eucharistiam ipsam, commissus sit, & utrum Agapa cum Eucharistica tunc connexa fuerim? 3. Anne in casu necessitatis privata Communio locum habeat?* III. Denique *Pars Practica* accommodat *Textum ad modernum Ecclesiæ usum, ubi 1. formatur Status Controversiæ, ac docetur, modernam privatam Communionem convenire cum Corinthiaca: 2. Impugna-*
ter

tur eadem validis ex Textu defamatis argumentis. Et tandem 3^o ad argumenta Adversariorum responderetur.

Lubet & hujus Candidati vitæ Studiorumque rationes breviter exponere. Natus verò est *A. 1653.* d. Matthæi, *Werbene*, quod est oppidum Meckelburg. in terris Stargardiens. situm, ex familia Sacerdotali, inde ad Abavos usq; Lutheri ex parte Discipulos, tam quoad Patris, *Christiani Sensii*, Past. quondam Werbenensis, quàm Matris *Regine Dammiæ, Bartholomæi Dammi*, Werbenens. etiam Eccl. Past. filix, lineam oriundus. *A. 1673.* Acad. Rostoch. nomen dedit, ubi præter publ. privatosque t. t. Philosophiæ Doctores, in Theologicis præsertim studiis, *B. D. Henrici Mülleri, B. D. Aug. Varenii, & B. D. Mich. Cobabi*, Lectiones frequentavit, atque ex ejus temporis Doctoribus superstitem adhuc *D. Habichhorstium*, Theol. tunc Licentiatum ejusque Prof. designatum, & Oratoriæ ordinari. non sine vario fructu, variis in Collegiis, audivit, & *A. 1675.* Præsidentem nactus est, cum pro *August. Confess. Articulo VI. de Bonis Operibus*, adjuncta præcipuè Exegesi loci Biblici, ex *Dan. IV. 24.* publica cum laudè disputaret. Postquam per triennium Doctoribus Varniacis adhæserat *Anno 1676.* Wittebergam iter meditabatur, cum Sereniss. Dux Meckelb. *Dn. Gustavus Adolphus* glor. recordationis, ex inexpectata commendatione *B. M. Francisci Anigii*, Superint. t. t. Neo-Brandenb. Furstenbergensi Ecclesiæ illum destineret Pastorem, cui & per XXIII. annos tanta cum laudè & dexteritate præfuit, ut Senatus Rostochiensis eum è pristina sede sua ad *Archi-Diaconatum Eccles. Marianæ* Anno 1699. evocaret.

D. Zacharias Grapius, Metaph. & Physices Prof. Ordinarius, & Verbi Div. Minister, nunc in eo est, ut *Abmet Ben-Abdala*, Hominis Fidei Muhammedanæ addicti, *Epistolam, ad Serenissimos Auriacum & Portugalliæ Principes* exaratam, è MSSto cum Notis & Animadversionibus Critico-Theologicis, luci publicæ exponat. Est vero *Epistola hæc* è *libris manuscriptis Seldenianis*, qui *Oxonii in Bibliotheca Bodlejana* asservantur, excerpta studio *D. Gottfredi Christiani Goetzii*, (cujus in *Act. Erudit. ad Ann. 1704. p. 101.* & in *Nov. Lit. Germ. T. I. p. 379. sq.* mentio facta est) & ad Clarissimum *Grapium* transmissa, ut illam, additis scholiis, ederet juxta atque

examinaret. Complectitur illa II. *Capita*, quorum I. sistit Judicium de *Christianorum Articulis Fidei*, SS. *Trinit.* & *Christum*, *Redemptorem nostrum*, concernentibus, adjecta *επιμνησκα* de iis, quæ in *Civitatibus* & *locis Pontificiis* fieri solent, & *cur Pontificiorum Sacerdotes a Matrimonio abstineant*, II. verò doctrinam de *Libero Hominis Arbitrio* expendit. Hinc *duas Dissertationes*, in hanc Epistolam scriptas, ventilationi Eruditorum exposuit, quarum *primam* d. IX. *Julii* horis antemerid. Relp. *Christianus Henricus von Elſwich* / Rendesb. Holsatus, (in *Nov. Lit. T. VI. p. 196.* adductus) defendit; (pl. 3½.) Secundam verò d. XI. *Julii* Resp. *Joh. Hermann von Elſwich* / Rendesburg. Holsat. (cujus in *N. L. T. VI. pag. 96.* meminimus,) proposuit. (plag. 3½.) Reliquas alio tempore insinuabimus.

D. IX. *ejusd.* Præside *M. Francisco Alberto Epino*, SS. Theol. Candidato, de *Alapa injuriosa*, *Christo patienti inflicta*, & *Joh. XVIII. 22.* descripta, ex *Jure Naturæ* disputavit *Michaël Arwedson*, Suecus. (pl. 6½.)

Sequ. die X. Julii. solennis promotionis Doctorandorum Actus in *Facultate Theol. & Jurid.* Majorum more in primaria *Æde Mariana* est celebratus. In primo actu *Theologico* Decanus & Promotor paulò antè laudatus *D. Andr. Dan. Habichhorst*, Procancellario *D. Johanne Fechio*, PP. *Trigam* Candidatorum, nempe 1. *M. Henricum Ascanium Engelkenium*, Rostoch. Meckelb. S. Th. Prof. Rostoch. extraord. cujus *Disp. Inaug.* supra *Mense Junio p. 171. sq.* adduximus. 2. *M. Dav. Henr. Koepkenium*, Luneburgens. Histor. Rostoch. Prof. extraord. & 3. *Johannem Senslium*, Werbena Meckelb. ad *D. Mar. Templum*, quod Rostochii est, Archidiaconum, simulque Cœnobii ad *S. Crucem* Pastorem, supremo in Theol. *Doctoratus* gradu insignivit, quorum *Disp. Inaug.* modo laudavimus. In secundo actu *Juridico* Decanus *D. Joh. Joach. Schæpffer*, Cod. PP. Procancellario *D. Casp. Matthæo Müllero*, Instit. Prof. *quinque Doctores Juris* creavit, nimirum 1. *L. Joh. Fridericum Oertlingium*, Bruma Meckelb. 2. *L. Conrad. Bernhardum Schwaben*, Sternberga Meckelb. Anno 1701. in dicta Acad. promotos, quorum *Disp.* dicto jam anno in *N. L. Mens. Oct. p. 292. & 294.* memoravimus 3. *Hermannum Albert. Schukmannum*. Gultrov. Meckelb. cujus *Disp. Inaug.* Anno 1702. *Mens. Dec. p. 349.* est citata, 4. *Christo-*

phorum

phorum Knövenagelium, Gustrov. Meckelb. cujus Disp. Inaug. præced. A. M. Martio pag. 49. recensuimus, & §. *Franciscum Ernestum Kohlium*, Razeb. Meck. cujus Disp. Inaug. Mensi anteced. p. 226. sq. inseruimus, qui omnes quinque, partim Judiciorum Ducalium, quæ *Rosochii* sunt, partim Dicafterii provincialis Meckelb. quod Parchumi est, Advocati & Procuratores Ordinarii sunt

D. XII. *Ejusd.* Præsides D. *Zach. Grapio*, PP. Dissert. Theologicam de *Concionibus artificiosis & Alamodicis*, vulgo von künstlichen und galanten Predigten / publico examini submisit *Joachimus Prüssing* Warena Meckelb. Philosoph. Candidatus Anno sup. Mens. *Januar.* p. 4. alibique sæpiusculè nobis memoratus.

Disputationis hujus *Prologus* agit de Variis mundi circa *Ministros verbi* Judicii, quæ Lutheri verbis exprimuntur, à quibus neque eorum conciones sint immunes, neque in primis conciones artificiosæ & vulgo dictæ alamodicæ. *Traëctatio* ipsa 18. §§. absolvitur. §. I. sistit necessitatem Concionum contra veteres pariter atque recentiores Adversarios, eamque probat partim ex clara Script. litera, partim à Ministerii Ecclesiastici necessitate, partim à perpetua Ecclesiæ praxi, partim ex metuenda Weigelianismi suspitione. §. II. Conciones artificiosas in specie quoad *Onomatologiam* considerat, §. III. quæritur: An juxta artem concionari liceat? Et negatur, si nimirum intelligatur (1.) de arte merè humanâ. tum quia Oratoria S. sit donum Spiritus S. administrans; tum quia Oratoria S. & profana multum differant. (2.) de artis abusu, quando quid ope regularum artis nimis coactè proponitur. (3.) de juratâ obligatione ad præcepta artis. §. IV. Affirmatur præcedens quæstio (1.) si vocabulum Artis latius sumatur pro certâ methodo & regulis certis, quas Spiritus S. gratiâ addiscimus, & Secundum quas dicenda dirigimus melioris perceptionis gratia. Ubi differitur de methodo & dispositione. (2.) Si intelligatur de concionibus perceptu facilioribus. Probatur (a) quia immediatus instinctus hodie non datur. (b) Quia idcirco Collegia habentur. (c) quia ordo per se utilissimus. (d) quia Patres & veteres Theologi artem commendarunt. (e) quia à superioribus approbatur. (f) quia Quackerorum conciones ita sunt absurdæ. §. V. Ad-

ducuntur contradicentes, qui artificium orationum sacramentum rejiciunt. §. VI. Quædam eorum argumenta examinantur & refutantur. §. VII. Quænam optima sit methodus? & Resp. quæ regulis innititur hermenevticis & imitatur Conciones Christi & Apostolorum, quæcunque illa demum sit. §. VIII. An Christus & Apostoli methodum habuerint? disquiritur: Affirmatur & probatur ex Carpozov, disp. de orthor. & orthod. §. IX. Quod Patres methodum habuerint ex eodem probatur. §. X. Etiam B. Lutherum non αμειδο'δov fuisse demonstratur. §. XI. Quæritur: An inter illicita concionum referendum, eruditionem pro concione ostendere? Ibi eruditionem requiri in Concionatore, & in quonam consistat, dicitur. Deinde distinguitur inter superfluum, de quâ negatur, & summe necessariam, de quâ affirmatur quæstio. §. XII. Progressus fit ad conciones *alamodicas*, & adducuntur quæ spectant ad *Onomatologiam* deinde quænam sint, describitur. §. XIII. Rejicitur earum usurpatio, partim quia abluunt à concionibus Christi & Apostolorum; partim quia habentur ad auram hominum captandam, partim quia scriptura sit suspecta tanquam elegantis sit vacua, partim quia Oratoria S. & profana iterum confunditur; partim quia antiquitas contrariatur. §. XIV. Evincit non omnes inventiones proscribendas esse, probatur ab exemplo Christi & usu, quem habent. Ultimò fatetur modum hic excedi posse. §. XV. proponit conciones Schematicas, earumque distinctionem in parabolicas & emblematicas. Quod usus eorum licitus sit probatur: Cautelæ, quæ observandæ, subnectuntur. §. XVI. Quæritur an omnia ornamenta Rhetorica ceu *alamodica* rejicienda. Dividuntur ornamenta in ea, quæ totam concionem, quæ tractationem, quæ usus ornant, singula in quibus consistant exponitur, licitaque esse certo respectu affirmatur & probatur. §. XVII. Considerat Similia Exempla, Testimonia Patrum & Gentilium, & utrum & hæc tanquam *alamodica* damnanda in quæstionem venit? Negativa quoad unumquodque probatur. §. XVIII. Absolvitur controversiâ, quæ inter D. *Schelguigium* & *Dornkrellium* agitata de quæstione: An unicè Scripturæ verbis sit concionandum omnibus humanis verbis neglectis. Formatò con-

troyer.

troverſiæ ſtatu negativa adſtruitur & à nonnullis objectionibus vindicatur & tandem finitur.

D. XIII. Julii Henr. Chriſtianus Tielcke J. U. D. & Orat. Prof. h. t. Fctis Philoſ. Decanus, Programmate, in forma patente, ad actum Promotionis Philoſophicæ invitavit. (plag. 1.)

D. XVIII. Ejusd. Idem D. Tielke Decanus, Procancellario *D. Zach. Grapio PP. ſeptem Philoſophiæ Candidatos nempe 1. Joachimum Darjes*, Roſtoch. 2. *Georg. Henr. Haberkornium*, Erfordienſem, 3. *Johannem Balthaſarem Nibenkiem*, Roſtoch. 4. *Joachimum Pruffingium*, Warena-Meck. cujus paulò ante meminimus. 5. *Johannem Carlberg*/Gothoburgo-Suecum. 6. *Erhardum Sprengelium*, Sedin. Pomer. 7. *Georg. Nicolaum Oekelium*, Roſtoch. (quorum ſex poſteriorum ſpecimina in *Novis Lit.* partim hoc anno, partim in præcedentibus memoravimus) *Magiſteri* Philoſophici axiomate, in Auditorio Maj. ſoleni ritu exornavit.

D. XXVI. Ejusd. D. Henr. Aſcanius Engelke, S. Th. Prof. Publ. Diſput. *quintam* in Collegium *Anti-Socinianum Schomerianum*, de *Angelis, Providentia, & Imagine Dei*, propoſuit ventilandam, Reſp. *Casp. Friderico Neuſenio*, Walikend. Meckelb. (plag. 2½.)

Gorgius Caſpari, quem nuper memoravimus in *N. L. Menſ. Jun. p. 165.* editionem Tractatus, quem *B. ejus Pater* de *Studiis futuri Theologi Philologicis & Philoſophicis* conſcripſit, molitur, jamque prelo eundem commiſit.

SEDINI.

D. XXX. Maji, D. Jo. Ge. Röſerus, PP. & Gymnaſii Rector, ad Introductionem *M. Friderici Jaſteri*, vocati Prof. Publ. Ord. Eloquentiæ, cujus ſupra p. 21. mentionem injecimus, Tabula publica invitavit (pl. 1. form. pat.)

D. XXX Junii modò dictus *D. Röſerus*, Natalem viceliſimum tertium Potentiſſimi Regis Sueciæ CAROLI XII. qui d. XXVII. Junii feliciter illuxerat, à quatuor Gymnaſii Civibus, quorum 1. *Jo. Ephraim Lagerſtröm*, Nob. Nec. Natalitia gaudia memoriæque rerum geſtarum Germanicis verſibus, 2. *Carol. Chriſtoph. Reisner*, Wollinenſ. obſidionem & expugnationem Thorunii, & in ea invictam tanti *Victoris virtutem*, Latina Oratione, 3. *Ge. Mich.*

Stolle,

Stolle, Sedinenf. licentiæ bellicæ triftiffima damna in bello etiam jufto Lingua Lat. 4. denique *Hermannus Küetemeyer*, Suerinenf. æquitatem & temperamentum hujus licentiæ Caroli Regis exemplo commemoravit, celebrandum, Programmate Lat. indixit. (plag. 1. fol.)

GRYPHISWALDIÆ.

D. XXX. April. Sub Præfidio. *Jo. Frid. Mayeri*, D. PP. Gen. Superint. Senarium Thefium, de *Ascensione Chrifti*, publicè propofuit *Daniel Henricus Matthias*, Anclam. Pom. (plag. $\frac{1}{2}$.)

D. XI. Maji *Theodorus Hornius*, Log. ac Primæ Philofoph. PP. h. t. Acad. Rector, *Programma Lat. Pentecoftale*, quo de *fine Veteris Teftamenti Pentecoftes* quædam perfequitur, propofuit. (pl. 1. in 4to.)

D. XXI. Ejusd. Præfide modò dicto D. *Jo. Frid. Mayero*, PP. *Daniel Poblman*, Wollin. Pom. *Eclogam*, de *Fefto Pentecoftali*, publico Examini fubmiffit, in ejus calce adjecta eft *Quæftio*, eod. die in *Confiftorio Academico* propofita (plag. $\frac{1}{2}$.)

D. XXIII. Ejusd. fub ejusdem D. *Jo. Frid. Mayeri* PP. Præfidio, *Job. Frid. Marini*, Wulfterhufa-Pomer. differtit de *Conceptibus inadequatis Myfterii SS. Trinitatis*. (pl. 1.)

D. III. Junii, *Thefium Theologicarum Decadem*, fubejusdem D. *Job. Frid. Mayeri*, PP. umbone propofuit *M. Franc. Alb. Epinus*, Mecklenb. (plag. 1.)

Th. I. agit de *Theologia*, quod illa quoque in *irregentis* locum habeat. II. monet in *Articulis non - fundamentalibus* cautè procedendum, nec adverfus illos errores fovendos effe, hinc *Winckleri* Arcanum Regium rejicitur. III. *Socinianos*, & in fpecie *Val. Smalcium*, tangit, exiftimantem, nos debere ad *menfam Domini accumbere*, IV. Verba *Institutionis Cœnæ Dominicæ* à folo facerdote, non verò ab integro Cœtu, clara voce repetenda effe, tradit. V. *Chriftum* pro finali incredulitate paffum effe docet, qua occasione de *Peccatoribus in Spiritum S.* differtitur. VI. ob peccatum *Chriftum* in hunc mundum veniffe, probat. VII. *Laicum* in cafu neceffitatis *Sacramentum Cœnæ* adminiftrare poffe, cenfet. VIII. *Locum Paulinum Rom. I. 16.* exponit. IX. in *Seculo* poft *Chr. Nat.* IV. maximam deprehendi felicitatem afferit, qua occafione

sione de celebrato Nicææ Concilio, ejusque Symbolo agitur. X Controversias Theologicas tum prodesse, tum obesse Ecclesiæ docet.

D. XXIII. Junii pro Gradu Doctoratus, Discursum Inauguralem, de *Jure Majestatis Ecclesiastico*, moderante D. Petro Mascovio, PP. & Decano, exhibuit *Andr. Mich. Bergbalt, Dunckelsbuhla-Suecus*. (pl. 6 $\frac{1}{2}$.)

Sistit autem *Cap. I. Terminorum Evolutionem, II. Juris Ecclesiastici Definitionem, III. Subjectum, IV. Objectum, V. Formam seu Modum, VI. Finem & Effecta.*

Idem Candidatus, in eadem Academia *d. X. & XI. Martii* Lectiones Cursorias ad *L. Admonendi sumus XXXI. II de Jurispr.* habuit, prout publico Programmate, (1. pl. form. pat.) *d. VIII. Martii*, eadem indixit D. *Alexander Caroc. r. r. Pro-Decanus.*

D. XXIV. Ejusd. Horis vespertinis, pro primo in Theol. Gradu, quem *Baccal.* vocant, Dissert. Inaug. Theologicam, *Deum Bimestrem* contra *Nestorium* ejusque *Assetas* defendentem, sub Præfidio D. *Jo. Frid. Mayeni*, P. P. proposuit *M. Justus Wesselus Rumpaus Guesphalus*, Ecclesiast. ad D. *Jac. Sabbathicus* (pl. 2.) quem supra *Mens. Jan. p. 22.* aliisque in locis laudavimus.

Summaria Dissertationis hoc ordine leguntur. §. 1. in vitam *Nestorii* inquit, quis fuerit ratione Patriæ, ratione sanguinis, quales habuerit Præceptores, quonam functus fuerit officio & quando illi admotus: cujus fuerit ingenii, cujusque indolis: quæ tradiderit dogmata, & in quo Concilio illa fuerint damnata. §. 2. ostendit, hanc propositionem: *Deus est Bimestris, Trimestris*, à *Nestorio* fuisse rejectam, occasionemque hujus rejectionis subjungit. §. 3. Causas proponit, quæ *Nestorium* ad rejiciendum *Deum bimestrem* moverint, varias, utpote negatam *Mariam θεοτόκον*, superbiam, imperitiam, negatam unionem personalem, communicationem idiomatum, metum inanem & præposterum mutationis in Deo. §. 4. Argumentis pro *Deo bimestri* militat, generali ab *ἰδιωποιήσει*, specialibus verò (α) ex *Luc II. 11.* (β) ex *Hebr. II. 14* (γ) ex *Luc. I. v. ult. Cap. II. v. ult.* (δ) ex *Act. XX. 28. 1. Joh. I. 1.* petitis. §. 5. Probat *Mariam θεοτόκον* & hinc iterum *Deum bimestrem* va-

riis argumentis, præmissis Dionysii Petavii, α) ex Luc. I. 43. (β) ex Luc. I. 32. 35. γ) ex Gal. IV. 4. desumptis, subjungit Nestori blasphemias & claudit pio voto.

Eodem die Dissert. Inaug. pro obtinendo *Baccalaureatu* Theologico sub modò nominati *D. Job. Frid. Mayeri, PP.* manu ductio-
ne, de *Apostolis Ebræorum*, defendit *M. Laurentius David Boll-
hagen* / Stargard. Pom. (plag. 3½.)

Quid verò in hac pertractatum sit Dissertatione, sequens enarrabit Sciagraphia. §. 1. 2. de varia vocis *Apostoli* significatio-
ne agitur. §. 3. Evincitur, Christum non has attendisse significa-
tiones, dum Apostolos suos vocaret discipulos. Eâque occasio-
ne *Grotius, Hammondus, Campesius Vitringa & le Moynes* notantur,
quod dignitates in Ecclesia obtinentes, ex Synagogis Judæorum
derivare allaborent. §. 4. Agitur de nominibus ebraicis, quæ
græco vocabulo Ἀποστόλῃς respondent, ut שלוח שליח & עלאך. si-
mulque redditur ratio, quare eos שליחין mislos non מלאכים An-
gelos nominarit. §. 5. Duodecim Apostolos tantum præcipuè ti-
tulo Apostolico gaudere docetur, simulque etiam eorundem Ad-
jutores hoc titulo insignitos probatur, nec non controversia, de
Episcoporum autoritate super Presbyteros, ac eorum dignitate,
quam præferunt, Apostolica, paucis examinatur, itemque de
duodenario Apostolorum numero ejusque ratione, & de tribus
Jacobis agitur. §. 6. de Judæorum Apostolis agit contra *Cl. Cam-
pegium Vitringam* Sam. Petitum defendit, ac legum conditores ab
ignorantia in antiquitatibus Judaicis vindicat. §. 7. Tempus, quo
florere Ebr. Apostoli indicat, & in hoc errorem Baronii & Sal-
masii refutat. §. 8. de Patriarchis Ebræorum, quibus à consiliis e-
rant Apostoli eorumque tempore tractatur, Casauboni error re-
jicitur, docentis, quod etiam apud Gentiles olim fuerint Apostoli.
§. 9. Duos tantum Patriarchas, unum in Palæstina, alterum in
Babylonia fuisse ostenditur, & non tantum in Orientem, sed &
Occidentem eos regnasse docetur. §. 10. Non uno plures contra
Godofredum in Palæstina fuisse Patriarchas, ex legibus, commoda
vorum facta restitutione, probatur, rejecta Petiti emendatione.
§. 11. de Dignitate & Prosapia Patriarcharum agitur. §. 12. de
Dign-

Dignitatione & Officio Apostolorum Ebr. tractatur. Qua occasione de exactione annua dimidii secli, de non colligendis opibus in Thesaurum Regum agitur. Explicantur dicta Matth. XIII. 24. XXI. 12. §. 13. de *Coronarii* exactione ac origine agitur, etiam forma profana numos Judæorum insignitos, ex *Seldeno* docetur. Modo interdictam, modo ab Imperatoribus hanc exactiorem confirmatam probatur. Tandem interitus ac finis Apostolorum & Patriarcharum indicatur, Primates autem eorum in locum demum electos esse negatur. Dum autem per CC. ferme annos primus hic in Theologia Gradus nemini fuit collatus, nunc demum receptus iterum est, ac publica autoritate, faxit Deus felici omine! introductus.

Die XXV. Junii, Promotiones in omnibus Facultatibus fuere celebratae. Summos namque *eod. die* Philosophiæ honores *Theodoro Hornio*, Philosophiæ Prof. & ejusd. Facult. Decano, qui ad hunc Actum Progr. publ. (pl. 1. in form. pat.) invitavit, & *Jo. Philippo Palthenio*, Moral. & Hist. Prof. Brabeuta consecuti sunt 1. *Joh. Bachmannus*, Livonus, 2. *Frider. Genzkenius*, Usedom. 3. *Mich. Fridericus Quade*, Zach. & 4. *Georg. Henr. Kniephofen*, Wolgast. Pomeran: In quo Actu quaestio fuit proposita: *An liceat natalitia Principum praesertim celebrare?* In Facultate Theologica *D. Joh. Irid. Meyero*, Acad. Pro-Cancel. & ord. Theol. Decano, axiomata Doctoralia retulerunt *L. Joach. Fridericus Schmidius*, Collegii Gröning. Stargard. PP. ejusdemque ut & Scholæ Rector, & *L. Thom. Bahr*, Eccl. Pafeyvalc. Past. & Diocæs. Præpos. Problema in hoc Actu illud fuit: *Utrum per vitam & natalem Regis jurare liceat?* Tabula publ. (plag. 1.) Actum hunc indicavit modò dictus *D. Mayerus*. In Facult. Juridica Insignia & Privilegia Doctoralia collata fuere *L. Henningio Christoph. Gerdesio*, Jurispr. PP. in Acad. Gryph. & *L. Andreae Mich. Bergholtio*, Dünckelsbühl. Suev. & quaestio proposita hæc fuit: *An scil. dies natales Principum inter eos, quos Romani nefastos dicebant, numerandi?* Quam festivitatem tab. publ. (pl. 1) intimavit *Petr. Mascovius*, Jctus, FCt. Jurid. Decanus. In FCt. demum Medica supremos honores contulit *L. Christoph. Heiwigio*, *D. Casp. March*, PP. & Fac. Med. Sen. & h. t. Decanus, qui insimul

ad h. Actum tabul. publ. (pl. 1.) invitavit. Quæstio Candidato prop. sita, sic se habet: *An homo s. n. x. rejuvenescere possit?*

D. XXVI. Junii Dissertationem Politicam, de *Dethronisatione*, inter festivos Acad. Grypl. cæ plausus, ob natalem *Caroli XII.* vicessimum tertium, Præside *ob. Philippo P'athenio*, Polit. Prof. Reg. publice disquirendam exhibuit *Eberhardus Henricus von Stade*, Stadâ-Bremensis. (plag. 6½)

§. 1. Nova sæpe vocabula in Politicis quoque gigni insinuat, hinc §. 2. in vocabulum *dethronisationis* inquirat, idque *Græco Barbarum* esse innuit. Ante, verò, quam in specie de *Dethronisatione* agat, varios amittendi Imperii modos §. 3. recenset, interque eos collocat *naturalem* illum, qui *Morte imperantis* constat, cui superaddit modum *abdicationis*, *exauctorationis*, *conquestus*, & denique *dethronisationis*, atque dicit, *abdicationem* fieri volente rege, *exauctorationem* volente populo, invito Rege, *Conquestum* invito Rege & populo, *Dethronisationem* denique volente populo & victore extraneo, sed invito Rege. Quo verò *dethronisationis* indolem eò accuratius describat, de *rebus affinis* prius ex professo agendum esse censet, hinc §. 4. sqq. de *Abdicatione* disserit, atque §. 9. sqq. *Exauctorationem* expendit, & §. 19. sqq. de *Conquestu* agit, hinc §. 21. ad *Dethronisationem* delabitur, eamque hoc modo describit: *Est illa Exauctoratio Regis legitimum regnum habentis, ob violatas fundamentales regni leges, pactique originarii religionem lesam, ab iis, quorum auctoritate regnum accepit, rite facta, non à mero privata injuria sensu, proprioque exauctorantis populi motu proficiscens, sed ad postulata extranei Principis, belli jure idem exigentis, instituta, hoc quidem modo atque effectu, ut postquam à populo Rex novus adscitus fuerit, in loco eidem cedere exauctoratus sua sponte velit, utriusque populi, qui exauctorationem facit, & qui Victori paret, viribus arctissimo sedere junctis, finibus regni expellatur.* Quam descriptionem fusius illustratam legimus, addita hac §. 35. cautela: *Ex quibus, quid ad presentem Poloniae statum pertineat, quid ab eodem alienum sit, adjudicare nostrum non est, qui faciendum neutiquam putamus, ut Scholasticis commissionibus magna nomina obsolescant.*

D. XXIIIX. Ejuod, Indultu Collegii Theologici, Præside recens creato

creato Doctore Joach. Frid. Schmidio, Colleg. Gröning. quod est Stargard. Prof. Publ. & Rectore, de *Theologia in Genere & Religione Christiana*, disseruit Ernestus Zietelmannus, Stargard. Pomer. (pl 3)

Propositum verò est *Autori Præsidi*, totam Theologiam Thecticam, ordine analytico, ita pertractare, ut tum *θεολογίας*, tum *Ἀνθρωπολογίας*, tum *Χριστολογίας* exhibeat, atque *Definitionibus* includat, dictis probantibus insimul adjectis. Hinc, specimen hujus operis daturus, agit *Cap. I.* de Theologia in genere, eamque præmissis iis, quæ ad evolutionem *Vocis* spectant, ita definit, quod sit *Habitus Θεόδωτος*, è verbo Dei scripto haustus, de vera Religione, ut ejus opera homo Peccator ad fidem & studium vera pietatis per fidem ad vitam perducat. Datam hanc definitionem quoad singula membra illustrat, & §. 5. de Theologia *Archetypa & Ectypa* agit, & §. 6. varia munia, quæ Theologia sustinet, evolvit. *Cap. vero II.* sistit Tractationem de *Religione Christiana*, verbis B. Königi, docens, *illam esse rationem colendi (Spiritu) Deum vera fide in Christum, & charitate erga Deum & proximum, secundum verbum scriptum, ut homo à Deo revulsus Deo reduniatur.* Quæ definitio, qua potiora argumenta, illustratur.

BERGIS in NORWEGIA.

Insigni pridem ornamento orbata est Norvvegia cum Illustriss. & Generosiss. DN. CHRISTIANUM STOCKFLETH, S. R. M. Dan. & Norvveg. Consiliarium Status, Assistentiæ & Cancellariæ, Præfectum Diœceseos primò Christiansandensis, deinde Christianiensis, demum Bergensis Regium, in Supremo Justitiæ Tribunali Norvvegico (*Ober-Hof-Retten*) Justitiarium, per complures annos Regium ad Aulam Suecicam Ablegatum &c. amitteret, Virum non tantum officiorum amplitudine & honoribus intaminatis fulgentissimum, sed & meritorum magnitudine splendidissimum, Literarum & literatorum fautorem maximum, de omnibus, quæ ornavit, officiis, exquisita consiliorum prudentia, exacta justitia, indefessa vigilantia meritissimum. Cujus cum Biographiam suis rerum temporumque articulis distinctam, & quod meretur, Elogium dare nequeamus, quæ nobis innotuerunt, paucissima saltem Lectori impertiemur. Patrem habuit nominatissimum

quondam Christianienſis Diœceſeos Episcopum *M. Henningium Stockſett*; ſtudiis literarum primo privatos intra Parentum Lares initiatus, poſtmodum in Academia Havnienſi, in convictu Theologi & Philologi Celeberr. *D. Thome Bangii* probe excultus, literariam per politiora Europæ regna, Germaniam, Angliam, Galliam, Belgium, Italiam &c. peregrinationem eo fructu inſtituit, ut poſt annorum aliquot ſpatia patriæ redditus, maturum ſummis etiam officiis animum afferret. Quæ tamen gradatim aſcendere maluit, quam ſaltuatim occupare, donec per varios honorum gradus, probata imprimis diuturna legatione Suecica dexteritate, ad ſumma, quæ modo designabamus, munerum ſaſtigia eniteretur. In quibus quantum profuerit Patriæ, non ſupremum tantum Juſtitia Tribunal Norrvagicum, cui plurimis annis præſuit, ſed & *Codex Juris Norrvagici Chriſtianeus* æternum loquetur; Iplius præſertim & *B. Wilhelmi Wormii* curis in eam, quam hodie præfert, formam redactus. Plurimum vero ipſi etiam deberet res literarum publica, ſi quæ non tantum ex diuturna Auctorum clafſicorum (quos rarò ex manibus, ne in ipſa quidem morboſa ſenectute, ultra 65. ætatis annum producta, depoſuit) lectione arcana literaria, ſed & longo rerum uſu, totque ſummorum officiorum adminiſtratione congeſſerat, ſecretioris Aſtrææ & Politices myſteria publico dare ipſi licuiſſet. Ex conjugio cum *Iſabella Mechelburg* plures ſuſcepit liberos, ex quibus unus tantum ſuperſtes *Tribunus* apud Legionem Norrvæg. pedefſtrem *Major*, & filia quatuor, quarum natu maxima *Dn. Haſſio* Juſtitia in Tribunali Norrvægiæ Secretario nupta, B. aliquoties Avum reddidit, Succeflorem in Suprema Diœceſeos Bergenſis Præfectura habuit Affinem ſuum illuſtr. & Generoſiſſ. *Dn. Tonsberg*, S. R. M. Conſiliarium Status Aſſiſtentia &c. Diœceſeos pridem Chriſtianſandens ſis Præfectum, Virum itidem ſummum.

HAFNIÆ.

D. IX. Februarii in Auditorio Collegii Regii, pro beneficio Regiæ Menſæ ventilabatur Diſſertatio Philologica trimembris, Præſide Georgio Chriſtiano Bangio Joh. Fil. Respond. Johanne Fendt, cujus §. I.

De

De Prima literarum inventione. 2. De inventione characteris toti orbi communis. 3. De familiaritate linguæ Ebrææ apud Judæos. 1 plag. in 4. agitur.

D. XXVI. ejusd. Examinis Vers. vernaculæ ad stateram Ebræi codicis, Dissertationem ultimam publicæ disquisitioni exhibuit *Johannes Steentuch* Ebr. L. Prof. P. Respondente *Martino Ancherfen* plag. 4¼. in 4. qua (1) Paralipomen. ad singulas mendorum. (2) Observationes quasdam generales, in emendatione Vers. Vernaculæ profuturas. (3) Errores typographicos extantiores proponit, totique adeo tractatui colophonem imponit. Ad Calcem legitur Auctoris ad lectorem allocutio, qua rationem reddit, cur ab instituto vertendi & edendi cum notis, libri Rabbi Josephi Albo עקרי dicti, cujus in dissertatione, cui titulus קרבן p. 24. sperni fecerat, jam omnino destiterit, partim amore S. Codicis, partim interveniens fatum Judæi Amstelodamensis eruditi de Pinna, quo curante & commendante D. van Leeuv, initium ejus edendi jam pridem fecerat Borstius, partim famam de aliis eidem curæ intentis & certioribus ejusdem libri MSS. Germanica quidem quæ in Gissenfi Bibliotheca asservetur, Latina verò quæ Havniæ in privata latitet, aliaque Hamburgi asservata à Matthia Elia Germano Franco adornata; denique primam Versionis MS. partem, ita exasciatam, ut hac hora prælo, si vocaret occasio, committi possit, Rectori Scholæ Fridericiensis in Cimbria, Matthiæ Ansgario, ceu munus chartaceum transmissum refert, à quo forte sperari possit editio, quam ipsi hætenus non licuerit curare.

Medio mense Martio prodiit *Compendium Bibliotheca Græca, ex Praelectionibus Vindingianis ordine Alphabetico compositum studio & opera M. Laurentii Lundii, Inspectoris Collegii Medicei* (plag. 2. in 8.) subjicitur geminus index, Primus Chronologicus, in quo omnes Auctores, qui in hoc conspectu inveniuntur, ad methodum Lambecianam, secundum continuam seculorum seriem, ante & post vulgatam æram Christianam adeoque respectu temporis, quo potissimum floruerunt, & obierunt, breviter recensentur. Secundus, in quo secundum differentias materiarum, & classes Theologicam, Juridicam, Medicam, Philosophicam proprie dictam, Mathematicam

thematicam, Geographicam, Rhetoricam, Poëticam, Grammaticam, Philologicam sive Miscellaneam disponuntur; in præfatione dedicatoria promittit Editor *Glossarium Novi Fœderis, una cum Thesaurio observationum Græcarum in N.T. ex ejusdem Vindingii lectionibus colligenda.*

D. XVI. Festo Conceptionis Dominicæ officio Episcopali solenniter in Templo D. Virginis, à D. Henrico Bornemannò Sædlandiæ Episcopo inauguratus fuit D. Christianus Rudolphus Mullerus, hætenus S. R. M. Concionator Aulicus Germanicus, & SS. Theologiæ in Equestri Acad. Havn. Professor, nunc vero Episcopus Fionniæ vocatus.

D. XIX. In auditorio Collegii Regii Præsidi Joh. Daniele Ramo. Respondente Georgio Henrico Krog ventilatum fuit *Schediasma Historico-Criticum I. de Ara Dei Primogeniti*, cujus post præfationem, de spuris in Historia omni, cum primis Ecclesiastica Cap. I. §. (1) in primas narrationes inquiritur Nicephori testimonium, ejusque inter recentiores asseclæ. §. (2) Lectiones in oraculo variantes. Scaliger & Casaubonus ab Antonio van Dale reprehensi. Versiones Oraculi Latinæ. §. (3) Imum argumentum pro affirmativa sententia ex Augusti de Successore sollicitudine petitum. §. (4) Excusantur crebræ in oraculo versiones. §. (5) II. Argum. ex similibus deficientis Pythiæ responsis. §. (6) III. pro Augusti de Christo notitiæ, novum ex Sibyllinorum oraculorum perspicuitate argueretur. §. (7) IV. à quorundam Gentilium in Christianos amicitia. Præcipuè exemplo Tiberii, apotheosin Christi imitantis, Ara Cœli, & nummo, ut ferunt, in Christi Honorem profuso. §. (8) V. argum. ab Augusti in rejiciendo Dominicaliulo modestia.

D. XVI. Martii in ejusdem Collegii Regii Auditorio, Problema vexatum, *an Petrus Romæ fuerit, ibidemque in cathedra Episcopali sederit?* publicis pro Regiæ Mensæ beneficio declamationibus, duo tractarunt Regiæ Communitatis Alumni, Petrus Herstlebius Nidrosiensis, & Christiernus Borrichius Christ. F. Fridericio-Cimber, quorum ille assensim pro Pontificiis, hic negat. ex Protestantium mente tuebatur.

D. III. April. horis antemerid. in Auditorio Superiori Henricus Weghorst J. U. D. Moral. in Univ. Hafn. P. P. ordin. & in Regiæ Equestri Acad. Juris Prof. *Disputationem III. de differentia Juris Danicæ,*

nici & Romani delictorum materiam exhibentem, publice ventilationi exposuit Respondente Christiano Mönichen. Constat 6. plagulis in 4. Cap. 12. quorum 1. de blasphemia. 2. de Magia. 3. de crimine læsæ Majestatis & delictis, quæ proponuntur l. 6. c. 4. Cap. 4. de delictis adversus Parentes commissis. 5. de differentiis in homicidio. 6. de damnis ex proposito atque injuriis. 7. de pauperie. 8. de delictis ex imprudentia aut culpa commissis. 9. de cæde licita. 10. de Scortatione & stupro. 11. de vi, rapina, latrocinio & furto. 12. de differentiis pertinentibus ad l. 6. c. 18. s. ubi de termino moto, crimine falsi & incendii, item de læsione pecoris alieni, de injuriis, lenocinio &c.

D. IV. Ejusd. in Basilica D. Virginis sepulchro illatus fuit M. Laurentius Hyllingius ad D. Virginis Comminister primus seu Archidiaconus, variis partim exercitiis Academicis, cum in Academiis olim versatus Decanum in Brytanéo Regio aliquamdiu ageret; partim scriptis vernaculis, utpote 1) *Epistola paracletica ad Sostratam Svaningiam* super præmaturam mortem mariti B. D. Johannis Baggeri, *Sadlandiæ* Episcopi &c. A. 1693. in 3. edita. 2) *Explicatione vernacula textus vespertini in Festo Purim Danico, è Matth. 7. v. 25. 26. 27.* Cui titulus: *Duen i Klippens riff etc. Columba in fissura Petra Cant. 2. v. 14. &c.* 1695. in 4. cui in officio successit M. Christianus Mariager, hætenus in eadem æde Comminister secundus, seu Diaconus, huic verò rursus Paulus Danchel.

D. IX. Ejusd. in Auditorio Collegii Walckendorphiani ventilabatur, *Dissertatio I. Physico-Critica de Stella Magorum*, Præside Nicolao Olivario, Nic. Fil. Regiæ Communit. & Colleg. Valckend. Alumno, & Respondente Jano Kaalund, Reg. Com. Alumno (1. plag. in 4.) qua 1. refutatio errorum circa stellam Magorum, 2. verior sententia de eadem breviter exhibentur.

D. XII. Ejusd. in Auditorio Collegii Medicæi *Schediasma Historicum de Damnatione ad Gynacæa* ventilandum proposuit Philippus Julius Bornemann Cosm. Fil. Defend. Jobanne Cappellino Reg. Comm. Alum. (plag. 1 $\frac{2}{3}$. in 4.) cujus hoc summarium est. §. 1. ad duas classes referuntur Martyrum cruciatus. Gynacæum primitus erat locus interior ædium, ubi fœminæ degebant, Filioli educabantur, Virgines servabantur. Ita passim apud Græcos Latinosque

Auctores accipitur; Deinde sumitur pro Sacrario Deæ Bonæ. §. II. denique Gynecæum significat Textrinum, quod hujus loci & explicatur ex Brissonio. Procuratores Gynecæorum qui. Etiam Procuratores Textrinorum in Sacris. Regum Galliæ Gynæcea. Gynæcea etiam pro lupanaribus sumuntur. §. III. Opifices Textrinorum Gynæciarii dicti, erant utriusque sexus. Olim tam fœminæ, quam viri texebant. Gynæciarii servi. Nuptiæ inter Gynæciarium & Ingenuam interdictæ. §. IV. In Gynæcæum damnatos Christianos, probatur ex Eusebio, Sozomeno, aliisque. In fœminas hanc pœnam irrogatam testatur Chrysoftomus, Spelmanus. Hodie hujus pœnæ vestigia adhuc supersunt. §. V. Colobium vestimentum, quo induebantur damnati ad Gynæcæa. Cujus formæ. Quibus in usu, an etiam servis?

D. XV. *Ejusd.* Natalem Regiæ Equestris Academiæ Hafniensis A. 1692. inauguratæ solenni Oratione coram Aug. Reg. & Sereniss. Fratribus habita celebravit *Joachimus van Blohme* Illustriss. *Christophori Blohme* S. R. M. Consil. Intimi &c. Filius.

D. XVI. *Ejusd.* in Auditorio Collegii Regii *Dissertationem Historicam Eccles. de Apotheosi Christi à Tiberio cogitata pro Beneficio Regiæ Mensæ* proposuit *Johannes Faber*, Joh. Fil. Regiæ Communit. Alumnus, Respondente *Erasmo Lime* (3. plag. in 4.) cujus caput I. exhibet Θείον & brevem ipsius Βεβαλωσιν, ex testimoniis præsertim Eusebii & Tertulliani, cum catalogo Auctorum affirmantium. Cap. 2. Ἀντιθεσιν, & brevem objectionem *Sam. Basnagii* 19. in *Exercit. Anti-Baronian. I. ad An. 53. n. 29. p. 136. sqq. ἀνάλωσιν*, cum indiculo Auctorum negantium, complectitur.

D. XVII. *Ejusd.* in Ejusdem Collegii Regii Auditorio *Schediasma Historico-Criticum II. de Ara Dei Primogeniti* publicè ventilavit *Johannes Daniel Ramus* in Reg. Commun. Decanus, Resp. pro beneficio Regiæ Mensæ *Paulo Paschali* Jani Filio Reg. Comm. Alumno. (1. pl. in 4.) Cui accessit

D. XXX. *Ejusd.* in eodem Collegio ventilatum *Schediasma III. & ultimum, Respondente pro Beneficio Regiæ Mensæ Petro Horreboe*, Reg. Communit. Alumno & Philosoph. Baccal. (1. pl. in 4.) Utrumque exhibet Cap. II. cujus hæc fere Summa: §. 1. ad Antithesin & argumenta pro eadem militantia transitur, §. (2.) I. argum. ex antiquorum
Scripto-

Scriptorum, cum primis Eusebii, Svetonii &c. silentio petuntur. §. (3) II. ex Patrum Apologisi, quæ altum fileat. §. (4) III. ex sublesta Nicephori fide Cedrenus, Suidas, Baronius, levis fidei Auctores. De singulis Eruditorum judicia. §. (5) Casaubonum aliosque minus rectè concedere, quod in Eusebii scriptis reperit aliquando fuerit oraculum. §. (6) IV. Apollinem diu ante Christi tempora à carminibus cessasse probatur. §. (7) V. Augustum Græciam nisi semel petiisse negatur. §. (8) ad refutationem argumentorum in primo capite allatorum transitur. Expenditur I. Augusti de Successore sollicitudo. Tiberium in Imperii hæreditatem ab eo adoptatum probatur. §. (9) II. exploduntur valedictoria Apollinis responsa. §. (10) III. Oraculum illud obscurius censetur, quàm ut de Christo aliquid inde hauriri possit. Sibyllarum carmina pro supposititiis habentur. §. IV. ad exempla respondetur, rejiciuntur pleraque. §. (12) Afficta Augusto humilitas rejicitur, arrogantia detegitur.

D. XXIII. Ejusd. in Auditorio Collegii Walchendorphiani Diss. Physica de Attractione, cui perperam tribuuntur plurimi motus, qui soli tamen impulsioni debentur partem priorem ventilandam proposuit M. Johannes Nicolaides Beenius, Resp. Jano Nicolai Farret (½. plag. in 4.) qua (1) respirationem, (2) vim magneticam, (3) vapores ex terra & aqua ascendentes, (4) aquæ per antliam ascendens examinat.

Die eodem horis pomerid. in Æde D. Virginis solenni pompa celebrabantur exsequiæ Wilhelmi Wormii, S. R. M. Conferentiæ, Status, & Justitiæ & Cancellariæ Consilarii, in Supremo Tribunali & Collegio Consistoriali Assessoris, Historiographi & Bibliothecarii Regii, Medicinæ Profess. & Regiæ Universitat. Hafniensis Senioris, Viri in tantum laudandi, in quantum pietas, Candor, integritas, eruditio, prudentia intelliguntur, rebus humanis die 17. Martii Anno ætatis 70. mense 7. crepti; Cujus Biographiam ante complura jam Iustra ab Illustr. Vindingio in Academia Hafniensi compendio scribi captam, & ex ultima B. voluntate Programmati Academico insertam hic repetimus: Natus est Hafniæ A. 1633. die XI. Septembris, Patre Olac Worm, Med. D ac Profess. Regio, Matre Susanna, Matthia SS. Theol. Doct. ac Episcopi Lundenfis filia, inter privatos primum parietes ad XIV. usque

etatis annum studiis admotus est: in patria deinde Schola, Duce Mag. Georgio Hilario triennium literis humanioribus impendit, unde Anno 1650. Rectore Academiae Mag. Petro Spormann, Decano autem M. Thoma Baggio, civium Academicorum numero adscriptus est. Mox Summum virum D. Thomam Bartholinum, privatum studiorum elegit moderatorem, cujus juncto eum Parentis voluntate prudentissimo consilio, primo se totum Philosophiae addixit, dein Theologiae. Quarum scientiarum candidatus tandem quoque artem servandorum hominum deperire cepit, quam cum apud exteros & maxime in Belgio addisci posse intellexisset, exacta prius in Anglia estate Anno 1652. quo in comitatu illustrissimorum Heroum, Erici Rosenkrants ac Petri Reedz, concesserat, post impetratis domi supremis in Philosophia honoribus Lugdunum Batavorum petiit, ubi per biennium Vorstio, Kypero, Lindano & Hornio operam dedit. Petavi deinde, Monspelii, Parisiis ac Tubingae Medicis assidue vacavit studiis, per integrum decennium, quo ipsum tenuit Anglia, Belgium, Germania, Gallia & Italia, Viris toto orbe celeberrimis perquam familiariter usus. Functus interim Patavii Bibliothecarii munere, sic volente Natione Germanica Anno 1657. die 21. Augusti à Petro de Marquettis ibidem Medica decoratus est Laurea. Verona celeberrimo Medico Peto à Castro in visitando egros per biennium assiduam se praebeuit comitem, eidemque Mantuam vocato, ut Archiatri munere fungeretur, per semestre spatium se adjunxit. Ulimis denique peregrinationis suae temporibus, rogatus curam egit egrorum, qui in familia Illustrissimi Hannibalis Sebestedi, tunc temporis Oratoris Regis ad Gallos missi, Parisiis erant quam plurimi. Anno tandem 1662. cum Monspelio iter in Hispaniam meditaretur, Regis literis in Patriam revocatus est, datumque ipsi Physicam Experimentalem publicè docendi munus. Praestitit clementissimo Regis sui mandato, & die 3. Maji Anno 1663. Patriae se reddidit, dieque 5. Martii sequentis anni de corporis fluidi ac firmi naturae ac phaenomeis publicam cum celeberrimis Academiae Hafniensis Professoribus disquisitionem habuit, atque hinc cum die 23. April. Sacramentum dixisset, Professorum numero adscriptus est. Hactenus Vindingius. Coeterum spartae Academicæ, quam integris 40. annis, rarissimo fanè exemplo sustinuit, variisque exquisitæ eruditionis disputationibus, disertis orationibus, eruditis prælectionibus, programmatum nitidissimis, ornavit, alii ex aliis honores subinde accesserunt, utpote Magistratus Academicus seu Rectoratus, bis ipsi, primum

mum Anno 1677. collatus & per biennium prorogatus, postea Anno 1686. pari dexteritate administratus, *Assessoris in Supremo Justitiæ Tribunali* munus Anno 1679. postridie id. Martii, *Historiographi Regii Sparta*, (quam variis ornavit monumentis ἀνεκδοτοῖς,) *Bibliotheca Regiæ* (quam scitissime ordinavit) custodia; Anno 1684. d. 6. Maji *Cancellariæ Consiliarii*, Anno 1687. d. 12. April. *Justitiæ Consiliarii* dignitas, Anno 1690. post excessum *Michaelis Wibe* *Consil. intimi* &c. die 31. Maji *Justitiarii munus*, & die 16. Augusti, *Status Consiliarii* honor, & denique A. 1694. nonis Martiis, ceu complementum *Gratiæ Regiæ Consiliarii Conferentiæ Dignitas*. Ex conjugē *Elixa Luxdorff*, *Christiani Bolleri Luxdorff* Illustris Scholæ *Herlovianæ Præfecti* Filia octo suscepit liberos, 4. masculini, totidem fœminini sexus, ex quibus supersunt filii duo, *Olaus Wormius*, *Eloquentiæ hæcætenus Prof. Reg. & in Colleg. Consistor. Assessor*, & *Facultatis Medicæ adjunctus*, & *Christianus Wormius Theolog. Prof. designatus*, & ad *D. Nicolai Pastor Primarius*, Filia tres, *Maria Worm*, *Petro Lemvig* *Consiliario Justitiæ & Commerciorum*, in Supremo *Justitiæ Tribunali*, & *curia Aul. Assessori* optimè in matrimonium elocata, duæque hæcætenus innuptæ.

Universum autem B. vitæ cursum uberius enarravit *Programma Academicum*, nomine *Reactoris à filio Olao Wormio in funere Patris scriptum*. Merita autem & virtutes diserta oratione in solenni *Academica panegyri* d. sequ. 24. collaudavit *Paulus Vindingius S. R. M. Consiliarius Justitiæ in Supremo Justitiæ Tribunali*, *Collegio Cancellariæ & Consistoriali Assessor*, & *Græcæ Linguae Prof. Regius*.

Scripta B. edita, utpote *Disputationem Physicam auspicialem de corporis fluidi & firmi natura*, & *phænomenis Respond. Ansgario Ansgarii* (postea *SS. Theol. D. & Episcopo Ripensi*) An. 1663. 4. *Orationem in funere Thomæ Bartholini* 1680. 4. &c. memorat *Vindingius in Acad. Hafn. Alb. Barthol. de Scriptis Danorum*, & *Johannes Mollerus in hypomnematis ad eum*.

Inedita verò, præter *Orationes Panegyricas*, quas aliis atque aliis occasionibus publicè habitis elegantissimas, in *Programma Academico* memorantur.

1) *Historia Danica, qua stylo supra vulgarem eminente Regni primordia depinxit, ejusdemq; propagationem per continuam regni rerumq; seriem,*

ad mediam Oldenburgicæ domus in his regnis etatem diduxit; opus edo-
latum, & brevis, (quam primum Augustiff. Regis nutus accesserit)
lucem visurum.

2) Regum Divi FRIDERICI & CHRISTIANI gesta ad certos
juxta temporum seriem Annales redacta, sed ultimam manum non experta.

Succeffores denique in Professione Medica B. habuit filium
Olaum Wormium, hætenus Facult. Medicæ Adjunct. Eloquentiæ Profes-
sorem & Colleg. Consist. Assessorem, cui quibus rursus succellurus proxi-
mè memorabitur.

D. XXIV. Ejusd. ante merid. in Audit. Superiori Cass. Bartholini
S. R. M. Consiliarii Justitiæ &c. Medicinæ & Phys. Prof. & Facult. Philos.
Decani disput. Physicam de Glossopetris defenderunt Lauræ prima Phi-
losophicæ Candidati (1 $\frac{1}{2}$. pl. in 4.) cujus §. 1. Militensium de origine
Glossopetrarum traditionem refert, §. 2. Glossopetras esse canis
carchariæ seu Caudæ dentes, è diluviis in continenti residuos, &
à succo lapidifico in hanc duritiem concretos asserit. §. 3. de
productionis modo sententias auctorum variorum recenset. §. 4.
duo Glossopetrarum genera distinguit. §. 5. non produci hodie
in terra probat §. 6. terram, unde eruuntur, pro aquæ sedimen-
to habendam ait. §. 7. de conservacione Glossopetrarum. §. 8. de
altero Glossopetrarum genere sola figura prioribus simili. §. 9. ob-
jectioni Joh. Reischii respondet. Cæterum hoc argumentum
præter Thomam Bartholinum, (inter cujus deperdita & de Glossope-
tris scriptum deplorat epistola de incendio Bibliothecæ) jam ante
tractarunt, Nic. Stenonius, de corpore solido intra solidum contento,
Olaus Wormius Wilh. Fil. Diff. de Glossopetra, A. 1686. habita, Joh. Rey-
schkii de Glossopetris Lunaburgensibus &c.

D. XXV. Ejusd. In Auditorio Collegii Regii dissertationem Physicam
de Origine ac Interpretatione somniorum ventilationi publicæ pro Be-
neficio Regiæ Mensæ exposuit Nicolaus Roudenboz Georg. Fil. Regiæ Com-
munit. Alumnus, Resp. Jano Bruun, (plag. 1 $\frac{1}{2}$. in 4.) cujus §. 1. de defi-
nitione ac divisione somniorum, Sect. 2. de Significatione somni-
orum disquiritur.

Die XXVI. Ejusd. Horis antemerid. in Audit. Superiori Cass. Bar-
tholini Th. Fil. Thesium Philosophicarum dissertationem V. pro suramis in
Phi-

Philosophia honoribus tuebantur Laurea suprema Philosophica Candidati
(1. plag. in 4.)

Die eodem horis pomeridianis in Auditorio Collegii Walchendorphi Disputat. Physica de Attractione partem posteriorem ventilavit M. Job. Nic. Beenius, Resp. Johanne Andrea Møjer ($\frac{1}{2}$. plag. in 4.) qua exempla 5. Arborum & herbarum, succum e terra 6. Cucurbitarum Medicarum sanguinem. 7. Hepatis chylum. 8. Camini & fornacis aërem. 9. Vitri & succini incallescenciam paleas & festucas. 10. Vitrei scyphi calefacti, & in se vinum aliumve liquorem continentis, convenienter inversi, liquorem in se contentum. 11. Frusti panis spongiosi &c. humores in se sursum. 12. Panni lanei in totum madefacti liquorem, etiam in illas partes, quæ supra humoris superficiem eminent. 13. Infantis sugendo lac è mammis, & hominis fumum tabaci per tubulam in buccam attrahere vulgo dictorum examinat, effectuique impulsioni adscribit.

D. XXIX. Ejusd. In Auditorio Superiori 83. Candidatos Philosophiæ Baccalureos soleniter renunciavit Casparus Bartholinus, Facultatis Philosoph. Decanus, in quo actu Promotor de adimniculis Anatomes luculenta oratione disseruit, primi verò Candidati Problema Politicum, de Sanctitate Legatorum solvit Henricus Wegborst, Juris & Ethices Prof. P. Candidatorum verò promotionem Decano commendavit M. Severinus Lintrupius Des. Prof. Hasniens. Schol. Berg. Rect. & Prytanei Regii p. t. Præpositus oratiuncula de Alcedoniis Musarum Septentrionalium, & militia Academia togata.

D. XXX. Ejusd. In Auditorio Inferiori Dissertationem Critico-Philologicam de lingua Eberina prima, & post γλωττοσύγχουσι primaria, contra Huetium, alios, publicæ ventilationi exposuit Nicolaus Fossius Laurentii Fil. Respondente Dieterico Sechman Phil. Baccalureo. $8\frac{1}{2}$. plag. in 4. Qua post expositas breviter in Aditu instituti rationes, in Adyto describitur *Lingua Ebraea* (1) *ORTUS*, ubi primum hominem mutum non esse creatum demonstratur, & argumenta contraria, refelluntur, linguam primam nec protoplastis naturalem, nec ab homine sed à Deo profectam, nec aliam fuisse quam Eberinam asseritur. (2) *ADOLESCENTIA*, ubi præmissa ratione, cur ab hac ceu prima fiat initium, tres ejus recensentur ætates, prima

prima describitur, atque unde exordium, & ubi exodium habuerit monstratur. *VIRILITAS* in confusione Babelia orta, & in captivitate Babylonica finita, ante confusionem sola, postea vero sancta in familia Noachi hospitata, à piis Patriarchis propagata, cum in Cananæam migravit, fida Israelitarum, etiam in adversis ubique comis. *SENECTUS* virilitatem secuta, & hanc *MORS* &c. Ubi Babylone senex facta & fere extincta, emortuis Prophetis nulli Judæorum vernacula, in Voluminibus V. T. *Θεοπνεύσεως* *ΠΟΝ* prius interitura quam cœlum & terra, nobiscum etiam resurrectura probabiliter dicitur. *APPELLATIONES*, prima *Eberina* seu *Ebræa* ab *Ebero*, non ab *Abrahamo*, nec ab *Eber Hannabar*, post confusionem distinctionis ergò imposita. *Alterra Judaica*, à tribu *Juda*. *Tertia Cananæa*, à terra &c. *VIRTUTES AC IDIOMATA* potiora. (1) *Antiquitas* evincitur, resutatis dissentientibus, (2) *Perfectio* multifariam probatur. (3) *Sanctitas*, (4) *Necessitas* & summa *utilitas* in eruendo V. T. sensu ostensa. *Progenies* omnes linguæ. *Φιλεβραίων honores*. Sacri hujus Studii elogia, brevis *Φιλεβραίων* laudatissimorum catalogus. *Ἀνεβραίων errores*, eorum *σφάλματα*, potiora eorum capita, *Calixtus*, *Hornejus ad παλινοδιάν* rediguntur. *Huetius vero* & *Grotius* ling. Ebr. de *Solio προτοκλίσιας* deturbare annitentes refelluntur. Argumentum idem jam ante tractatum est a. 1.) *Job. Diecmanno* in *Gymnasm.* de *Lingua Ebr.* primig. *Stadæ* 1682. 2.) *Steph. Morino* in *Exerc.* de *Linguarum conf.* 3.) *Pauli Bergeri* *Diff.* de *Lingua Ebr.* contra *J. Clericum* *Witteb.* 1700.

D. XXX. *Ejusd.* In *Auditorio Superior* 30. *Candidatis laurea Supremæ Philosophicæ honores* solenni ritu contulit jam dictus *Facult. Philos. Decanus Casp. Bartholinus* &c. præmissa *Oratione de visu. Problema* autem à *Primo Candidato de Igne, ejusque natura, accensione & resinctione* &c. propositum enodavit *Olaus Wôrm*, *Eloqu. hætenus Prof. P. & Facult. Medicæ Adj. Petitionem* denique *Candidatorum nomine habuit Georg. F. Franck de Franckenau Med. Doct. & Philos. Prof. P. de Ambitione* differens.

Ejusdem diei horis postmerid. consuetis in Auditorio Colleg. Medicæ Dissertat. Medicam de Frictione proposuit *Petrus Fossius Laurentii*

rentii Fil. Respondente *Petro Lange Phil. Bacc.* (plag. 1 $\frac{1}{4}$. in 4.) qua §. 1. de prima frictionis Medica origine. §. 2. de definitione & divisione Frictionis. §. 3. de Fricatoribus. §. 4. de modis fricandi apud veteres §. 5. de usu & utilitate frictionis disseritur. Prodiit etiam e Typographeo Regio & Academico, *Epitome Grammaticæ Latine pro Scholis Daniae & Norvegiae*, edita quondam a J. D. J. nunc verò jussu Regio revisa & ad majorem Jersini Grammaticam auctior, emendatior & accommodatior reddita 8.

Cæterum hoc mense etiam prodiit *Ludovici Winslovii Petr. Fil. Anima locata, sive de Sede Anima rationalis in corpore, dissertatio, qua vulgaris opinio ratione prædictam hominis Animam in qualibet corporis parte, totam semel & simul existere ajens redarguitur, incertaque & falsa esse ostenditur; Accesit Auctarium moralia quadam de cura Anima complectens monita.* (8 plag. in 3.) sumptibus Auctoris. Præter præfixam *Joh. Brunsmanni* Epistolam, & Proœmium de erroribus Scholæ vulgaribus. Constat 6. Capit. quorum I. *Argumentum* (1) pro vera sententia sistit, ex eo sumtum, quod *Anima rationalis in quibusdam partibus corporis non existat, ut §. 2. partibus sensu carentibus, veluti pilis, ossibus & similibus. §. 3. in partibus ratione & cogitatione carentibus. §. 4. in membris, quæ salva essentia humana tolli ab homine possint. §. 5. quod in superiore duntaxat corporis sit parte, & præcipuè in corde ejusque territorio. §. 6. 7. quod anima juxta Scripturam non sit in exterioribus, sed interioribus partibus corporis. §. 8. quod anima rationalis sit in corpore, ut homo in sua domo aut tabernaculo. Cap. 2. Secundum, 3. & 4. Argumenta* exhibentur. §. 9. *Argumentum secundum: Quod si anima tota est, in qualibet parte, id sequeretur absurdum, abscissa momento aliqua parte, anima rationalis divideretur. §. 10. Tertium Arg.* sequi, etiam id absurdum, crescente corpore, animæ quoque substantiam crescere. §. 11. *Quartum Arg.* quod nulla creata substantia in pluribus diversis locis naturaliter, simul & semel tota existat. §. 12. Ad contraria Resp. *prim. exemplum* de Deo, & quod is non sit creaturæ similis, ostenditur. §. 13. *Secundum resolvitur contrarium* exemplum ab humana Christi natura, & quod ea naturaliter non sit in pluribus locis semel & simul, ostenditur. §. 14. *3tium Contrarium* ab Angelis resolvitur, & quod dicantur, esse in pluribus locis simul & semel esse merum

postulatum idonea probatione destitutum, citatis aliis Scriptori-
 bus contrarium dicentibus. §. 15. 4tum etiam exemplum à voce
 pluribus simul audita, & virgine in quavis Speculi fracti parte ap-
 parente resolvitur, & nihil ad rem pertinere ostenditur. §. 16. Pa-
 trum & aliorum pro eo suffragia, quod ens creatum naturaliter
 non sit in pluribus locis simul & semel. *Cap. 3.* Reliqua pro ve-
 ra sententia argumenta proponuntur §. 17. *Quintum Argumentum:*
 Si anima rationalis esset tota in qualibet parte, sequeretur id ab-
 surdum, quod naturaliter esset extra se ipsam, & suammet essen-
 tiam. §. 18. 19. *Sextum Argumentum:* quod nec intervallum sit inter
 animam in hac vel illa parte totam, & in reliqua aliqua parte totam,
 nec non intervallum, quorum tamen alterutrum sequeretur, si
 esset in qualibet corporis parte tota. §. 20. *Septim. Argum.* quod
 dogma de anima in qualibet parte tota seipsum evocat, & con-
 tradictionem involvat. §. 21. *Ull. Arg.* quod animam in qualibet
 corporis parte nec totam esse, nec humano pateat sensui, neque
 ullis sive ex scriptura, sive ex ratione solidis probetur argumentis.
Cap. 4. *Quadam Eruditorum pro vera sententia suffragia* allegantur.
 §. 21. Gallendi, Cartesii & Helmontii. §. 23. 24. Theod. Cranen,
 Joach. Burseri, Sperletti, Claubergii, Henr. Regii, Arnoldi Gue-
 linx, Christi Wittichii, Lud. de La Forge, Brœckhusii, Lud. Con-
 nori, Th. Willisii, J. G. Vossii, Claudii Salmatii. §. 25. & 26. Phi-
 lip. Melanchthonis, J. Stigelii, Nic. Taurelli, Hier. Cardani, Clem.
 Timpleri, Casp. Bartholini Senioris, §. 27. Hebraeorum veterum
 suffragia, item Christianorum veterum nempe α) eorum, qui di-
 xerunt, animam rationalem esse in corpore, ut in navi guber-
 natorem, in curru aurigam, nempe Chrylostomi & Lyrani. §. 28.
 β) eorum, qui animam dixerunt esse in interiori corporis Regi-
 one veluti Procopii. γ) eorum, qui negarunt animam esse in
 qualibet corporis parte, ut Mich. Ephesius Alb. M. Chrylostomi,
 Lactantii, eisque Suffragantis Aristotelis. §. 29. δ) eorum, qui spe-
 cialiter certam corporis partem nominarunt, in qua sit duntaxat
 Anima, ut Auctoris Scripti de definitionibus. §. 30 denique
 eorum veterum partim Christianorum, partim iis consentien-
 tium Ethnicorum, qui unum duntaxat corporis membrum no-
 minarunt, in quo solo Animam esse dixerunt, aut caput, ut La-
 stantius & Platonici, aliique Philosophi; aut rectius cor, ut Alb.

Magnus

Magnus, Barthol. Anglicus, Hieronymus, Chrysoftomus, Procopius, Tertullianus, & usque ad ipsum Doctores Christiani promiscue. Item Nicetas, & ex Ethnicis Stoici, Empedocles, Pythagoras, Epicurus, Parmenides, Apollodorus, Aristoteles, Plinius, nec non Averroës. *Cap. 5. ad expendenda dissentientium Argumenta acceditur*, quorum *primum & principale*: Animam in qualibet corporis parte esse, & ubicunque est, ibi totam existere. §. 31. proponitur, & refutatur negando: Animam ration. esse in qualibet corporis parte. §. 32. *I. ratio*, pro eo, quod anima rationalis, in qualibet corporis existat parte, *nempe quod sentiat, quid in qualibet corporis parte geratur*, refutatur; & simpliciter verum non esse ostenditur, Animam sentire, quid in qualibet corporis fiat parte. §. 33. 34. Etiam si id esset simpliciter verum, ne tamen sic sequeretur, animam rationalem esse in qualibet corporis parte; & falsum est, nihil sentiri posse, nisi sentiens eo loco adsit, quo motus ille contingit. §. 34. Animam per corpus sentire. §. 35. maximè per corporeos Spiritus §. 36. 37. 38. eos esse principale sensationis instrumentum. §. 39. 40. Anima sentiens vel corporeus hominis Spiritus, ab Anima rationali est diversus. §. 42. *2. ratio*: si anima in qualibet corporis parte sentit, utique in qualibet corporis parte existit, omnis viventis forma substantialis in qualibet sui corporis existit parte, refutantur. *Cap. 6. Secundum Arg. ex eo, quod Anima rationalis quamlibet corporis partem, ut putant, immediatè & pro arbitratu regat*, confutatur, & animam non immediatè, sed per corporis vires, & maximè per corporeos spiritus quædam regere. §. 44. Tertium Argum. omnem formam in ejus qualibet parte, cujus est forma, existere totam, refutatur. Anima rationalis non est propriè dicta corporis humani forma, §. 45. & seqq. falsum est omnem formam in qualibet ejus parte, cujus est forma existere totam. §. 46. *Quartum Arg. Omnem formam substantialem, in qualibet sui viventis parte esse totam confutatur.* §. 47. 48. Dari quoque formas subordinatas vel secundarias, & principalem Animam per eas quoque varias corporis regere partes. §. 49. Bestiarum formam esse materialem & corpoream, in eaque dissentientibus nihil esse præsidii. §. 50. *Quintum Argum. Si Angelus uno eodemque tempore in qualibet alicujus spatii parte est 10.*

*que, utique Animam quoque rationalem similiter esse in qualibet corporis parte, refutatur. §. 51. §. 52. Ultim. Arg. ab Auctoritate humana confutatur inde, quod ab Auctoritate humana ejusmodi in negotiis nullum valeat Argumentum, quod etiam contraria dissentientibus detur auctoritas humana, Patres quoque à dissentientibus pro se allegatos, ethnicorum quorundam in eo proponere doctrinam, nonnullos quoque eorundem, non satis sibi in eo constare. §. 53. Aliorum etiam ex illis, verba ita quoque habere, ut non multum nobis in hoc negotio obsint. Scholasticorum denique, & Peripateticorum non magnam nunc rationem esse habendam, siquidem longè aliter se nunc habet Physica, quam antehac habuit. Subjungitur *Auctarium de cura Anima*, quod §. 54. connexionem cum prægressa dissertat. habet, §. 55. neglectam animæ curam queritur, ejusque causam in Cacodæmone, Atheismo theoretico & practico §. 56. mundi seu creaturarum supra Deum amore venatur. §. 57. Antidota contra hanc suppeditat. §. 58. à caduca bonorum terrestrium indole & natura. §. 59. ab honorum & voluptatum vanitate. §. 60. ac felicitatis temporariæ cum æterna incompatibilitate. §. 61. Satanæ *παραψυλα*. §. 62. ab animæ nobilitate. §. 63. Ab Ethnicorum studio. §. 64. diversam infidelis ac fidelis animæ curam tradit, denique §. 65. Epilogo ad Animarum Pastores concludit.*

Pars a. Dissertationis hujus gemina nuper disputatione in Collegii *Walckendorpiani Auditorio* ventilata fuit, altera quidem 31. Martii Respond. *Johanne Nascow*, P. Fil. Altera v. d. 8. Apr. Respond. *Jacobo Sperling* Philos. Baccal.

Cœterum memoratæ Dissert. Auctor, alia quoque parata atque effecta habet opuscula, propediem uti sperat, publicanda, qualia sunt v. gr.

1. Dissert. *de Sexhorio crucifixionis Christi*, qua vulgatam opinionem hymnis etiam Ecclesiasticis (ceu ex illo patet: Dend svare piine kaalte hand udi tre gansfe stunde) insertam, quod Christus tribus duntaxat horis in cruce pependerit, emendare, horam crucifixionis investigare, Marcum & Johannem conciliare &c. conabitur.

2. *Dan. Dyke* Nosce te ipsum Af Engelske paa Dancke udsatt / og effere

effere frons regel i mange maader forandret / formeeret og forbedret. D. Dyke nosce te ipsum ex Anglico in vernaculam translatum; à fermento heterodoxiae repugnatum, & ad analogiam fidei orthodoxae castigatum, quod jam sub praelo sudat.

3. *D. Nic. Hunnii Epitome credendorum* nova itidem versione Danica in gloriam Dei & civium usum donata praelo matura.

4. *Historia Monasteriorum Daniae omnium*, qua singulorum fundationem, instituta, progressum, privilegia &c. distinctè enarrabit; haud ingrata, ut auguramur, Patriae operam, qualem aliis alii regnis ac provinciis praestiterunt, Sagittar. introd. in Hist. Eccles. c. 22. fute ememorati, praestiturus.

5. *Danmarks Dag Bog; Diarium Daniae Historicum*, quo secundum seriem Annorum, mensium ac dierum res in Dania per complura secula gestae, quotquot ex omnibus Daniae historicis, sive universalibus, sive particularibus haberi possunt, breviter annotatae legentur, cum adjectis ubi occasio aut necessitas id postulare visa annotationibus Theologicis; cum Deo ac die proditurum.

6. *H. Kromayeri Theologia Positivo - Polemica*, in gratiam Tyronum in compendium redacta (in 8vo. 12. à 13. plag.)

Prestoa in Sædlandia.

M. Petrus Winslovius (Auctoris jam memorati Pater) olim per triennium Scholæ Cathedralis Othinianæ Con-Rector, inde ad D. Virginis per 26. Annos Pastor olim, hodiè verò Pastor & Praepositus in Sædlandia Prestoanus, qui A. 1695. propriis sumptibus *Spicilegium Arctoum*, seu *observationes Miscellaneas, Historiam Antiquitates, & imprimis linguam Daniae Regionumque vicinarum attingentes* edidit Hafn. (in 8vo pl. 6½.) nunc novum quoque opusculum publico parat typis & sumptibus *Johann. Laurentii*, Typographi Regii & Academ. dudum excudi coeptum, cui titulus: *Farrago Arctoa, seu cogitationes de Taciti Tansana & Sturlai Tansæ, aliisque Danicam Historiam ac linguam spectantibus.*

Nycopia Falstrorum.

Haud ita pridem decessit *M. Petrus Hoyelse* Regiæ Nycop.

Schol. per complures annos Rector, qui novam ab aliquot annis eleganti stylo adornavit *Christiani Nomocanonis Danici* versionem Latinam quam ut edere ipsi per fata licuisset, multior vassent, ut cum edito *Henr. Weyhorstii* (de qua in N. L. A. 1692. pag. 58. sq.) a Themidos filiis conferri potuisset. Cujus tamen videndæ nec dum omnis spes decollavit, postquam eam post fata Auctoris à Consultiss. *Paulo Windingio & Nic. Schlange* Consiliar. Justitiæ Regiis Jussu Regio accuratè examinatam & prolixè probatam accepimus.

OTHONIÆ in FIONIÆ.

Ineunte Mense *Aprile* publ. auctione distracta fuit Bibliotheca *B. D. Thomæ Hingovii*, Fioniæ Episcopi, variis selectissimis libris Theologicis, Historicis &c. etiam MSSis referta, cujus Catalogus exstat (15½. plag. in 4to.)

E Lolandia. Naschovia.

Ipsò hoc mense decessit Hafniæ *M. Arngrimus Wedalinus* Islandus, Rector Scholæ Naschoviensis, & prolixum reliquit commentarium *åvændotav de veteri & nova Grönlandia*, quam inscripsit: *Dat Gamle og Nye Grönlands-Beskrivelse / Veteris & Novæ Grönlandiæ descriptionem*, in tres partes divisam ex *Avi sui Arngrimi Jonæ* Commentario MS. aliorumque relationibus congestum, ex latino Danicè translatum, & *Aug. Regi Friderico IV.* submississimè oblatum, quâ universam Grönlandiæ chorographiam, indolem, investigandæ denuò & coloniis occupandæ &c. rationem fusè ostendit.

Cæterum cum hujus forte vivendi spes cum Authore interierit, jacturam hanc solabitur *Thormod Torssæi Historiographi in Norvegia Regii Historia Grönlandiæ*, quæ sub prælo Hafniensi modo sudat, propediem absolvenda. Cum verò inter *åvændota* Schactiani (de quibus N. L. A. 98. pag. 186.) *Enarrationum Historicarum de Grönlandia collectanea* memoretur, & hæc in lucem protrahi, vel saltem cum memoratis conferri optarem, ut pleniori potirentur, Regionis hodie fere incognitæ notitia.

Typis Hafniensibus excusa prodiit *M. Friderici Christiani Rodriguez Pastoris Primarii Naschoviensis & Vice-Præpositi hollandiæ*

Consio

Concio in funere Johannis Civis, Mercatoris & Aeditui Naschoviensis habita, cum Inscriptione: Guds Vandelig Plantes floor og bestandige Eycreept paa dend storn Guds Kircke Grund / spiritualis Dei planta in magno Ecclesie Dei fundo florens & feliciter crescens è Psal. 92. v. 14. & 15. cum Exordio è Cant. 11. v. 3. (2. Alphab. 6. pl. in 4to.)

E Diœcesi Ripensi.

Nissenius Petri Hygomæus, Pastor Ecclesiæ Raaagriensis prope Ripas, Examen Historiæ de S. Thecla Iconiensi adornat, quamprimum tulerit occasio, edendum, cujus jam A. 1697. Specimen publicæ ventilationi, loco disputationis ordinariæ in Collegio Medicæo exposuit. Sicut jam ante A. 1695. Præside Severino Lintrupio, hodie Design. Prof. Hafn. disquisitionem Historico-Criticam de Ἰερομαχία Paulina 1. Cor. 15. v. 32. (13. plag. in 4to.) & sequente Anno 1796. Præside M. Enewaldo Dalhusio Dissertat. Historicam de Baptismo Constantini M. defenderat.

KILONII.

Sumtibus Joh. Sebastiani Richetii impressus est libellus 7. A Bossi Historico Ecclesiastico, supra p. 157. promissus, hoc modo inscriptus: Joh. Andr. Bossi Introductio in Notitiam Scriptorum Ecclesiasticorum auctior edita curâ Joh. Gerh. Meuscheni, Phil. M & Ord. r. philosoph. Kilon. Adsefforis. Accedit in calce ejusd. Auctoris Oratio de Historia Ecclesiastica, nostro præsertim tempore diligentius excolenda. Kilonii. 1704. (pl. 12. 8.)

Existimat verò Editor, iteratam editionem Schediasmatis hujus Eruditis, quippe qui *Bosiana* Scripta in oculis terre didicerunt, non displicuram esse, hinc præmissa ad Ducem Holsatiæ, *Christianum Augustum*, Compellatione, *Schediasma* hoc denurò luci publicæ exponere secum constituit, ita tamen, ut *Notas* nonnullas eidem, (foran rectius ab illo discernendas) inseruerit, adjecta insimul *Oratione Bosiana*, de *Historia Ecclesiastica* &c. à *Cass. Sagitario* olim A. 1690. pariter publicata. Sed neque Eruditis ingratum fore arbitramur, si *Bosiane Dissertationes Historico-Philologicæ*, quæ non Eruditorum penè conspectum fugiunt, & in *Bibliothecis* tantum latitant, conjunctim ederentur, atque ab interitu vindicarentur.

PLOENÆ.

Cas. Questelius, Jctus & Consiliarius, in *N. L. M. B. T. II. pag. 85. T. VI. pag. 239.* laudatus, libellum idioma vernaculo edidit, cui titulus:

Eines wahren Christen / zu Gottes und seiner selbst Erkenntniß / in diesem / und auch zu jenem ewigen Leben nöthig zu wissenden Unterricht in 200. kurzen abgetheilten / und aus Göttlichen Worte / auch mit Anführung der darinn befindlichen Schrift-Stellen / gründlich beantworteten Christlichen Fragen / so wohl zu Nutz der Jugend / als auch derjenigen / so die H. Bibel selbst nicht haben / oder doch die Sprüche in selbiger nicht bald zu finden wissen / sammt einer der Hochlöbl. Theologischen Facultät zu Rostock / und auch des Autoris angeführten besondern Vorrede vorgestellt von Caspar Questeln! (pl. 7. in 8vo.)

Scriptum hoc Catecheticum, Duci Holsatiæ, *Christiano Carolo*, inscriptum, & à *FCie Theol. Rostoch.* approbatum, varias completitur Quæstiones de *Creatione Universi, Lapsum Hominis, Fide & Bonis Operibus, Vita Christiana, Morte Beata &c.* è Scriptura S. breviter nervoseque probatas & expeditas.

Præter Scripta Ejus jamjam enumerata, adduci merentur *Discursus Academicus de Primogenitura Vi & Conditionibus*, Jena 1671. in 4to. cujus altera editio mox prelum videbit, ita inscripta: *Cas. Questelii, Vratislav. Jcti, Ducal. in Holsatia Aula & Consistorii Plænenfis Consilarii Discurs. Acad. de Primogenitura vi & conditionibus, per vetera & nova, modernave exempla Methodo accurata & facili historice ac Politice, conscriptus atque disputatus, nunc autem ex jure, præsertim publico, variis in partibus ad præsentem statum utilissimè auctus, Editio altera cum accessione novi præloquii & Indice prioris gemino, etiam rerum ac verborum extenso.*

Ejusd. Notæ in *Tractat. Juridicum Theoret. Practicum Cunradi Manseri, Jcti, de Nuptiis, & alia addita.* Jena 1682.

Ejusd. Umständlicher Bericht / von dem aus aufrichtiger Liebe zu Gott rechtfeyrenden Sabbath / oder Christl. Sonn- und Feyer-Tage / Jena 1699.



NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis OCTOBRIS. A. M DCC IV.

ROSTOCHII.

Die XXIII. Augusti M. Hermannus Christophorus Engelfe / Mecklenburg. Disputationem posteriorem (priorem enim super. anno M. Sept. pag. 195. adduximus) quæ *Scrutinium Philologicum, modum loquendi Scripturæ indagans & nullum in Sanctis Literis Pleonasmum dari ostendens*, sistit, publico Eruditorum scrutinio exposuit, Respondente Nicolao Wentshin, Anclam. Pomer. (pl. 6.)

Sectio hæc posterior exhibet II. Classes, in Quarum I. præmissa observatione præliminari, quæ Jac. Guffetii, Bloesensis, & B. Casp. Heunischii Judicium de Pleonasmio Scripturæ S. affert, §. 1. proponitur scopus, agi sc. in hacce classe de dativo pronominum personalium verbis aut nominibus subjuncto. Deinde variæ Autorum sententiæ exhibentur. §. 2. Explicatur dictum *Gen. XII.*
 1. Exi Tibi è terra tua, advocatis testimoniis Ariæ Montani, & Paschii. Docetur, utilitatem Abrahamo contigisse, dum 1) ex idololatra factus veri Dei cultor, 2) pater multarum Gentium evasit, 3) in ipso benedicendæ erant omnes familiæ terræ. Notatur Clericus quoad explicationem loci *Gen. XII.* 3. verba C. citantur. §. 3. Utilitatis respectus ostenditur in dictis *Pf. CXLIV. 2. Gen. XXIII. 8. 2. Sam. XX. 6. & tandem Os. IIX. 9.* Forsterus פרה deducit à פרה, sed Bochartus à Syrorum פרה. §. 4. Exponuntur quoad Dativum dicta 1) *Num. XXII. 34.* Nunc itaque, si malum (est) in oculis tuis, revertar mihi. 2) *2. Sam. XVIII. 6.* Leniter mihi cum puero illo sc. Absolone. An ל transferri debeat propter me, cum Forstero
 O O &

& Quenstedio? Allegantur verba Abarbenelis, **אני** malè derivatur cum **אני** a **אני** Melius **אני** redditur meo commodo. *Jer. V. 5.* Ibo mihi ad Magnates. § 5. Illustrantur dicta quoad Dativum **אני** 1) *Gen. XXIII. 2.* Abi tibi in regionem Moria. Allegantur verba Pauli *Lbr. XI. 17. 18. 19.* Clericus notatur ob suam de tentatione Abrahami dubitationem. 2) *Jon. I. 6.* Junius, Buxtorfius, Tarnovius ita vertunt: Quid Tibi (est) somnolente. Præfertur hæc versio: Quid tibi sopore obrutus (es). §. 6. Proponuntur dicta quoad Dativum **אני** 1) *Cant. II. 10.* surge tibi amica mea. Welleri laudatur expositio. 2) *Zach. IX. 9.* Ecce Rex tuus venit Tibi. §. 7. **אני** quoad Dativum. *Gen. XXXI. 8.* Fugiet sibi à conspectu gladii. §. 8. **אני** quoad Dativum. *Gen. XXI. 16.* Abiit Hagar, & sedit sibi. 2) *2. Sam. XXI. 10.* sumisit Ritzpa Saccum, & extendit eum sibi. Abarbenel & Munsterus laudantur. § 9. **אני** quoad Dativ. plur. *Es. XXXIII. 14.* quis sustinebit nobis, ex mente B. Varenii. §. 10. **אני** quoad Dat. 1) *Mich. I. 11.* Transi vobis. Joh. Schmidii verba assumuntur. 2) *Jer. VII. 4.* Ne, confidatis vobis. §. 11. Dilucidantur dicta quoad Dativum **אני** 1) *Leut. XXIII. 4.* Non ingrediatur Ammonita & Moabita. Judæorum communem juxta sententiam phrasis: ingredi in cœtum Domini, idem est, ac nubere uxori Israeliticæ. Generalius eandem accipit R. Levi. Judæis assentiuntur Schindlerus, Clericus, Talmudicos & Lipmannum taxat Hackspanius. Sed Waltherus, Gerhardus, Calovius: ingredi in cœtum Domini, exponunt per admitti ad officia publica. 2) *Jer. III. 2.* Juxta vias sedisti illis. R. Kimchii verba citantur, & Lutheri versio. Commodior expromitur explicatio. Adducitur discursus Warlizii, nec non Beyeri. §. 12. Ostenditur Dativos Pronominum in Latina quoque lingua significare utilitatem atque commodum. Proferuntur verba G. J. Vossii. §. 13. Vindicatur dictum *Ezech. XXXVII. 11.* Excisi sumus nobis, contra Buxtorff. & **אני** Nobis idem sibi velle ac nostro commodo, asseritur. §. 14. Extricatur dictum *Cantic. IV. 6.* Ibo mihi ad montem myrhæ. Dativus: mihi, indicat causam impulsivam internam nostræ redemptionis. Agitur in illo dicto de passione Christi Myrha significat crucem; mons myrhæ est mons Golgatha; mons Golgatha propriè dici potest mons Myrhæ: illustrationis gratia

gratia affertur *Ef. XLIII. 24.* §. 15. Exponitur dictum *1. Reg. I. 28.* Vocate mihi Bathsebam, h. e. ad me, ex sententia Dn. Grunenber-
 gii. §. 16. Explicatur dictum *Job. VII. 3.* Factus sum possidere mi-
 hi menses vanitatis, ex mente Seb. Schmidii. §. 17. *Deut. XXVIII.*
 66. Erit vita tua suspensa tibi, Irenæus, Augustinus & Calovius id
 explicant de Christi crucifixione. Hackspanius a. Noldius, Ama-
 ma, & Clericus de vitæ incertitudine. §. 18. *Jes. XLVII. 1.* Non
 perges vocari tenera, ex sententia Glassii. §. 19. *Jud. VII. 8.* Ca-
 stra Midianitarum erant ante illum. §. 20. *Prov. XIII. 13.* Con-
 temptor verbi corrumpetur sibi. Adducitur meditatio R. Levi
 & versio Chaldaica, nec non effatum Christi *Job. XII. 48* §. 21.
Amos II. 13. premam locum vestrum, quemadmodum premit
 plaustrum plenum sibi manipulis. Citatur consensus Tarnovii.
 §. 22. *Ef. XXXV. 8.* Via sanctitatis vocabitur sibi. Rejicitur Rava-
 nellus. §. 23. *Gen. XXII. 5.* permanete vobis hic, i. e. apud vos,
 §. 24. *2 Sam. XVI. 20.* date vobis consilium. Kimchi citatur. Et
 memorati dicti sensus ex Glassio dilucidatur, subjuncta ipsius
 Kimchii meditatione. §. 25. à Pleonasmio liberatur dictum *Psal.*
CXXII. 3. Jerusalem--civitas, quæ planè coagmentata est inter se.
 Adducitur sententia Aben-Esra. Hierosolymis confluebant om-
 nes mares tribus vicibus juxta *Deut. XVI. 16.* Quare Festum
 Paschatos, Pentecostes, & Tabernaculorum celebratum? Cestio
 Gallio tricies centena millia hominum obviam ivère. Allegatur
 discursus Aben-Esra ex Abendana. §. 26. Declaratur dictum *Pf.*
CXX. 6. Multum habitavit sibi anima mea. *וְיָי* est pronomen
 reciprocum Lucta carnis & spiritus orta fuit in Davide. In *Clas-*
se II. §. 1. Siltitur scopus, in hac sc. classe agi de istiusmodi exem-
 plis, quando nomini vel pronomini additur adhuc suffixum.
 Illustratur Exemplo *Jos. I. 3.* §. 2. Autorum sententiæ exhibentur,
 quoad præcedens pronomen, & sequens pronomen suffixum.
 §. 3. quoad præcedens nomen substantivum, & sequens pronomen
 suffixum. §. 4. dictum *Jos. I. 3.* in apricum deducitur, nihil
 ibi redundare §. 5. Objectioni satisficit duabus responsionibus.
 §. 6. Alia exempla adducuntur, ubi præter præmissum pronomen
 relativum adest quoque pronomen suffixum, *Gen. I. 11. Pf. I. 4.*
Jer. I. 2. Inprimis dictum *Gen. I. 11,* examinatur. Semen quid sit,
 juxta Sal. Ben Melech ostenditur. §. 7. Explicatur dictum *Pf. I.*

4. Judæi ex *Pf. I.* Angeli אלהים nomen exculpere. §. 8. Exponitur dictum *Jer. I. 2.* allegatur interpretatio Raschi. שכינה & אלהים Judæis significat unum idemque. R. Maimonides Spiritum S. tanquam infimam revelationem à Prophetia distinguit. Adducitur commentatio Abarbenelis. §. 9. Quæritur, quomodo accipienda locutio יהוה צבאות. Gussenius eandem explicat per appositionem, Jehova cohortes. Gussenius arbitratur, nomen יהוה directè ad Christum pertinere. Refutatur illa sententia. §. 10. Judicium fertur de talibus exemplis, ubi nomen substantivum præcedit, uti *Pf. XI. 4. Ecl. II. 14.* Leusdenii, Sennerti, Buxtorffii, Glassii, Olearii, Dannhaueri sententia affertur, & cum observatione dimittitur. §. 11. Illustratur dictum *Pf. XI. 4.* unde אלהים derivetur? Radix ipsius est Arabica, contra Gussenium. Quid כסא significet? §. 12. Dilucidatur exemplum *Ecl. II. 14.* Aben Esræ explicatio allegatur, adesse parallagen ellipticam, ostenditur, juxta Geierum. §. 13. Arias Montanus & Danzius laudantur. §. 14. componitur illud *Deut. IV. 7.* Varenii explicatio assumitur. Indigitatur in hocce dicto ἀδυσασία DEI, atque operatio, imo operatio miraculosa. §. 15. Refellitur Clericus, Ethnicismi vestigia in Lingua S. concedens. Hottingerus & Warlitzius stylum Script. verecundum deprædicant. DEUS *Exod. XXIII. 13.* non vult commemorari nomen Deorum alienorum, neque potest pati appellationem Baal. Solvitur objectio 1. Clerici duobus modis. In voce אלהים mysterium est pluralitatis personarum. Porro refellitur secunda Clerici instantia ex Glassio. §. 16. in apricum deducitur dictum *Gen. II. 17.* Moses Bar Cephaz arborem scientiæ boni & mali ita dici vult ab eventu. Removetur commentum Reverlandi, adducto judicio Tenzelii. §. 17. Adducuntur exempla N. T. *Act. XV. 17. Apoc. VII. 2. it. Matth. XXI. 41. & 2. Petr. III. 16.* Lingua Græca N. T. Hebraïsmis gaudet, & quare id fiat, monstratur ex Grossio. Scaliger & Heinsius peccant in excessu. Pfochenius in defectu. Applicantur illa tandem ad scopum.

D. XXVII. *Ejusd.* sud Præf. *Joh. Nic. Quistorpii, S. Th. D. & PP.* Disputat. posteriorem *Lutheranismi defensionem* contra *Joh. Sattelsdorff.* Papistam larvatum, proposuit *Immanuel Kühn/Colb. Pom. (pl. 8 $\frac{1}{2}$.)*

Exhibet illa reliqua *Sectionis II.* (duabus enim Sectionibus integrum

tegrum Opus absolvitur, cujus primæ *Mens. Majo pag. 132.* meminimus) Capita. Cap. itaque II. quod de *Spe Lutherana* s. de *Certitudine salutis* agit, §. I. quæstio hæc tractatur: *An sc. homo in vita hâc 1. (de præsentis Dei gratia & remissione peccatorum certus esse, & 2.) eternam salutem ceriò sibi promittere ac sperare queat?* Cujus affirmativa contra Sattelsdorffium §. 2. defenditur verbis Librorum Symbolicorum, & §. 3. 4. 5 ad argumenta illius respondetur. *Cap. III.* quod de *Impletione Legis* inscribitur, §. 2. hæc quæstio, quæ Lutheranos inter atque Pontificios agitatur, proponitur: *An Lex divina homini impletu sit possibilis?* ad quam, factâ distinctione, negativè respondetur, & §. 3-7. argumenta Sattelsdorffii solidè refutantur. *Cap. IV. de Sacramentis*, & quidem §. 2. contra Sattelsd. de spuris nonnullis Sacramentis disquiritur v. g. de poenitentia. §. 3. sqq. de Sacramento Ordinis. §. 9. sqq. de matrimonio. *Cap. V. S. Canonam Dominicam* illustrante, §. 1. de Sacerdotis vocabulo. §. 2. 3. de præsentia corporis Christi. §. 4. de communione sub una specie varia afferuntur, & denique §. 5. sqq. exceptiones Sattelsdorffii refelluntur.

D. XXX. Ejusd. Admiranda Soni, ex Physicis fontibus exhibuerunt M. Ludovicus Gerhard, & Resp. Johannes Gerhard, Fratres germani, Fridland. Mecklenburg (pl. 3.)

Autor, præmissis præfamine, *Cap. I.* historiam & Phænomena exhibet. *Cap. II.* aliorum sententias & hypotheses adducit. *Cap. III.* suam sistit sententiam, ex qua deinde *Cap. IV.* omnia Phænomena explicantur, eorumque rationes illustrantur.

D. IX. Sept. Exuviæ Andreae Dan. Habichhorstii, S. Th. D. & PP. Confiliarii Consistorialis ac FCTis Theol. nec non totius Academiae Senioris, terræ illatæ fuerunt, cujus diligentiam in colligendis & transmittendis ad Nova nostra Literaria symbolis his ipsis publicè deprædicamus, vitæque historiam, quam quidem fufius ipse in Rostochio Literato pag. 2--58. descripsit, gratitudinis testificandæ causâ velut in compendio hîc exhibemus.

Annus verò seculi superioris XXXIV. inque isto d. 14. Mart. *Büzovii* ad Varnum natales ipsi dedit, Patrem sortito *Danielem Habichhorstium*, acium quarund. ac districtuum quondam Præfectum, Matrem *Agnetam Grelen* Hermannii *Grellii* Senat. Wisma-

riens. filiam, quæ ad exemplum *Reinholdi Derschovi*, Regiom. Boruss. Matris *Sophiæ von Stein* in prima infantia à morbo lethali liberatum filium pio voto S. Theologiæ studio consecrantis, cum ultra annum sterilis esset, votum fecit, semet, si filium enixura esset, sacris illum officiis dicaturam. Cujus voti ut compotes fierent parentes à prima pueritia instruendum commiserunt *M. Joach. Hermeti*, Scholæ Graboviens. t. t. Rectori, post Pastori Brunovienfium. Ablegatus deinceps 1648. ad Scholam Gustroviens. sub *Χειραγωγία* *M. Georg. Schedii*, Rect. *Andr. Metzmacheri*, SubR. *Blasii Grabii*, ConR. *Frid. Wittmanni*, & *Joach. Geisii*, per integrum lustrum linguis operam dedit. Postea A. 1653. d. 6. Apr. in Academiam Rostoch. missus, scholas tum Theologorum *D. Job. Ge. Dorschei*, *D. Herm. Schuckmanni*, *D. Casp. Mauritti*, *D. Job. Quistorpii*, & *D. Job. Christoph. Ottonis*, tum Philosophorum *D. Aug. Varenii*, *M. Mich. Cobabi*, *M. Bernh. Gosmanni*, & *M. Andr. Tscherningii* visitavit. A. 1654. Recturam Scholæ in Civitate Lychena Marchiacæ ditionis, & Ao. sq. Strelicensis in Ducatu Mecklenb. accepit. Vitæ verò scholasticæ rædio victus A. 1657. deposito officio Rostochium rediit, & A. 1658. Gradum Magisterii assumpsit, Laureamque poëticam est adeptus A. 1664. exterâs Regiones & Academias & quidem primum Gryphisvaldiam, post Helmstad. Rinthelium, Marpurg. Gieffam, Francofurt. Heidelbergam, Argentorat. Basileam, Genevam, Constantiam, Tubingam, Ingolstadtium, Altdorff. Jenam, Lipsiam, Witteberg. aliosque celebriores locos adiit, & Viris doctis innotuit. A. 1665. ad suos feliciter rediit. A. 1671. d. 6. Jan. Gradum Licent. Theol. in Acad. Gryphisvald. assumpsit. A. 1672. Professor Oratoriæ fuit constitutus, quo anno etiam conjugium cum *Elisabetha, Ge. Barsenii*, J. U. D. & Advocati ap. Hamburgenses filia iniit, post cujus obitum A. 1699. cum *Anna Sibylla Hedewiga Kohlen* nuptias celebravit. A. 1679. de 15. Maji Doctoris Gradum absens Gryphisvaldiæ & A. 1686. Professionem Theol. Rostochii obtinuit. A. 1693. Senioratum in ECte Theologica, & A. 1701. in Colleg. Ducali & tota Academia nactus, nec minus in Consistorium Duc. receptus est. Decanatum ECt. Theol. undecies obivit. Doctores Theol. creavit XIII. Scripta & Disputationes ejus in *Rostoch. Liter. p. 55.*

sqq. & Novis his e *T. I. pag. 224. sqq. pag. 251. sq.* & passim adduximus. Cæterum B Habichhorstius valetudine per totam vitam pancreaticæ usus est, ita ut jam supra septuagenarius aliquoties affirmaverit, se non sentire decrementum virium sed sibi esse ac si salutaretur Vir XXX. annorum. Ast præterito mens. Aug. cum asthma conflictari coepit, qui morbus Ei d. 30. Ejusdem vitæ terminum attulit, cum vixisset LXX. annos & V. menses. Exequias Prog. indixerunt *Job. Klein*, I. U. D. PP. & h. t. Academiæ Rost. Rector, (plag. 1½. in 4to) & *Job. Nic. Quistorpius*, Theol. D. PP. & F. C. Theol. hodiè Decanus. (plag. 2. in 4to.)

SEDINI.

D. IX. Julii D. *Jo. Georg. Röserus*, PP. & Rect. Gymnas. funus *Nicolai de Maschkow*. Capituli Caminens. quondam Canonici, & Lingv. S PP. in Acad. Gryphiswald. Programmate publ. indixit, (pl. 2. fol.)

Vitam ejus in brevi tabella paucissimis lineis depictam nunc ostendemus. Natus est Gryphiswaldiæ d. 26. Jan. A. 1627. ex antiqua & generosa prosapia, Patre *Georgio de Maschkow*, S. Th. D. & Prof. in eadem Acad. nec non Duc. Aul. Wolgastensi à Concionibus Sacris, Matre *Ilisabe de Corfwant*. Ad ingenii cultum capiendum anno æt. XII. in ludum St. aliundensem missus, & Artium rudimentis ibid. strenuè politis a. 1646. inter Cives Sedin. Pædagogii receptus ejusd. Moderatori, *D. Jo. Micralio*, cæterisque Professoribus, industriam probavit. Rostochium dein missus, Scholas Philosoph. Theolog. Ebraicasque *Cobabi*, *Quistorpii* utriusque, *Lutkemanni*, *Schuckmanni*, *Varenii*, & *Falckii*, sedulò frequentavit, & sub hujus præsidio de *Generatione & Corruptione* Dissertationem conscriptam defendit. A. 1649. Hispaniam Belgiumque, ubi *Salmasio* & *Heinsio* innotuit, pluresque alias Regiones visitavit. *Argentorati* verò in convictum *D. Jo. Conr. Dannhaueri* receptus, ejus prælectiones, ut & *D. Jo. Schmidii* & *D. Jo. Georg. Dorschei* diligenter auscultavit, nec minus *Taboris* & *Bicci* opera in juris civilis adyta penetravit. Reditum deinde in patriam maturavit visisque variis celeberrimis locis, eidem sospes fuit reditus. In qua, ut partas doctrinæ opes explicaret, dissertat. in

Cap. IX. Epist. ad Ebraeos sub Præsidio *D. Abraham. Batti* defendit, Comitique *Dn. Jo. Oxenstierna* dedicavit, qui ejus eruditionem ritè æstimans, munus Profess. Publ. postea spontè ei obtulit, quod *B. Maschkovv* per XX annos cum dexteritate administravit. *A. 1663.* inter Canonicos Capit. Camminensis fuit cooptatus. Dehinc domicilium Sedini fixit, & familiam constituere animum inducens. *Annam Mariam, Adami Rubachii,* Cathedr. templi ap. Camminenses Præpositi filiam *A. 1666. d. 1. Jan.* sibi junxit. Quod conjugium sex liberis fœcundum extitit. Duos ex his filios & filiam unam intra infantiaë spatia mortalitate præcedentes Pater *d. 7. April. a. c.* secutus est, postquam confecerat *LXXVII.* annos *II. menses,* totidemque hebdomadas & dies.

GRYPHISWALDIÆ.

Mense Augusto Libri *B. D. Georgii Zeamanni,* Theologi & Superintendentis quondam apud *Stralesundenses* celeberrimi, publico auctionis ritu distracti fuerunt, quorum ut & aliorum quorundam Catalogus extat (plag. $6\frac{1}{2}$ in 8vo.)

D. XXIX. Ejusd. Præsidi D. Jo. Frid. Mayero, PP. & Superint. Generali de *Fide Christi, s. Utrum Christus fidem habuerit?* disputavit, Resp. Aut. *M. Anár, Ritter,* Lubec. (plag. 4.)

Autor hujus Dissertationis, quam Rev. Ministerio Lubecensi inscripsit, præmissò præfamine, quo viam ad evolvendum commendandumque Thema sibi stravit, & prætermisâ prolixiori vocabulorum explicatione, statim §. 1. totum Dissertationis scopum detegit, dicitque, fidem passivam, quæ secundum *H. N.* subjectivè in Christo fuit, vel, ut §. 2. clarius explicat, fidem generalem h. l. intelligi, quæ citra respectum ad justificationem in notitia, assensu & fiducia, tanquam essentialibus fidei partibus consistit. Quam ut in Christo locum habuisse ostendat, variis argumentis evincit, nempe §. 3. ab expresso Scripturæ *S. asserto Hebr. II. 13.* cujus commatis explicationem, atque ejus cum præcedente connexionem aperit. §. 4. *Pf. XVI. 1. XI. 2. XXII. 1. 5. 6. 10. 20. §. 5. Hebr. XII. 2.* quod interpretum quorundam, ut *Vatabli. C. à Lapide, Chamieri, Gerhardi & Dannhaueri,* consensu confirmatur. §. 6. ab aliis fidei in Christo testimoniis, sc. à precibus **Chri-**

Christi in diebus carnis fufis. §. 7. ab officio ejus Sacerdotali. Deinde §. 8. eos adducit, qui propugnant, fidei in Christo nullum fuisse locum, Scholasticos puta & Calvinianos. Assertaque sic fidei in Christo existentia, naturam quoque & qualitatem fidei hujus scrutatur. Hinc §. 9. causas ejus investigat, atq; fidei Autorem Deum qui essentia un⁹ & trinus in personis est, constituit. Quæstionē deinde, quæ moveri poterat: *An sc. fides in Christo mediis quibusdam vel extragrâinariis, vel ordinariis fuerit conservata & confirmata?* solvit, ita ut media tam interna, quam extraord. & ordinaria admitat. §. 10. de Subjecto fidei, nempe Christo secundum H. N. considerato agit. §. 11. Objectum fidei in Christo, nempe DEUM Unitrinum considerat. §. 12. Partes fidei in Christo, notitiam sc. assensum & fiduciam, ostendit, tandemque §. 13. ejus formam & finem indicat, atque talem fidei hujus descriptionem subjungit: *Fides in Christo est opus totius Ss. Trinitatis immediatè in beavd. ωπω productum, quo is secundum Hum. Nat. in statu Exinanitionis promissiones sibi factas speciales accurata notitia firmoque assensu tenuit, & constanti animi fiducia sibi appropriavit, ut ita superaret passionis impetum, & pro nostra incredulitate satisfaceret.*

D. X. Septembr. Ex Cap. XVII. Joannis Alporismus, modò laudatus D. F. F. Mayer, PP. & Balthas. Alberti, Vogdehaga. Pom. Sententiarum collationi exposuerunt, (plag. ½.) quibus in fine annexus est Casus Consistorialis.

REGIOMONTI.

D. XIV. Julii, Dissertat. Posteriolem de Intelligentiâ S. Scripturæ Literali, Spirituali, & Salutari, D. Gosfrid Wegnerus, Prof. Ord. Resp. Joh. Arnold. Pauli, Rectore Johannisburg. proposuit, quâ Cap. II. Confectaria exhibentur, *Fides intellectum hominis illuminat. 2. Intelligentia fidei longe perfectior est naturali. 3. Intelligentia per fidem sufficiens est, at non perfecta. 4. Non indiget novâ revelatione. 5. Omnis mysteriorum cognitio inevidens. 6. Nec datur prætur fidem aliud medium. 7. Sp. S. eam operatur. 8. Tam in regenito, quam irregenito. 9. In non renatis non est cum Spir. S.* Cap. III. agit de intell. salutari: præmittuntur distinctiones à §. 4.4. ad §. 2. Concl. I. *Intelligentia salutaris est, que praxin fidei & operum junctam habet, §. 53.* II. *Efficitur*

ficitur solum à Sp. S. non tamen irresistibiliter §. 55. sq. III. Solis renatis est propria, §. 57. Consect. 1. Inicell. salutaris est effectus Scripturae. 2. In irregnitis est tantum inchoativè. 3. In renatis cum experientia. 4. Docenda & urgenda. 5. Novitas omnis in ea proponendâ evitanda. 6. Optimè docent, qui Scripturam literaliter, spiritualiter, salutariter intelligunt. 7. Salutariter docent, qui eam salutariter non intelligunt.

D. XV. Julii, Decas XXIV. Thelium controversarum ex L. de tribus ordinibus, Præside Bernhardo von Sanden, S. Th. D. & P. ord. habita est, Resp. Job. Arnold. Pauli, Rect. Schol. Johanburg. Th. I. Tres esse ordines s. status in Ecclesiâ. II. Ministerium Eccles. est divinæ institutionis. III. Nemo in Ecclesia docere debet, nisi ritè vocatus. IV. Vocatio mediata omnibus Ecclesiæ ordinibus competit. V. Ordinatio à Presbyterio vera est, & fit vi juris Episcopalis. VI. Conjugium sanctitati Ministrorum non obest. VII. Magistratus ab ipso Deo institutus est. VIII. Officium Magistratus circa res civiles & sacras versatur. IX. Extendit se ad supplicia capitalia refractariis inferenda. X. Conjugium est sanctum Deoque placens vitæ genus, sed non est proprie dictum sacramentum. (pl. 3 $\frac{1}{2}$.)

D. XVI. Ejusd. Dissertationem Rhetoricam, de Memoria, habuit M. Arnold Henricus Sahme, Regiom. Pruss. Resp. Frid. Pauli, Balga Prusso.

Anno superiori prodit liber hoc titulo conspicuus: M. Pauli Rabeniz, Profess. Regiomontani, Cursus Philosophicus, s. compendium præcipuarum Scientiarum Philosophicarum, Dialectica nempe, Analytica, Politica, sub qua comprehenditur Ethica, Physica atque Metaphysica. Ex evidentioribus rectæ rationis principiis deductum, methodo scientifica adornatum, & brevi atque perspicuo stylo concinnatum in gratiam non solum Philosophiæ cultorum ex professo, sed & imprimis eorum, qui tantum ex ea modò haurire desiderant, quantum sibi in superioribus facultatibus usui esse potest in Theologia nempe, Jurisprudentia & Medicina, additis Indicibus necessariis. Regiomonti & Lipsiæ apud Henr. Boye. (Alph. 4. plag. 4. in 8vo.)

Scripto huic Philosophico adjici merentur, quæ in Novis nostris adhuc desiderantur, Melchioris Zeidleri, SS. Th. D. & in Acad. Regiomontana PP. Ecclesiæque Cathedralis Pastoris Homiliæ selecta in duas

duas Partes divisæ. Pars I. in Evang. Dominicanarum. Pars II. in Evangelia Festorum. Opus Posthumum copia argumentorum & exemplorum ad Doctrinam Evangelicam & Praxin Christianam demonstrandam maxime illustre, quodque in Rhetoricam Ecclesiasticam, uti Precognita decebunt, justii Commentarii loco esse poterit, cum Indicibus Thematum, Locorum Scripturæ, Rerum & verborum, accurante Philippo Jacobo Hartmanno, D. & PP. B. Viri genero. Sumptibus Typographiæ Georgiæ 1702. (Alph. 6. plag. 7. in 4to.)

MITHAVIÆ.

Jubel-Freuden frommer Christen / aus unsers HErrn Jesu Christi herben Leyden und Sterben / in 42. kurze Predigten also eingeheilet / daß auf jeden Tag in der Fasten-Zeit (die Sonntage so ihre Texte haben / ausgenommen) fromme Christen in ihrem Hause / ihrem treuen Erlöser dankbar dienen können / auf Begehren ausgefertiget von Nicolao Wittenburg / Pastorn zu Muischejehm in Chur-Land. 1702. bey George Nadezki (2 Alph. pl. 13 $\frac{1}{2}$. in 4to.)

Ipse verò Autor harum Meditationum, ad voluntatem Nobilis cujusdam, sumptus ad imprimendum liberaliter erogantis, conscriptarum, varia dicta & Vaticinia illustrat, quæ tempore Quadragesimali non inutiliter adhiberi possunt Siftit 1) *Homilias Preliminares* ad Luc. IX. 13. v. 23. 24. v. 25. v. 26. v. 23. 24. v. 27. Hebdomas deinde 1. evolvit *Dicta Pet. Test.* Genes. III. 15. XLIX. 11. Pl. XXII. 17. Cant. V. 2. Es L. 7. Dan. IX. 26. Hebdomas II. *Typos* respicit ex Gen. IV. 4. XXII. 1. 12. XXII. 13. Lev. XVI. 7. Num. IX. 6. XIX. 17. Hebdomas III. in eadem materia pergit ex Num. XII. 3. Jos. XX. 1. 9. Jos. II. 6. Ru h. III. 9. 2. Sam. XXIII. 20. 1. Chron. XII. 22. Jer. XII. 9. Hebd. IV. dicta N. T. ex Evangelistis desumpta complectitur, ex Matth. XX. 18. Marc. XII. 10. Luc. IV. 23. Joh. XII. 24. Joh. XII. 32. Joh. XII. 35. Hebd. V. enucleata dicta Apostolica tradit ex Rom. IIX. 34. 1. Cor. II. 2. Gal. VI. 17. Eph. II. 16. Phil. III. 7. 8. Coloss. I. 24. Hebd. VI. in explanandis dictis Apostolicis pergit ex 1. Thess. V. 9. 2. Tim. II. 11. Tit. II. 14. 1. Petr. I. 18. 1. Joh. V. 8. Apoc. I. 5. Varia insimul ex Historia S. ac profana illustramenti loco afferri, quilibet deprehendet, ut neminem lætationis harum Homiliarum unquam pœnitere posse credamus,

silentio prætermittentes, quod passim dicta quædam, ex *Hymnis* petita, explicita conspiciantur.

Idem Autor nunc in eo est, ut in *Gratiam Rusticorum Curlandensium* Expositionem Evangeliorum, quam in Præfatione promissit, publicæ luci exponat. P. 8. Fratris sui Disputationem, *Dorpati* ventilatam de *Revolutione Animarum Ethnico-Rabbinica* adducit. P. 414. hæc leguntur: Der grosse GOTT hat uns in verwichenen Zeiten mancherley Wunder- Zeichen sehen lassen / die nicht nur in der Warnungs-Schrifft eines treuen Patrioten colligiret / sondern auch ausländischer Hochgelahrten Leute Tieffinnigkeit exerciret / als die zumahl über die felsame gereguete Bohnen und geschneyetes Pappier ganze Tractate geschrieben / (credo n. Excellent. Dominum Hartmannum Med. Doct. & PP. Regiom. promissis in funere acerbo desideratissimi Principis nostri Alexandri factis sese exsoluisse; quemadmodum & Astronomus noster mantissam de his dedit) Und ach! daß doch sothane Zeichen schon in denen bleyernen Bohnen und angeschwârzten Pappiren / mit welchen unsere Freyheiten zu Grabe getragen worden / schon ihre Erfüllung hätten!

R I G Æ.

D. XI. *Maji*, M. *Jacobus Wilde*, Eloquent. Prof. Programmate Lat. in quo auspiciatissimum spiritualis militiæ signum, quod est *Spiritus S.* (ex 2. *Sam. V.* 24. & *Act. II.* 2.) repræsentavit, Festum Pentecostale, Athenæi civibus celebrandum, indixit. (pl. 1. in 4to.)

D. III. *Julii*, *Wendelinus Stendingius*, Regii Lycei Rector, de *Bello*, plagarum Epidemicarum atrocissima, Actum Orator. adornavit, inque scenam tres juvenes produxit, nimirum 1. *Henr. Gustavum Dörr.*, *Wenda-Livon.* 2. *Joh. Bernhard. Fischerum*, *Rigenf.* & 3. *Joh. Fontin*, *Rigenf.* ad quem Literarum fautores Progr. Lat. invitavit. (pl. 1. fol.)

D. XII. *Ejusd. Dav. Godofredus Heppen*, S. R. M. Suec. à Secretis Bellicis, & *Rigenf. Proto-Notarius*, A. 1667. d. 15. Jan. *Regiomonti*, Patre *Johanne*, *Coburg. Franco. Elect. Brandenburg. Centurione*, & Matre *Elisabetha Caspari*, natus, obiit, A. æt. XXXIIX. memoratus à nobis, in præced. An. *Menſe Octobr. pag. 231. sq. ubi reliqua*

reliqua, quæ ad vitam ejus noscendam spectant, jam consignata leguntur.

PERNAVIAE.

D. XX. *Junii*, Rector Academiæ *Andr. Palmroot* ad Parentationis Solenniâ *Danieli Sarcovio*, Log. Phys. & Metaph. Prof. Ord. (quem supra pag. 31. nominavimus) per *Michaëlem Dau*, Eloqui. ac Poës. Prof. Carmine Germanico tum exhibenda Programmate Lat. (pl. 2. in fol.) invitavit, ex quo de more vitam ejus breviter referemus. Patriam ei dedit civitas *Aboënsis*, in qua d. 20. Junii 1661. lucem primam aspexit parentibus honestis natus. Pueri nondum octennis institutionem in se suscepit A. 1668. frater ipsius natu maximus *Elias Sarcovius*, jam Scholæ pulverem relicurus, eandemque per quadriennium continuavit, quoad publicis scholæ trivialis Magistris A. 1672. traderetur ulterius erudiendus, quibus sedulam probavit operam, ut quinquennio exacto A. 1677. d. 24. Martii in numerum studiosorum fuerit transcriptus. A. 1680. Dissertationem quandam ipse conscripsit, & publicè defendit. A. 1682. d. 17. Maji ad celeberrimum *Narvense* Emporium perrexit, & per biennium quorundam adolescentium studia moderatus est. A. 1684. Belgium, Britanniam (ubi aliquamdiu commoratus Sermonem Anglicanum sic perdidicit, ut nativo lepore eum exprimeret) & Germaniam peragravit, atque in Athenæo *Gryphisvaldensi* aliquamdiu subsistit. Ex *Pomerania* in *Scaniam*, *Holmiam* & *Upsaliam* transit. Redux ex itinere, & primum Depositoris in Acad. *Aboënsi*, dehinc Rectoris Scholæ Regiæ *Reval.* munere præditus, matrimonio sibi junxit *Elisabetham Kniperiam*. A. 1695. Log. Phys. & Metaph. Professionem suscepit, ejus partes legendo, disputando, solutè & metricè perorando tamdiu tutatus est, donec scorbutica tæbe corporis debilitatus nocte mediâ ultimum Mensis April. diem præcedente rebus humanis valediceret.

UPSALIAE.

D. XI. *April.* Anni superioris, Exercitium Mathematicum; de *Divisibilitate Quantitatis*, publ. examini submitit *M. Haraldus Valterius*, Mathes. Prof. Resp. *Andrea Drake*, Jentl. (pl. 1/2. in 4to)

Autor, præmissa terminorum enucleatione, sc. *quantitatem* hoc loco sumi non *late* pro omni eo, quod quanti nomine ratione aliqua venire potest, sed *strictius* & magis *Mathematicè*, pro quantitate propriè dicta, quæ magnitudinem & numerum, ut proximas, & si non solas, præcipuas tamen species sub se comprehendit, cujusmodi proprium & adæquatum Matheſeos objectum constituit; & per *Divisibilitatem* h. l. non intelligi *æſtualem* divisionem *Phyſicam*, quæ in corporibus per motum & partium à se invicem separationem fieri debeat, sed *abſtractivam* & *Mathematicam* divisibilitatem, quam sola mens instituit, & quam omne quantum sua natura admittere possit, modò potentia dividens adfuerit, quæſtionem per tot secula inter eruditos agitatam: *An sc. quælibet Quantitas Mathematica, divisione mentali s. Mathematicè dividi possit in partes infinitas, vel in non tot quin plures?* aggreſſitur, eamque affirmat, statuens *omne quantum divisibile esse in infinitum*, h. e. in indeterminatum & indefinitum, quod eo usque continuari potest, quousque præſens requirit demonstratio, & ad-versarius postulat.

D. VI. Maji, ejusdem anni sub Præsidio *Job. Arndii Bellmanni*, Eloqu. Prof. de *Ritu Sacrificandi Romanorum*, Dissertationem exhibuit *Christophorus Strauchius*, Stockholmiensis, *M. Ægidii Strauchii*, Ecclesiæ Germanicæ, quæ Holmiæ colligitur, Past. Primar. & Consist. Adſeſſ. filius, *M. Sam. Strauchii*, Dresden. Past. quondam Eccles. Patriæ ad D. Annæ (vid. Sam. ben. Carpzovii, *D. Offa Rediviva Conc. III. pag. 104. ſqq.*) Nepos & *D. Ægidii Strauchii*, Proto-Synedrii Ecclesiastici Adſeſſor. Superintend. ac Pastoris Dresdenſis à Reformatione V. (de quo vid. M. Christiani Schlegelii *Vita Superintend. Dresdenſis.*) Pro-Nepos. (pl. 6. in 4to.)

Autor, Præmissis Proæmio, quod primam Sacrificiorum Originem expendit, Cap. I. Generalia quædam de Sacrificiis Romanorum cognoscenda exponit. §. 1. Vocabulorum Etymologiam & Homonymiam. §. 2. Varias sacrificiorum ap. Romanos causas sistit. §. 3. Delectum victimarum maſtandarum habuisse eos demonstrat. §. 4. Ostendit Romanos, uti multos coluere Deos, eosque non unius Generis, ita diversas quoque victimas singulis adſignasse. §. 5. Definitionem §. 6. Divisionem

§. 7. Sacrificiorum varios ministros, eorumque nomina & officia considerat. §. 8. Quibus locis Rom. Sacrificia peregerint, docet. Cap. II. Ritus sacrificandi breviter adumbrat. §. 1. Hostiarum conditionem, ad aram deductionem, & dehinc variorum in iis signorum observationem §. 2. Sacerdotis, ad sacrificandum sese præparantis, certas ceremonias. §. 3. Primos sacrificandi ritus sistit, adhibita mola salsa, thure & vino. §. 4. Hostiæ jugulationem, §. 5. Excoriationem, §. 6. combustionem. §. 7. Thuris, vini, item olei affusionem & §. 8. sacrificales epulas describit. Cap. denique III. Sacrificiorum Hebræorum & Romanorum collationem instituit. §. 1. Quemadmodum Romanos sacrificandi morem; ita §. 2. victimarum delectum, & §. 3. sacrificiorum diversitatem Hebræis debuisse ostendit. §. 4. Ministrorum §. 5. Rituum in sacrificando Romanorum cum Hebræis convenientiam demonstrat.

D. V. Septembr. ejusdem anni Præf. *M. Job. Palmoot*, LL. Oriental. & SS. Theol. Prof. (quem supra pag. 31. memoravimus) Dissert. de *Libello Repudii*, publicæ ventilationi submitit *Samuel Hufz*, Medelp. (pl. 3. in 8vo.)

Absolvitur *II. Capitibus*, quorum I. genuina dicti Mosaici Deuter. XXVI. tradita interpretatione, Scholæ Schammai & Hillelis de Divortii Disputationem continet, variasq; causas, propter quas, ex Judæorum sententia, Libellus Repudii dabatur, allegat insinuatque. *Cap. II.* de Libelli Repudii formula, variis circumstantiis circa scripturam ejusque promulgationem observandis: Causa Divortiorum à Salvatore nostro tradita, varioque eorum usu in primitiva Ecclesia ad tempora recentiora agit.

D. XXVI. Martii hujus anni Dissert. Mathematicam de *Contactus Angulo* publico examini subegerunt *Job. Vallerius*, Har. fil. & Resp. *Andreas Duræus*, Ost-Gothus. (pl. 5 $\frac{1}{2}$. in 4to.)

Absolvitur autem *II. Capitibus*. *Cap. I.* de variorum sententiis disquirat, & Euclideam illam propositionem exhibet, quæ tanto opere Mathematicorum ingenia fatigavit, ac tantarum disputationum causa fuit & origo. Ita verò sonat: 1. *Quæ ab extremitate diametri, cujuscunque circuli ad angulos rectos ducitur, extra circulum cadit.* 2. *Et in locum inter ipsam rectam lineam & circumferentiam comprehensam, altera recta linea non cadet.* 3. *Lesquelles propositions ont été démontrées par les Géomètres.*

quovis acuto reſtilineo major eſt. 4. Reliquus autem minor. Cap. II. ſuam ſententiam demonſtrat, & Theorematis ac Problematibus nonnullis eam includit. Theor. 1. Omnes ſemicirculi anguli ſunt inter ſe, & aliis cujuſcunque ſemicirculi angulis æquales. Th. 2. Angulus ſemicirculi cujuſcunque circuli eſt reſtilis & reſto reſtilineo æquatus. Th. 3. Angulus mixtus in circulo eſt æqualis reſtilineo cuiſcunque in ſegmento oppoſito. Probl. 1. Angulo mixto concavo æqualem reſtilineum conſtituere, & contra. Probl. 2. Invenire duos mixtos angulos concavos, qui & inter ſe ſunt æquales, & ſimul ſumti dato angulo cuiſcunque reſtilineo æquales. Th. 4. Si trianguli circulo inſcripti laſtus quodcunque producat, Angulus qui ſit à peripheria & linea producta æqualis eſt trianguli angulo, qui lateri producto oppoſitus eſt. Probl. 3. Angulo convexo mixto æqualem reſtilineum conſtruere, & contra. Theor. 5. Si in circulo inſcribatur figura reſtilinea quæcunque, ejuſque latera ordinatim producantur; omnes anguli externi qui proveniunt ex peripheriis & lineis productis, ſemper erunt æquales duobus reſtilis reſtilineis. Th. 6. Si in circulo inſcribatur figura quæcunque anguli mixti, qui comprehenduntur ſub lineis reſtilis & peripheriis, ſemper erunt æquales quatuor reſtilis. Th. 7. Linea tangens peripheriam NULLUM ANGULUM conſtituit, NULLASQUE ANGULI PROPRIETATES ſortitur. In fine adjecta ſunt XVI. Corollaria, & figuræ Mathematicæ.

EXHOLSATIA.

Menſe Majo exſpiravit *M. Henricus Molzan*, Paſtor. Hademarſch. cujuſ vitæ rationes paucis jam conſignabimus. Lucem aſpexit iſ *Lubeca* d. 2. Febr. 1636. Patre *Johanne Molzan*, Cive & Sartore, Matre *Elifabetha Rugia*. Jaſtis, accreſcentibus annis, in Schola patria fundamentis, anno æt. XVIII. Acad. Roſtochienſem & anno XX. æt. Wittebergenſem adiit, perque ſexennium ibi ſubſtitit, & induſtriæ ſuæ ſpecimina edidit ſequentia: 1. de *Magia Naturali* Diſquiſitionem Phyſicam Præf. *M. Joh. Wergero*, *Lubec.* *Witcb* 1657. (pl. 2.) 2. In Colleg. Theol. Diſput. Præf. *L. Conſtantino Ziegri* F. C. iſ. Philoſoph. Adjunct. poſt Phyſic. P. P. Diſput. IV. de *Relatione Dei ad extra per opera ejuſdem immanentia*, ibid. 1657. (pl. 1½) 3. Diſquiſitionem Politicam de *Jure Legum*, ſub Præſidio *M. Chriſtiani Lyſeri*, *Lipl.* Colleg. Philoſ. in Acad. Witteberg. Adjuncti, &

& tt. Decani, ac vocati V. D. Ministr. ad D. Ulrici ap. Hallenses. 1658. pl. 4. 4to. De *Anima Separata*, Præf. M. 70. Wergero, in eadem Acad. eodem anno, pl. 2. Retulit etiam Magisterii honores ex ead. Academia interque XXXVI. Candidatos primum locum obtinuit. Visis postea in peregrinatione præcipuis Saxoniae locis, Patriam anno æt. XXVII. repetiit, & examine exantlato copiam concionandi nactus, & in amicitiam & contubernium M. Ge. Drevenstedtii, Pastor. quondam ad D. Petri, admissus est. *Hafnie* dehinc informandis liberis septennium impendit, quo finito *Acad. Regiomontanam* salutavit, & paulo post A. 1668. inde Pastor *Hademarschen* vocatus, atque A. 1669. d. 30. Maji introductus fuit. Et ne vitam solitariam ageret, eod. anno in matrimonium duxit *Barbaram*, D. *Thomæ Lindemanni*, Pastoris Eccles. Teutonice, & Prof. ap. *Hafnienses*, filiam, cum qua tranquillam vitam egit usque ad horam mortis decretoriam, quæ anno æt. LXVIII. d. 9. Maji a. c. ei obtigit, Bibliotheca Ejus hic *Lubeca*, Mense Augusto, Auctionis lege fuit divendita.

SLESVICI.

70. *Nicolaus Pechlinus*, Archiaterus *Holsaticus*, libellum, Latino idiomate scriptum, hoc titulo imprimi curavit:

Venantii Pacati Solitudo. seu Querela de Tempore. Hamburgi, Sumptibus Benj. Schilleri (pl. 16. in 8vo)

In quo pias *Meditationes*, stilo terfo & luculento conceptas, interspersis carminibus elegantissimis, deprehendimus, quæ, tum tempus benè locandum, tum animæ curam diligenter habendam, tum carnis opera, & seculi vitia, quæ inibi fusè descripta leguntur, vitanda esse, verbis ponderosissimis suadent, atque Viri, de elegantioribus Studiis præclarissimè meriti, justa desideria, ac soliloquia, imitanda diligenterque perpendenda esse, unum quemque Lectorum hortantur. Speciminis loco ea nunc exhibere placet, quæ pag. 175. sqq. consignata sunt, atque avaritiam hominum, *Donativa* quærentium, vivis coloribus depingunt: *Mirare fiduciam hominum, qui in commendatione Clientis, aut nihil aut malè meriti, emolumenti quarunt materiam, & Donativum vocant, veluti rêm sacram & a liberalitate donantis profectam. Verum non video,*

quo jure Donativi nomen habere possit, quod non uliro dari, sed rogari; & post varias stipulationes extorqueri solet, imo, absque quo esset, omnis adeundi honoris aut muneris occasio præclusa foret. Sanè, tantum abest, ut ingenue aut liberalis donationis titulo venire possit, quod obtinendi beneficii causa datur ut contra unum hoc sui meriti & favoris conciliandi instrumentum, nunc etiam ex contractu & stipulatione natum, adeoque non ad Donationis, sed Emptionis & Venditionis titulum, qui hoc in casu damnari solet, referri mereatur. Quis autem credat, illa sic emendicata aut per avaritia lenones extorta Donativa, quibus vitiosi hominis character in egregium & Reipublica utilem vertitur, aut leve meritum extollitur, recta & salva conscientia accipi posse. Accipiuntur tamen, & communi jam omnium errore securitas consiat, neque enim malum videri aut iniquum, quod plerique omnes & illi Dii majorum gentium facere solent; imò intempestive prudentes aut stultos esse, eò autem processu temeritas, qui equi & boni studio emolumenta ac commoda peculiosa ad se pertinere non putant. Quis verò ille color, esse hæc laborum præmia, esse redhostimenta, quæ ob commodatam hinc operam, sæpè etiam vocem tantum inde acceptam dignitatem, neque illi recusare, neque hi inviti elargiri possint. Porro esse hæc vite subsidia, quibus quod per ista ex publico aut arario Salaria non licet, Aula familiarumque splendorem tueri necesse sit, & æquum videri, ut illi, qui consilii & procurationibus curas levant principales onusque ministerii sustinent, Congiaria, & Donativa accipiant, imò etiam, si pudor ea offerre prohibet, sumant, & jure quodam sibi vendicent. At, quam frivolum hoc est, quamque indignum, quod, cum Domini ministris suis, quantum pascenda vel pompa aut avaritiæ sufficiat, non præbeant, ex Privatorum sectionibus instrumenta tum luxus tum avaritiæ parari posse existiment. Parant ergo hæc, sed cum maxima Dominorum ignominia, Privatorumque incommodo, sed cujus sensus tandem etiam, si quid superest bonæ mentis, ad Dominos redundet, communemque aut causam aut salutem periculo involvat. Indignum autem est & moribus vecitum, cum alterius damno locupletem fieri. Quod si Principes aut Magistratus, quos habent à Ministerio, tenuiore mactent salario, utique hoc indicio est, velle eos affectatam pompam ac luxum circumscribere, nec temerè pati, modum mercedis à quoquam excedi, liberum tamen esse suis & honestè partis optibus ad Dominorum gloriam splendoremque uti. Quò magis dammandi sunt, qui, cum à Domi-

Domi-

Dominis salaria accipiunt satis lauta, eorumque facili indulgentiâ privatos emungendi immunitatem imò & in sportulas & Donativa invadendi potestatem nacti sunt, sic parata neque ad tuendam ordinis sui dignitatem, nec Dominorum gloriam convertunt. Mittimus reliqua, quæ si omnia recte & accuratè expendantur, non defuturum arbitraremur, reperiri in hisce paginis (verba Autoris, quæ in Præfatione ad Jo. Wincklerum, & Casp. Buffingium, Theologos Hamburgens. directa leguntur, recitamus) quod homini non planè exulcerato, & in sui futureque noscendi studium incumbenti, mutandi in melius aut sensus aut vite prodesse possit.

KILONII.

Die II. Maji, Disp. Inaug. Medicam de Morbis Magicis, sub Præsidio Guntheri Christophori Schelhammeri, Med. Doct. & Profess. Primar. Duc. Schlesv. & Holsat. Archiatr. Soc. Leopold. Colleg. & Recuperat. in Italiâ Socii, publico Eruditorum examini submittit Christoph. Martinus Burchardus, Kil. Holf. (5½ pl. in 4to.)

CAP. I. quod de Magia & Morbis Magicis in genere agit. Cl. Autor, explanatô Magici vocabulô, datâque Magiæ definitione, eos refutare conatur, qui Magiam ejusque operationes negant, tum adducendô testimonia & exempla 1. Sacræ Scripturæ, 2. Profanorum in Scriptorum: 3. Judiciales de Lamiis Magisque processus, 4. Magiæ effectus: tum eorum argumenta examinandô, nempe 1. Nullum dari inter Dæmones hominemque pactum: 2. Non posse Dæmones pactum contrahere, cum nullum possint assumere corpus: 3. Dæmones corpora movere non posse. 4. Impossibile esse, Spiritus, cum sint substantiæ cogitantes, nullâ extensione præditæ, in corpora naturalia agere posse. 5. Hanc virtutem non animæ, sed Deo potius esse adscribendam, cum anima nostra nil nisi occasionem ipsi præbeat ad hunc vel illum corporis motum præstandum: ad quæ satis eruditè semper, tam rationibus, quam exemplis suffulcitus, respondet. His præmissis, duas proponit quæstiones, quarum altera est: Utrum Magis quoque liceat morbos humano corpori infligere, & illud variis vexare malis; Altera: an Morbi Magici à naturalibus differant? Primam affirmat; de Secunda verò dicit, non unius generis esse Morbos Magicos, Alios

enim nihil habere commune cum naturalibus, ut Obsessio: in aliis ne morbum quidem adesse, sed mera tantum symptomata, & quidem causarum, ut in excretionibus pilorum, insectorum, lapidum, variorumque artificialium; alios denique vix à naturalibus differre, quales sunt Atrophia, Marasmus, Melancholia, Diarrhæa, à maleficio inductæ, hęc saltem servantes discrimen, quod Spiritus se illis immisceant, & morborum causas dirigant.

CAP. II. Causis Morborum Magicorum inscripto, primas partes in producendis his morbis tribuit Dæmonibus, licet confiteatur, eos quidem non semper immediatè in effectum influere, ast, cum morborum naturam, atque causas probè norint, illis non solum, sed etiam adhuc rebus sic dictis non naturalibus, humano generi maximè necessariis, imò & ipsi planè contrariis & infestis, ut venenis, pro scopo suo in detrimentum hominum, & ad producenda varia morborum genera, sæpissimè uti. Aliquando tamen Dæmones immediatè morbos intulisse, irritandò nimirum nervos, contorquendòque membra &c. obsessorum docere exempla, non hic & ad Medicos corporis, sed animarum potius pertinentia. Post Dæmones Magis quoque in procreandis talibus morbis vel Symptomatibus locum assignat: non quod physicè in effectum influant, sed symbolum saltem afferant. Deinde prolixè recenset *Operationes*, quas hoc genus hominum ad *Fascinum* adhibere solet, quales sunt, Fascinum per Visum, Incantationes, Afflatus, Fascinum per Tactum, Pulveres Sagarum vel vestibus aspersi vel in limine publicisve viis projecti, Imagines cereæ, nomine facinandi appellatæ, & vel acubus vel igne maceratæ; singularibus exemplis ubique comitatæ. Quomodo autem hæ operationes à Magis, & eorum directoribus Dæmonibus per rerum naturalium atque p. n. mutatione ac directione peragi queant, amplius rationibus & exemplis demonstrat. *Signorum in Morbis Magicis Diagnosticatorum*, quibus *CAP. III.* dicatum, 1. Cl. Autori est, si Symptomata à naturalibus alias non differentia, in supranaturalibus morbis atrociora, planè non cohærentia, sæviora, quam naturalis quivis morbus, ætas, & reliquæ substantiæ id permittunt, existant. 2. Si Medici tam doctrinâ, quam experientiâ instructi fluctuent, neque propter symptomatum varieta-

tẽm

tem atque anomaliam, sciant, ad quod morborum genus sint referendi. 3. Si medicamenta naturalibus morbis convenientia, & per multum temporis usitata, nihil planè in his proficiant. 4. Si excrementa totò genere p. n. sint, ita, ut neque in corpore potuerint generari, neque naturaliter in illud pervenire. Nihilominus Cl. Autor addit, probabilia quidem esse duo priora signa, sed non infallibilia, tertium paulò certius, quartum v. omnium certissimum. Enarratis signis, jam nominatis, alia Agyrtarum atque Circumforaneorum *καθημερα* annectit, quæ transcribere, superfluum foret. *Prognosticon* Cap. IV. duplex statuit, dum a iis morbos à Magis illatos, ut rupturam tympani in aure, & tunicæ corneæ oculi (wann die Heren einem die Augen ausschlagen) esse incurabiles, & nunquam ritè iterum consolidari posse, judicat: alios vero manum quidem admittere medicam, sed cum Dæmones, pro suâ in rebus naturalibus notiâ, faciliè medicamentorum vires invertere, vel saltem impedire valeant, ut plurimum diuturnos, feros ac molestos esse, & recidivam pati, censet. Cap. V. complectitur *Methodum Medendi*, ubi Cl. Autor præmissò amplò discursu 1. de Amuletis, 2. modò curandi per Verba & Incantationes, 3. Transplantatione, 4. Unguentò Armario, 5. Curatione per urinam & 6. per Imagunculas, utpote vanis, superstitionis, prohibitis & ab ipsomet explosis remediis; ad medica se convertit auxilia. Universalialia saltem proponens, & quidem *Vomitiva*, si in hypochondriis prava lateat materia; si in intestinis, *Purgantia*; pro attenuandis v. humoribus, tollendis obstructionibus, atque circulatione sanguinis in pristinum statum reducendâ *sudorifera atque Diuretica*: & denique pro mitigandis quandoque horrendis symptomatibus, ac sedandis convulsionibus doloribusque exquisitissimis, *Opata* commendat; Specificorum apparatus quærentes ad Eberhardi Gockelii Tract. Magico-Medicum ablegans. Maximum autem in his morbis auxilium à Deo, precibus ad medelam invocato, expectandum atque sperandum esse, concludit.

Disputationi huic quod adjectum est Programmata Inviatorum agit de *Fide Historica*, & Candidati Βιογραφία, (1 $\frac{1}{2}$. pl. in 4.) Ex qua sequentia tradimus: Præmiam is lucem à pexit in Kionien. Acad. Patrem nactus *Matthiam*, ad D. Nic. Past. matrem *Annam*

Catharinam, D. Casp. Marchii, Prof. quond. Medic. postea Elect. Brand. Friderici Wilhemi Archiatri, filiam. Orbatus parentibus primis pueritiæ annis adolevit in domo *M. Mart. Butzeri*, Past. ad S. Spir. commissus ab eodem scholæ patr. Præceptoribus, in qua quinquennio exacto ad portum Vagrium transmissus in disciplinam traditus est *M. Ge. Henr. Burchardi*, Præposito quond. Segebergensi; Anno. 1697. in patriam reversus, nomen dedit Civitati Acad. Kilon. *Paschium* in Metaphysicis & Ethicis, in Mathematicis *D. Lutherum*, PP. &, cum Studio Med. se mancipiaet, *D. Schelhammerum* diligenter audiens. *Franckio* quoque & *Reybero* se multum debere non diffitetur. Postea Disp. X. Anatom. Physiologicas cum sodali *Christiano Ulrico Schreiber*o, Med. Ddo. nec non 2. Fridericianas. publ. habuit A. 1703. Saxoniam profectus, celebriores Academiæ ibidem visitavit, moxque in Voigtlandiam, Bohemiam & Thermas Carolinas excurrit. Quo itinere emenso patriam repetiit, & post examina sustentata ad laudatam jam *Disput. Inaug.* defendendam sese accinxit.

D. XXIV. Maji Exercitationem Fridericianam ex *Physicis Omnium Creaturarum naturalium fluidissimam* sistentem *substantiam* i. e. *Lucem*, proposuit *D. Jo. Ludov. Hannemannus* Philof. Nat. PP. Resp. *Christoph. Pilio*, Gryphisvv. Pomer. (pl. 2.)

Constat hæc. *XII. Thesibus* quarum 1. lucis descriptionem. 2. è luce splendorem aquæ, 3. lucem purissimam, utpote quæ inquinari non possit, 4. lucem indefinitæ extensionis & durationis, 5. omnis fluidissimi materiale & formale, 6. angelorum & animarum formale. 7. omnia animantem, 8. omnium rerum nexum, 9. basin, 10. omnibus pulchritudinem conferentem, 11. non nisi à Deo annihilationem patientem, & 12. lucem substantiam maximam exhibet, singulis thesibus Exegesi necessaria subjuncta.

D. XI. Junii Præside *Simone Henr. Museo*, D. Institut. nec non Jur. Nat. & Gent. Prof. Ordin. *Dissert. Jurid. Frideric. de Restitutione in integrum contra Præscriptionem ex Capite Ignorantia*, publice defendit *Gustavus Otto de Fabrice*, Equ. Luneb. (pl. 6.)

Dum autem *affirmativa sententia, fraude ac dolo circumventum in negotiis, ubi bona fide agendum est, restituendum esse in integrum*, in hac

hac Dissertatione, erudite conscripta, defenditur, ac variis rationibus munitur, negantium pariter argumenta §. 17. *seqq.* examinantur & discutiuntur, laudato insimul *Erici Mauricii de Restitutione in integrum* edito Tractatu.

D. VII. Julii Disputat. Mathematicam Eridericianam sub Præsidio *Sam. Reyheri*, J.Cti, Cod. & Mathemat. PP. de *Lentibus s. Vitris Lenticularibus*, peculiari, eaque facillima ratione præparandis publicæ ventilationi exposuit *Jo. Caspar Clausen*, Wismariens. Megapolitanus. (pl. 2 $\frac{1}{2}$.)

In *Capite I.* hujus Disput. agitur de magnorum arcuum, qui circino, vel alio instrumento, ex centro describi non possunt, delineatione. *C. II.* Regula incurvata Nicolai Goldmanni explicatur. *C. III.* Regula Lesbia à Basilio Titelio inventa describitur, *C. IV.* de Lentibus Hyperbolicis & hyperbole refractionibus vitrorum conveniente à Carthesio descripta agitur. *C. V.* Lentes circulares Christiani Hugenii exponuntur. *C. VI.* Lentes sectionis sphericæ perfectiores ostenduntur, & denique *C. VII.* Tuborum ex duabus, vel etiam quatuor lentibus compositorum, constructio traditur, inspersis hinc inde figuris Mathematicis.

Job. Ludovici Hannemanni Phil. & Med. D. PP. Observatio de Scæleto Fætüs, cum bene formato eodem partu in lucem edito.

Die VI. Augusti, Ao. M. DC. LXXXVII. quædam Generosissima Matrona de *Ranzow* mihi de cujusdam factoris conjugè in Oldenburg retulit, quæ gemellis gravida, & ob litès & rixas sui mariti horrore perculsa abortum minabatur, sed adhibitis abortum præcaventibus justo tempore *fætum bene formatum* enixa: secundinæ extractæ adhærebat frustum carnis, sed marcidum. Cuidam obstetrici oriebatur suspicio de fœtu alio adhuc in utero superstitè. Elapsis aliquot horis tormina partum promoventia invadunt; paulo post enititur *Fætus scæleton* integram quod omnium ossium una cum capite compage gaudebat, nullo ossiculo perduto vel rupto.

JO. JAC. STOLTERFOHII Scholion.

Quam dira sit malorum *Lerna Terror*, tot in foro medico probant exempla, quot turbida freti rabies ad littora volvit fluctus;

ut

ut haud dissimilem illum dixeris Gorgonum *Meduse*, quæ solo aspectu obvios trucidasse homines, vel in lapides mutasse traditur. Imprimis vero tyrannidem suam exercet in gravidarum utero, quem pusionum sæpe jubet vivum esse sepulchrum. At mirum dictu, qua arte *Sceletopoeiam* celebret in tam recondito theatro, nulli minus operi quam Anatomix dicato. Tanti *causam* portenti, nostra quidem sententia, non alteri, limatioris iudicii acumine pollenti, temere obtrudenda, in *Archeum*, omnium quem vocant in œconomia animali functionum Fabrum, conjiceremus. Hic namque, absoluto jam formationis quoad singula membra, opere, quicquid incremento Embryonis inservire poterat, nutrimenti beneficio curabat, dividendo inter gemellos æqualiter functiones, usque dum *terroris* idea ex improvise tactus, & in se quasi concentratus, ab opere cessare cogebatur. Quis vero non crederet æque ac infantibus extra uterum ex Matris vel Nutricis terrore, tyrannidis suæ ideam lacti imprimente, motus accidunt convullivi, idem evenire potuisse pusionibus in ergastulo uteri adhuc delitescens, ut præmaturum, disruptis vinculis, exitum mox quæsisissent, nisi adhibitis statim *abortum præcaventibus mediis*, placatus quasi Archeus opus cœptum paulatim reassumisset? Quod vero studium inter gemellos antea ex æquo diviserat, post turbatos circulos uni conferebat, quem *bene formatum* iusto tempore enixa est Mater. Detracto autem *alteri* nutrimento, idem experiri debuisset iste fatum, quod contigere solet fructibus marcore consumptis sponteque ex stipite deciduis. In vapores quippe resolutum abiit, quicquid humidi in se habebat misellus embryo, ut singulari spirituum molimine relinqueretur saltim *frustum carnis marcidum, secundinæ cum primo partu extractæ adherens*: & ita ubi carnem induerat invitante natura, ibi eandem exuebat stupente quasi natura. Sed mitius affulsit Numen huic *Puerperæ Oldenburgicæ*, quod eodem quasi conatu liberaverit se a cadaveroso tali onere, quale per biennium in utero gestaſse Mulierem Romanam refert D. *Joh. Guil. Riva Ephem. Nat. Curios. Dec. I. A. I. Obs. XLV. pag. 119.* quo elapso diversis vicibus *Skeleton Farûs* partitim exclusit. Majorem vero adhuc meretur commiserationem

rationem *Mulier*, cujus meminit *B. Dn. D. Georg. Hanneus M. N. C. Dec. II. A. V. Obs. CLXXIV. pag. 352. sqq.* quæ ultra septennium ejusmodi *Skeleton*, suis palpatum in utero manibus, gestavit. Tyrannidem *Mezentii*, inquit idem, *l. c. p. 353.* detestamur merito, quæ viva demortuis alligabat corpora, quo lentius extinguerentur atque crudelius. Sed vicit longe istam truculentiam fors hujus mulierculæ asperrimam; cujus viscera, propriæ sobolis non modo mortis, sed & tumuli perpetui conscia. Habet tamen quo gloriatur hoc sepulchrum, & vel Mausoléo se præferat, quod dum proli se substernens defunctæ, exciperet tubum profluum (incertum, imo dubium, per quas iterum vias rejectum) Matrem ad umbras non amandaverit una viventium ereptam cœtui &c. Idem fere fatum experta est illa vacca apud *Thom. Bartholin. Cent. II. Hist. Anat. II. pag. 173.* in cujus utero reperiuntur *Vituli skeleton*, carne dubio procul, ut addit, absumpta vel per putredinem, aut per vulvæ calidioris exsiccationem. Idem ille *Fœtus in utero exsiccati* mentionem facit *l. c. Cent. I. Hist. XII. pag. 25.* Possè vero *fœtum* jam verè *mortuum* per longius temporis spatium in corpore materno asservari citra putredinem, æq; atq; fructus horari, in liquoribus quibusdam, integri planeque incorrupti asservantur diutissimè, haud vanè credit *Anton. Deusing. de Fœtu Mussipontano §. 113.* apud *Laurent. Straussiam sect. 4. pag. 154.* conf. *Excell. Dn. D. Luc. Schröck. M. N. C. Dec. I. A. IX. & X. pag. 354.*

Hac occasione non possumus taciti præterire in *Catalogo Francofurtensi*, qui nuperrime lucem adspexit, deprehendi librum nondum publicatum, qui hoc modo inscribitur:

D. Christiani Korcholti Pro-Canc. & Prof. Prim. Kiloniensis Apparatus ad studium Theologicum, in quo I. de Compendiis Theolog. & lectione Bibliorum cursoria II. de accuratiori tractatione rr. Theologicarum deque motis à variis sectis religionis controversiis III. de studio exegetico IV. de Theologia Morali V. de Hist. Eccl. denique de Conciliis agitur in 8. Ffurti.

Cum itaque Heredes dedita industria id agant, omnesque machinas intendant, ut conatu hoc valde illicito atque illiberali Libra-

riis Francofurtensibus vel aliis beneficio Magistratus plane interdicitur; quod quædam manu pie defuncti Kortholti exarata scripta foras prodire prorsus atque omnino nolint, nonnulla autem maxima adhibita cura publici facere juris in animum ipsi induxerint; id hoc loco significandum existimamus.

PLOENÆ.

Obiit nuper *Daniel Granovius*, Templi ibidem primarii Pastor, cujus vitæ rationes B. L. hic legendas jamjam exponimus. Editus est in lucem *Plœne* A. 1638. die, qui *Andree* in fastis sacer est, Patre *Johanne*, per XLV. annos ibidem Ecclesiaste, Matre *Catharina Blanckenbilia*. Avum habuit *Johannem Granovium*, per XX. annos Ecclesiast. Cathedr. Slesvicens. postea per æquè longum spatium Westensees Pastorem. Jactis in schola patria sub manu ductione *Simonis Chelii*, t. t. Præceptoris oppidani, postea Pastoris Eccles. *Wesenburg*. fundamentis missus fuit ad Lyceum *Lubecense*, in quo docentibus tum temporis Præceptoribus *M. Sebast. Mejero*, *M. Henr. Bangerio*, & *J. Polzio*, industriam suam integrum sexennium probavit. *Wittebergam* deinde studiorum suorum cynosuram elegit, ex qua vocatus Præceptor Oppidanus in Patria per lexennium commissio officio scholastico præfuit. A. 1668. ipso *Andree* die, quo ante XXX. annos lucem aspexerat, Patri emerito adjunctus fuit, quo A. 1674. die 6. Julii defuncto, eidem in officio successit. A. 1671. d. 23. Octob. desponsata ei fuit *Dorothea* de *Acken*, ex qua suscepit 4. filios, ex quibus duo adhuc superstites. De mortua verò A. 1676. hac sua conjuge ad secundas processit nuptias, easque cum *Margaretha Lucia*, *M. Joach. Zwergii*, Pastoris Cappel. filia, celebravit, quæ cum Patrem sex liberorum fecit, quorum duo obierunt, ex quatuor verò superstitibus duo filii *Job. Adolphus* & *Adolphus Augustus* studiis sese manciparunt. Sed fatorum ordine sic jubente, A. 1704. d. 14. *Augusti*, thalamum cum tumultu mutare fuit coactus, postquam LXVI. annos nondum explevisset, annos verò XXXVI. sacro officio præfuisset. Concionem funebrem ex Dan. XII. 13 habuit *Joachimus Schmidt*, Concionator Aulicus.

LUBECÆ

LUBECÆ.

Haud ita pridem lucem publicam aspexit Schediasma Historicum, quod Principum deprædicat virtutes, atque ad Historiam Græcæ Literaturæ pertinet, hoc modo insignitum.

Georgi Henrici Gatz I D. Superint. Lubecensis, Princeps Græcè Doctus, Juventuti Scholasticæ, in Phrontisterio Lubecensi Literas Græcas discenti, commendatus. Accesserunt Jo. Conradi Dieterici duo Programmata, quibus Restaurationem Græcarum Literarum, Auspiciis Jo. Reichlini, Martini Crusii, Mich. Neandri & Laurentii Rhodomanni, olim factam descripsit, ut & Jo. Zwingeri Oratio Inauguralis, de Barbarie Superiorum aliquot Seculorum, orta ex Lupina Linguæ Græcæ Ignoracione. (Lipsiæ Sumtibus Christ. Emmerrichii, pl. 17. in 4.)

Postquam enim Autor hujus Scripti *Principes Hebraicè Doctos* peculiari Scripto, *Lipsiæ Anno 1701*, evulgato, complexus est, talem, quam incepit, pertendendam esse ratus est, hinc de *Principibus Græcè Doctis* quædam commentari in animum induxit, ita tamen, ut nonnullos Hebræa Literatura conspicuos, ac post editum prius scriptum observatos, primum notaret. Laudat ergo *Antonium Würtenbergensem, Jacobum I. Angliæ Regem, Ejusque Nepotem, Carolum Ludovicum, atque Philippum, Hassiæ Landgravium, Quibus nunc addimus Ducem Saxo-Gothanum, Jo. Frid. II. (de quo Jo. Sebast. Müllerus in Annal. Saxon. p. 98. refert, quod anno XIII. æt. Torgaviæ in Augusto Principum Confessu Orationem eleganter conscriptam de officio pii Principis recitaverit) quippe cui, teste Pfefferkornio in Chron. Thuring. p. 181. integrum fuit Biblia S. Vet. Test. in lingua originali legere. Quibus præmissis accedit ad Imperatores Græcè doctos, interque eos refert Octavianum Augustum, Tiberium Neronem, Tiberium Claudium, Neronem Claudium, Tit. Flavium Vespasianum, Ejusque Filium, Ælium Hadrianum, M. Antonium Philosophum, (de cujus scriptis p. 9. quædam adduntur) Severum Imperatorem, Clodium Albium, Alexandrum Severum,*

Maximinum Juniozem, Constantinum M. Julianum Imperatorem, Carolum M. Ottonem II. & III. Fridericum II. Num verò *Carolus V.* inter hosce Imperatores locum obtinere queat, Autor noster p. 52. valde dubitat. Illis verò, qui Græcas literas promoverunt, ejusque rei ergò magnam nominis famam adepti sunt, adjungit *Sigismundum Imperat. & Maximilianum I.* Ad Reges spectant *Mithridates, Ptolomæus, Rex Ægypti, Mathias Corvinus, Franciscus I. Rex Galliarum, Henricus IIX. Anglus. Eduardus VI. Carolus, Rex Navarrae.* Quibus subjungit Principes, tum literarum harum peritos, tum quosque earum Patronos, ut *Philippum, Electorem Palatinum, Georgium Anhaltinum, Mauritium, Hassum, Hermannum Contractum, Jo. Picum Mirandulanum, Henricum Julium, Duc. Brunsvic. & Lunab.* Ejusque Filium, *Fridericum Huldéricum,* (ubi de ejus Ephoro, *Ad. Crusio de Borsfelda p. 24.* refertur, quod ætate vergente Græcas Literas addicere non erubuerit) ac *Gustavum Adolphum, Meclenburg.* Ducem, quem literarum harum (addimus & *Hebraicarum*) dulcedo insigniter cepit, adeò ut non solum eas didicerit, sed etiam optimos Scriptores, hoc doctrinæ genus valdè illustrantes, *Bibliothecæ suæ, quæ Gustrovii est, inseri curaverit.* Et sanè meretur illa Bibliotheca adiri, quippe quæ *Volumina* varia Græciam amantibus offerre, atque insimul fata sua, quibuscum post præmaturum Principis sui obitum, qui contigit *Anno 1695. d. 26. Oct.* colluctari habet necesse, coram exponere poterit. Sed hac occasione Libellum illum *Hymnorum,* ab Optimo hoc principe confectorum, post Ejus mortem ab illustrissima Vidua, *Magdalena Sibylla,* publicatum, & ob paucitatem Exemplariorum multis non adeo cognitum, visumque adducere, atque sic Eruditis notum facere decrevimus. Ejus vero titulus sic se habet;

Geist

Geistliche Reim-Gedichte deren Hundert Heroische und hundert Gesänge/ nebst einem Anhange von allerhand Deutsch- und Lateinischen Betrachtungen.

Gedruckt Büstrov 1699. durch Johann Lembecken / Fürstl.

Mecklenburgischen Hof-Buchdrucker.


(3. Alph. 15. pl. 4to.)

Præfationem, varia eruditione refertam, hisce *Hymnis ac Meditationibus* præmisit *D. Jo. Fechtius*, Theologus Rostochiensium inclutus, è qua nonnulla, quæ ad promeritam Principis hujus desideratissimi laudem spectant, excerpere, hæud erit dividia. Unser Herzog *Gustav Adolph*, der seinen Nahmen nicht weniger auch von einem grossen Welt-Monarchen und allgemeinen Erwerber des unschätzbaren Religions-Freyheit in unsern teutschen Landen bekommen/ hatte sich in denen 40. Jahren/ da Er der Regierung der Mecklenburgischen Lande vorgestanden so wohl wegen kluger/ gerechter und glücksseel. Beherrschung derselben/ als wegen übriger/ unter denen grossen Regenten des Röm. Reichs zu des allgemeinen Vater-Landes aufnehmen geführter Conduite, einen unsterblichen Ruhm in der Welt gemacht. Jedermann mußte diesen Herrn / der zumahlen durch ein ganz rares Exempel seine Studia auf einen hohen Gipfel allerhand Wissenschaften/ in Sprachen und Disciplinen gebracht / und unter die gelehrtesten Prinzen der Welt nicht unbillig gezehlet worden/ hoch admiriren und werth schätzen. Es waren ihm an grosser Welt-Klugheit / an genauer Erkänniß Gött- und Weltlicher Sachen / an exemplarisch Fürstl. Leben / an erworbenener Autorität und Ansehen bey denen Häuptern des Reichs / an allen grossen Fürsten Tugenden / sehr wenig in unsern teutschen Landen gleich. Diejenige/ die diesen unvergleichlichen Herrn nur gesehen/ oder in etwas mit ihm umbzugehen die Gelegenheit gehabt haben/ wissen/dagß dieser Lob- Spruch noch weit unter dessen Meriten bestehe. Deinde de *Hymnis & Meditationibus*, quas ad modum antiquæ Ecclesiæ, phalerata scilicet respuentis dicta, concepit, ita disserit: Nach der alt-Ehrlichen Weise sind auch

eingerichtet die Lateinische Odae über etliche Evangelia / wie nicht we-
 niger die Confessiones und Meditationes Sacrae. Man muß darin-
 nen kein Ciceronianisch und Heinlianisch Latein, viel weniger die
 sonst gewöhnliche Quantität der Sylben / am allerwenigsten hoch-
 trabende Redens-Arten / künstliche Dispositiones, oder dergleichen welt-
 liche Zierarhen suchen / mit welchen etwa hiebevör die Heyden ihre
 Orationes ausgeschmücket haben / und welche einige Christliche Oratores,
 wenn sie meinen die Sache gar gut zumachen / nach zu ahmen pflegen.
 Es seind dieselbige vielmehr Christliche / anmuthige / artige Imitationes
 antiquorum, Nachartungen der Alten. Wer derer alten Väter
 Homilien gelesen / der wird bald mercken / daß der hochseel. Herzog
 ihren feurigen Eifer / ihre brennende Liebe / gegen ihren Herrn Jesum
 an den Tag zugeben / ihre reine Devotion und Andacht / ihre Gedan-
 cken mit lauter heiligen Worten auszusprechen / ihre heisse Begierde /
 sich von aller weltlichen Vanität und Heydnischen vernünftigen Reden
 Menschlicher Weisheit und Wohlredenheit zuentfernen / nachar-
 ten und ausdrücken wollen. Man muß die Sache selbst ansehen /
 und das Hertz / das da redet. Et iterum: Wer die Lateinische Be-
 trachtungen / Sünden-Bekänntnissen / Dancksagungen / Gebet / und derg-
 gleichen liest / der solle sich gar nicht einbilden / als ob er etwas von
 Ciceronianischen Orationibus antreffen wolle: Der hochseel. Autor
 war viel zu Christlich / als daß er die Heil. Sachen / von welchen er
 schreiben wollte / mit Heydnischen Erfindungen und Redens-Arten an
 den Tag geben sollte. Es mußte entweder aus der Heil. Schrift ge-
 nommen und mit des Heil. Geistes Redens-Arten entworffen / oder
 doch nach derjenigen Art eingerichtet seyn / wie die fromme Lehrer der
 Kirchen hiebevör Göttliche Sachen ausgesprochen haben. Summa/
 es mußte nach der alten Kirchen / nach der alten Devotion und Heilig-
 keit riechen. Diese nahm er sich vor zu imitiren / nicht aber die Hey-
 den / als welche er wußte / daß sie Gott dem Herrn so unangenehm
 und verhaßt gewesen / daß er auch kaum ihren Nahmen hat nennen hö-
 ren können. Wer Augustini Confessiones, Chrysolstomi Homi-
 lias und andere alte Sachen gelesen / der wird bald mercken / was
 der hochseel. Herzog hat nachahmen wollen. Und in Wahrheit der
Herr hat es also getroffen / daß es ohne sonderbare Bewegung des

Gemüthes nicht gelesen werden fan. Sed hæc *αἰς ἐν παροῶν*. Nunc ad reliquos properantes, adducimus *Antonium Güntherum*, *Comitem Schwarzburgium*, quem Autor ad Græcè peritis refert, eò quod Nummos Græcos dignoscere, deque iis prudenter judicare valeat, quâ occasione de Viris Eruditis, Rei Nummariæ peritis, quæ *Arnstadii* vixerunt hætenus, p. 25. agitur. Adduntur deniq; *Job. Cameraarius Dalburgius*, *Jo. Adolphus*, *Fridericus IV. Laurentius de Medices*, *Mapheus*, & *Barberina Familia oriundo*, *Job. Galeacius II. Mediolanensis*, *Franciscus*, *Neapolitanus*, *Fridericus Cardinalis Borromeus*, *Marcus Antonius Justinianus*, Venetorum Dux, annexo voto, ut Scriptores, qui res gestas Principum literis consecrarunt, majori diligentia annotassent peritiam literarum, qua Principes inclauerunt, quò eò accuratior Principum Græcè Doctorum notitia haberi posset. Subjecit deinde quosdam è Nobilium magnæque dignationis Virorum numero, utpote *Gustavum ab Helmsfeld* (cujus Vitæ curriculum è *Lipeniana* Dissertatione exhibetur, notatis Scriptoribus quibusdam, qui de *Doctis præcocibus* nonnulla literis mandarunt) *Ottoneum Wilhelmum Königsmarckium*, *Henricum Savilium*, Operum *Chryssostomi* Editorem, *Cæsarem à Breitenbach*, *Georg. Dieter. Pflugium*, *Bernh. Zieglerum*, *Hieronimum Wellerum*, *Julium Pflugium*, *Albertum Krakevitzum*, nec non ex Historia antiqua, *L. Cornelium Syllam*, *Pomponium Atticum*, *Hannibalem* aliosque. Inter Principes sequioris sexus locum suum tuentur *Zenobia*, *Palmyrenorum Regina*, *Cleopatra*, *Ægypti Regina*, *Claudia*, 2. *Tim. IV. 21. Istrina*, *Scytharum Regina*, *Helena*, *Amalafuntha*, *Pulcheria*, *Hedvigis*, *Johanna Graja*, *Maria*, & *Elisabetha* quas Anglia olim suspexit. Et *Elisabetham* hæcè delicias valdè amasse, ex eo colligi potest, quod *Theod. Beza*, *Eccles. Genevensis Minister*, *Annotationes* suas in *N. T.* Eidem consecrare haud dubitaverit. De *Christina* verò *Sueciæ Regina*, cujus §. 62. mentio injicitur, notari merentur, quæ *Jo. Christ. L. Baro de Boineburg* in *Epistol. ad Jo. Cunrad. Dietericum* exaratis, & nuper admodum *Viri doctiss. Rud. Martini Meelführeri* Operâ publicatis, p. 70. sq. consignavit. *Non ambigo, fore, ut Græca tua apud Max. Virginem* sint grata futura, quippe cum illa supra modum diligat, eisque non parum opera, jam tum impendere sit solita, ego quum essem *Holmiæ*. *Prodigia rerum in audio de industria ejus, quam collocat in cultu & per-*

tractatione bellissimarum literarum. Laccenius, Freinshemius, Boeclerus, quanta, amabo Te, nomina. Iu per Reginam bene est, ut ne quidem melius cuiquam sui ordinis alibi fortean esse possit. Rarum utpote quid, & singulis annorum centuriis, velut ortus phoenicis, tribui meretur tam insignis adeò potentis anima erga literas eorumque amantes propensio. Succedunt Anna, Ferrarientium Principis Filia, Elisabetha Palatina, aliæque illustres Foeminæ, annexa quæstione illa: Num Principi liceat græcas discere literas. Quæ, si ingenium adsit docile, neque Reipublicæ afferatur detrimentum, affirmatur. Varia deinde adducuntur monita atque Exempla, linguam hanc ab aliis, sive rerum sacrarum sive Juris prudentiæ sive Medicinæ addictis studio, esse addiscendam P. 47. de Vito Wolfrumio, Superint. Cygeo, notatur, quod senectute appropinquante Arabicam linguam sibi reddiderit familiarem, inque ea haud poenitendos fecerit progressus. P. 53. Rud. Burenneus, Civ. Kil. Consul. & Casp. Zieglerus, Ictus Wittenb. ob linguæ Græcæ peritiam laudantur. P. 54. de Peregrinationibus Literariis ob Græcarum literarum Studia agitur. P. 58. & 59. Dieterici & Zwingeri Scripta quædam enumerantur, adjectis binis Programmatibus à Dieterico elaboratis, atque Historiam Græcarum Literarum mirum in modum illustrantibus, ut & Zwingeriana Oratione de Barbarie Superiorum temporum, ex contemptu harum literarum profecta. Præter duo illa Programmata Dieterici eruditissimi, cui Græcia, haud diffitente Eruditorum choro, multum debet, Historiæ Græcæ Literaturæ inserviunt eruditæ Observationes, quas Dan. Fidlerus in Dissert. de Græcarum & Latinarum Literarum in Misnia Instauratoribus, Præside D. Joh. Burcardo Menckenio, PP. in Acad. Lips. Anno 1701. (pag 3½.) exhibuit, Eis deinde addi meretur Dissertatio (eaque prima) valde elegans M. Christiani Frider. Berneri, (Magni illius Theologi, D. Martini Geieri, Nepotis) de Altera Migratione Literarum Græcarum à Græcia in Italiam, s. de Græcis, qui seculo XIV. ab Imperii Constantinopolitani interitu fatali suas iterum literas in Italiam intulerunt. (pag 4½.) Cuius Summam legere licet in Nov. Lit. German. T. II. p. 175.



NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis NOVEMBRIS. A. M DCC IV.

ROSTOCHII.

Die III. Septembr. Præf. Casp. Matthæo Mullero,
J. U. D. ac Instit. Imperial. Prof. Ducal. Joh. Christiano Pe-
tersen/ Rost. Disp. Circul. Jurid. publicæ ventilationi sub-
misit; de *Osculo Nocivo*, vulgò vom schädlichen Kusse/ (pl. 6.)

Disputatio hæc III. absolvitur Capp. quorum I. generalia ad
explicationem rubri facientia pertractat, cujus summa hæc, sc:
osculum unde dicatur num. 1. quos modis accipiatur. n. 2. quid
sit? n. 3. manuum frequentissimum esse in Augurat. Reg. 4. Oscu-
lum propriè non esse: Wenn einer der Jungfer einen Kuß zuwirft.
n. 5. nec quod per literas transmittitur. n. 6. quomodo applica-
tio oris in osculo ritè fiat? n. 7. osculum in se nihil mali continet.
n. 8. ex affectu dantis esse vel bonum vel malum. n. 9. quod
exemplis demonstratur 10. & 11. licitum esse reconciliatorium,
12. valedictorium, 13. conjugale, 14. an verò inter desponsatos?
disquiritur. 15. aliquando excitare libidinem, 16. quid libidinosum.
Vocab. Nocivum unde dicatur. 18. Oscul. nocivum esse vel mo-
raliter, 19. vel physicè, 20. cui opponitur proficuum Comit. de Hab-
sburg vitia linguæ osculo sanantium, 21. vel juridicè 22. II. agit
de *Osculo Danti Nocivo*, cujus potiora contenta hæc sunt: Nego-
tium n. matrimoniale ad causas referri, n. 1. parentum consensum
ad nuptias requiri n. 2. nec liberos invitos in matrimonium de-
trudendos esse, 3. sed eorum requiri consensum, 4. etiamsi sit ta-
citus 5. an ex osculo præsumatur consensus & promissio matri-
monii, 6. quod ex circumstantiis dijudicatur, 7. extenduntur hæc

ad oscula improprie dicta, 8. an idem, si per literas oscula transmittantur, 9. ex sola appellatione sponsæ non probari sponsalia, 10. quænam sponsalia de præsentî, 11. ab impuberibus contracta esse conditionata, 12. an si osculum post pubertatem intervenerit, censeantur sponsalia impuberum approbata, 13. conditionem sponsalibus adjectam per concubitum censi remissam, 14. etiamsi concumbens in contrarium protestatus sit, 15. non purificari tamen sponsalia per osculum, 16. cum nec nîsus ad hoc sufficiat. 17. Sponsalitiæ largitatem, non secuto matrimonio, pro parte dimidia lucrari sponsam, si osculum intervenerit, 18. sq. ante sponsalia donata non revocari, 20. quæ sponsa sponso donat, matrimonio non secuto recipere, licet osculum intervenerit, 21. sq. an etiam sponsa eorum, quæ sponsi mater sponsæ misit, dimidiam partem propter osculum lucretur, 23. in quibus casibus medietatem illorum, quæ sponsus sponsæ donavit, hæc non lucretur 24. quid obtineat, si sponsalia propter impedimentum sint nulla, 25. nil lucretur lasciva, 26. & putativa virgo. 27. n. 28. sqq. an osculum sit factum injuriosum? virginem invitam osculantem injuriarum teneri? 33. an poena capitis affici possit? 34. an injuriarum agere possit, quæ consentiens osculum passia? 35. an injuriarum teneatur, qui per jocum osculum dedit? 36. sq. mitigari poenam illi, qui ex nimio amore virginem osculatur, 38. an poenam incurrat, qui meretricia veste indutam osculatur? 39. quid de tabernæ ministra? 40. an virgo possit occidere osculum inferre volentem? 41. l. daturò alapam infligere? 42. ex osculi datione præsumi injuriam remissam, 43. nisi post intentatam injuriarum actionem osculum fixum, 44. aut honestatis causa datum, 45. n. 46. sqq. Quid de osculo Vasalli? 57. an osculum præbeat suspicionem Sodomix? III. denique de explanando *Osculo accipientinocivo* occupatum est, hinc sequentia profert argumenta: Adulterium esse delictum difficilis probationis, n. 1. sq. nec probari exinde, quod adulterantes membrum in membro habere vili sint, n. 3. sq. an ex osculo præsumatur adulterium? 5. an osculum sufficiens indicium ad inquisitionem, 6. ad eam solam denunciationem, læsi, 7. aut diffamationem sufficere, 8. adulterium præsumi, si quis reperiat in domo alicujus formosæ mulieris

eris. 9. Torturam sine indicii susceptam esse nullam, 10. indicia quotuplicia. 11. sqq. osculum in adulterio non præbere indicium necessarium ad torturam. 14. sq. Poena osculi quotuplex? 16. propter osculum ad capitis poenam deveniri non posse, 17. poenam adulterii mitigari illi, qui cum aliena uxore meretricio more vivente rem habuit, 18. sqq. nec non illi, qui cum ea, quæ osculum ab alio jam ante passa est, rem habuit, 20. propter osculum ad matrimonii dissolutionem agi posse, 21. sq. an uxor ob illud dotem amittat, 23. ob adulterium uxoris agere nequire maritum, si illi delictum remiserit, 24. sqq. posse maritum uxorem, pater filiam in adulterio deprehensam privata autoritate occidere. 30. sqq. an virgo legatum sub conditione, si pudice vixerit, sibi relictum, amittat, si osculum patiat, 34.

D. XVI. Ejusd. *Henr. Ascanius Engelke* Phil. & SS. Th. D. hujusque PP. Relp. *Francisco Martini*, Femar. Holfat. Dissertationum Theolog. quæ *B. Schomeri Collegium Anti-Socinianum* sistunt, *Sextam*, exhibentem Cap. IX. de *Peccato*, & X. de *Libreo Arbitrio*, proposuit. (plag. 2 $\frac{1}{2}$.)

D. XXV. Ejusd. *Zacharias Grapius*, SS. Th. Doctor, & hætenus supra quinquennium Phyl. & Metaphys. Prof. Ord. & ad S. Jac. Archidiaconus auspiciatus est Professionem Theol. Ordinar. ab ampliss. Senat. Rostoch. sibi concreditam, quam *D. Franciscus Wolffius* discessu suo Hamburgensi vacuam reliquit, habita Oratione solenni de *intempestivis Theologia Exegetica Reformatorebus recentiori atate ortis*. Insinuavit actum Introductionis publ. Programme Acad. Pro-Rector, *Joh. Fechtius*, S. Th. D. & PP. (plag. 1. form. pat.)

D. XXIX. Ejusd. *D. Jo. Fechtius* in Michaëlis Archangeli Festo Prog. publ. Bonorum Angelorum cum dæmonibus commissa in hominum salutem Prælia, ad pietatem Deo pro tanto beneficio præstandam, Civibus Academicis commendavit. (pl. 1 $\frac{1}{2}$.)

D. IV. Octobr. Præsidi *M. Franc. Alb. Apino*, Autor Resp. *Bernhardus Raupach*, Tundera-Cimber, Dissert. publ. *Lingua Saxonica inferioris neglectum atque contemptum injustum*, die unbillige Verachtung der Plattdeutschen Sprache vindicavit. (pl. 9 $\frac{1}{2}$.)

Premisso præloquio, quod nullam planè gentem reperiri dicit, quæ non vernaculam suam linguam, in qua nata & educata, amet, aliis præponat, ac ad perfectionis quandam ἀκμὴν deducere allaboret, & vocis linguæ ὀνομασολογία §. 1. evoluta, statim §. 2. quem sibi proposuit vindicandum linguæ inferioris Saxonix neglectum & contemptum exponit, atque §. 3. tum variorum linguarum v. g. Græcæ, Lat. §. 4. Gallicæ, Ital. §. 5. Misnicæ, tum hujus quoque mutationes §. 6. ostendit; in cujus posterioris causas inquisiturus §. 7. decursum temporum conjunctum §. 8. cum studio novitatis, §. 9. coloniarum & populorum confusionem §. 10. commercium Mercatorum & Studiosorum cum civibus super. Germaniæ, & §. 11. præconceptam alterius linguæ elegantiam affert. Evincturus deinde §. 12. quàm nullo rationum pondere sese Sax. inferioris incolæ convictos esse confiteri necesse habeant, Misnicam vernacula sua esse præstantiorem, ut id propter maternam suam potius præ illa adamare teneantur, primò hoc sibi concedi cupit, nullam sc. reperiri gentem, quam suæ pudeat linguæ, secundò §. 13. Scriptorum editorum ante inventam Misnicam conformitatem & harmonicam consonantiam, quâ Misnica gloriari nequeat, laudat. postmodum §. 14. Sax. Linguæ antiquitatem commendat, & multa vocabula primitiva reperiri in eadem asserit, à quibus Misnicæ plurimæ derivantur voces, imò Misnicam valdè degenerasse ab antiqua simplicitate, id quod exemplis illustrat. §. 15. Simplicitatem ejus; §. 16. puritatem, §. 17. prononciationem claram & distinctam, §. 18. gravitatem, & elegantiam deprædicat, & §. 19. si vel maximè modò dictis prærogativis destitueretur, non tñ. eam negligendam esse in his terris censet, quoniam hancce simpliciores homines præ Misnica melius intelligant. Hinc §. 20. necessariam linguarum Ecclesiæ Ministros inter & Auditores harmoniam urget, atque §. 21. versionem Bibliorum Saxoniam præ Misnica Saxonibus inferioribus esse commendandam suadet, utpote quam simpliciores facilius intellegere valeant, quamque Autor etiam, ut exemplis demonstrat, in nonnullis locis Text. Orig. majori convenientia & emphasi præ Misnica exprimere se deprehendisse dicit. Idemque §. 22. de Libris Precationum & Hymnorum monet,

net, atque §. 23. pro non neligenda hac lingua etiam illud argumentum affert, quod utilissimi tam sacri quam profani in eadem editi prostant libri. Quibus prolatis §. 24. quasdam objectiones, quæ formari poterant, diluit, v. g. parum disconvenientiæ reperiri hæc inter linguas: cui ignota vocabula in utraq; lingua opponit. Rusticitatem hujus Linguae §. 25. objicientibus, & Misnica suavitatem prætendentibus §. 26. respondent. §. 27. Ad eorum objectionem quædam reponit, qui solos se Saxonice non posse loqui rentur, cum politiores in solemnioribus conventibus Misnica utantur lingua. Epilogus denique §. 28. hujus linguæ neglectum, utpote incolis turpem, inhonestum & damnosum dissuadet.

SEDINI.

Auspiciatus est haud ita pridem *Johannes Golitz* Diaconi Nicolait. munus, cujus vitæ cursus sic se habet:

Natus est Anno 1677. d. 24. Augusti Sedini, Patre *Johanne*, Stannario, Matre *Anna Hogen*, inter tonitrua & fulmina mortariorum & armorum urbem cingentium strepitus. Ephebis egressus, in schola paterna adolevit sub manu ductione *M. Georg. Weblingii*, Rect. Bono inde voto dimissus, Gymnasio Regio Ao. 1695. nomen dedit, usus in Philosophia & Theologia Doctore & Ductore *Job. Georg. Rösfero*, cujus nutu etiam Anno 1697. Musas Rostochiens. adiit, ubi nostri ævi summum Gamalielelem *Jo. Fechtium* & pereruditum Virum, *D. Zach. Grapium*, audivit. Biennio ibi exacto, Regiomontum ipsum invitavit, ubi *D. Godofr. Wegnerum*, *D. Pesarovium* & *Bockium* in Rabbincis secutus est. Cum per quinquennium ferè ibi delitisset, præter spem ad Diaconatum Nicolaitanum Sedinum, quem olim *Philippus Palovius* vestiverat, vocatus & à *D. Joh. Frid. Mayero*, Pro-Cancellario & Superint. Generali Pomer. fuit ordinatus.

GRYPHISWALDIÆ.

D. XVII. Jun. Natalem *Caroli XII.* Suecorum Monarchæ *Conr. Friedlieb. de Friedensberg*, Jctus Equ. Pomer. S. R. Maj. Suec. Justitiæ Consiliarius & Prof. Honorat. Inscriptione quadam Lat. celebravit. (plag. 3. in fol.)

D. XXIV Junii Pro obtinendo in Theologia Baccalaureatu; Præf. *D. Jo. Frid. Mayero*, FCTis Theol. h. t. Decano, Disputationem Inauguralem, de *Sacrificio quotidiano agno matutino & vespertino* habuit *M. Nicolaus Köppen*, FCTis Philosoph. Adjunctus (pl. 6.) Demonstraturus verò illud ex *Exod. XXIX. 38, 42. & Num. XXVIII. 3. 8. §. 3.* ejus Nomen עלה תמיד §. 4. originem, quæ ex institutione divina arcesitur, §. 5. Genus קרב §. 6. Materiam, agnos anniculos duos, quorum *B. Frantzius* computatione facta intra mille annos pro sacrificio quotidiano 730000. oblatos, uno verò *Paschate* *Josephus* 255600. mactatos numerat, §. 7. Efficientem, s. eum, qui sacrificat, Sacerdotem sc. §. 8. Terminum s. eum cui sacrificatur, nempe DEO triuni, §. 9. Locum *tum* generalem, qui erat ostium s. atrium tentorii conventus, *tum* specialem, qui erat altare holocaustorum. §. 12. sqq. Tempus l. generale ad utrumque agnum, l. speciate ad singulos agnos spectans, de quo posteriori varia Philologica habet. §. 15. Formam s. Actus sacrificiales, sc. 1. adductionem & ligationem, 2. manuum impositionem, 3. mactationem, 4. spansionem sanguinis, 6. intestinorum & crurum lotionem 7. partium dissectarum super ligna altaris dispositionem, 8. impositarum partium incensionem, applicatione facta insimul ad Antitypum Christum, quem hi actus respexerunt. §. 16. sqq. Adjuncta, Mincham & libamen, §. 19. Finem, odorem qui etis *Jehovah*, §. 20. durationem, in generationes, exhibet, addito in fine Epigramate ad §. 4.

D. III. Julii sub Eiusdem *D. J. F. Mayeri PP.* Præsidio *Christianus Zickermannus*, *Wollinens.* *Pomer. Eclogam Evangelicam* ad *Evang. in Festo Visitationis Mariæ Luc. I. 39. sqq.* defendit. (plag. 2½.)

Proponuntur in ea nonnullæ *Quæstiones*, nimirum *Qu. I.* Utrum exultatio *Johannis* in utero matris suæ fuerit naturalis. *Neg. Qu. II.* Utrum *Maria* ad *Elisabetham* invisens comitem secum adduxerit *Josephum*? *Neg. Qu. III.* Quot festa *Mariæ* *Ecclesia Græca & Pontificia* hodiè celebret? *Resp.* *Græca* quinque, *Romana* autem Septem. *Qu. IV.* Quas *Mariæ* Reliquias *Pontificii* recensent? *XXXII.* diversis in locis asservatas recenset.

D. XX. Ejusd. Christianus Saalbach / *Poet. ac Orat. Prof. ad Ora-*

Orationem Lat. de *Subsidio Pecunia, quæ Stipendia vocant, ad Deo gloriam, & Rei literaria utilitatem testamento ordinatis*, in memoriam *Alberti de Wakenitz, Equitis, J.Ci & Consiliar. Provinc. cit. Pomer. à Georg. Pagencopio, Stralesf. recitatam* invitavit *Tabula publ. (pl. 1.)*

D. XXIII. Ejusd. sub paulò ante nominati D. Mayeri, PP. Præsidio M. Mich. Frid. Quade, Zach. Pom. Thesium Theologicarum Penes eadem exposuit, cui in fine adjectus *Casus quidam Consistorialis, (pl. ½.)*

D. XXX. Ejusd. De Methodo disputandi per Syllogismos Thesium Decade disputavit *Præf. M. Justo Wesselo Rumpao, Guestph. S. Theol. Baccal. & Eccles. ad St. Jac, Sabbathico, Jo. Henr. Rehboom, Verdenfis. (plag. 1.)*

D. VI. Augusti Præsides M. Justo Wesselo Rumpao, modo nominato disseruit *Gerhardus Bertholdi, Wiltæda-Bremensf. de Etesis, vulgo von den kühlen Lüfftlein in Hundes-Tagen. (plag. 3½.)*

Præfatione, quæ argumenti difficultatem ostendit, præmissa §. 1. Etesiarum Etymologiam, §. 2. Definitionem, §. 3. Existentiam, §. 4. sqq. causas materiales. §. 10. divisionem & distinctionem, §. 11. tempus, quando spirare solent, generale, §. 12. speciale, diem, noctem, illisque horas, §. 13. durationem §. 14. sqq. locos, & §. 16. sqq. effectus indicat, tandem Epilogus Lectoris benevolam censuram expetit, & materiæ sterilitatem accusat, qua in parte consentientem habet M. Georg. Weissium, eandem materiam de Etesis Dissertatione publica Lips. 1659. Resp. Simone Titio, Frau- stadio-Polono, profecutum. (pl. 2.)

D. XX. Augusti. Sub Præsidio D. J. F. Mayeri, PP. Questionum Theolog. Quadrigam proposuit M. Laurentius Dav. Bollhagen. (pl. ½.)

Qu. I. hæc est: Utrum uni SS. Trinitatis personæ ob aliquod beneficium magis obstricti simus, præ altera? Resp. Neg. Qu. II. Utrum fas sit SS. Trinitatem pingere? Resp. Affirm. Qu. III. Utrum vocabulum Trinitatis rectè reddatur per Trinam Deitatem? Resp. Neg. Qu. IV. An rectè Trinitatis vocabulum reddatur per Drey Ewigkeit Neg. In fine conspicitur Casus Consistorialis.

D. XXVII. Ejusd. Eodem Præsido, Joh. Godofredus Bleccius, Sedinens. ex Præfatione B. Lutheri ad Catechismum Minorem, Decadem Thesium

Thesium exhibuit. (pl. $\frac{1}{2}$.) In cuius calce *Caſus Conſiſt.* deprehenditur.

D. XIII. Sept. D. Jo. Frid. Mayerus, PP. & Acad. Pro-Cancellarius, Reſp. *Jo. Erico Schulz*/Hohendorff. Pom. *B. Henr. Höpfneri* Diſſertationem de *Aſtibus Fidei juſtificantis*, quatenus illa juſtificat, ex tenebris iterum in uſus publicos protraxit, atque publicæ ventilationi expoſuit. (pl. 3.)

Diſſertationem hanc, quâ *B. Hæpfnerus* olim Anno 1640. in ſolemnibus Doctoralibus, cum axiomata conferret *L. Ananie Webero* tt. Prof. Lipſ. Theol. poſt *Vrariſlav*, Eccleſ. Præſuli, *L. Chriſtiano Groſſio*, tt. S. Theol. & Ebr. Linguae in Pædagogio Stettinenſi Prof. poſt *Pomeraniæ Brandenburg.* Superint. *L. Davidi Auerbachio*, Superint. *Bornenſi*, & *L. Jo. Höfero*, Superint. *Quedlinburgenſi*, (qui in Præſatione Mayeriana, huic Diſputationi præfixa, incuria Correctoris, qui ejus ductus aſſequi non potuit, apoſtata dicitur, cum tamen, ut Mayerus nos quoque monuit, ita fuiſſet imprimendum: quem à *Johanne Höfero*, *Neoſtadio Varifco*, *Chriſtophori Bulei* olim commilitone, infeliciffimo poſtmodum apoſtata, probè diſtinguas, utpote cujus *Hiſtoriam*, quam de ſua ad religionem Papiſticam defectione ad *Sereniſſ. Saxoniz Electorem* impotente & impudente animo perſcripſit laudatus *Bulaus*, *Kötzſchenbrodâ Miſnicus*, tt. Philoſ. Mag. & SS. Theol. in *Acad. Lipſ.* Studioſus Anno 1631. *Cenſura* publica plag. II $\frac{1}{2}$. exceperit,) concionem informare voluit, ſed tempore excluſus non potuit, *Jo. Bened. Carpzovius*, Mſtorum *Hoepfneri* anorum hæres, cum *Commentationes* in Pl. XCI. ederet, ſubjunct, *Mayerus* verò, quia, ut ipſe rectè judicavit, *omne pretium tranſcendit*, nec in omnium manibus verſatur, recudi fecit.

D. XVII. Ejusd. Sub ejuſdem *D. Jo. Frid. Mayeri*, PP. Præſidio *Jacobus Flint*, *Straleſ.* Pom. *Theſes* quasdam, ſ. *Diſſert.* I. de *Libris Symbolicis*, defendit, (plag. $\frac{1}{2}$. in 4to) quibus in calce adjectus *Caſus* quidam *Conſiſtor*.

D. XXIV. Ejusd. Sæpè nominatus *D. Jo. Frid. Mayer*, PP. *Conſiſtor.* Stud. *Juventuti* indixit. (pl. $\frac{1}{2}$.)

D. XXIX. Ejusd. S. ipſo *Angelorum feſto* *Reſtor Acad. Gryphisvvaldenſ.* *Theodor. Hornius*, Log. ac Pr. Philoſ. PP. *Colleg. Philoſ. Deca-*

Decanus Programmæ Lat. Angelorum præsidium Civibus Academicis commendatum ivit. (pl. 1.)

Eod. Die Finitis sacris vespertinis de *Angelis* una cum D. Lutheri Homiliis tribus de *Angelis* T. VIII. Opp. ed. Altenburgens. Præsidi D. J. F. Mayero, P. P. disseruit *Gabriel Hertel*, Sedin. Pom. (pl. 1/2.)

D. 1. Octob. Dissert. II, de *Libris Symbolicis* sub modò laudato Præsidi defendit *Daniel Polemann*, Wollin. Pom. (pl. 1/2) In cujus fine iterum apparet Casus Consistorialis.

REGIOMONTI.

D. II. Jun. M. *Michael Schreiber* Eloqu. & Histor. P. P. Bibliothec. Wallenrod. Respondente *Friderico Emanuele à Troben*, Nob. Bor. Disputationem habuit de *Eloquentia Legati* (5. Plag.)

In quâ I. Probavit Eloquentiam omninò requiri in Legato. Quò fine (1) adduxit aliquas rationes, velut (α) à Synonymia ejus, dicitur enim aliàs etiam Orator, item Leno, p. 3. (β) à figmento Poëtarum. qui Mercurium & Oratoriæ Præsidem & Deorum legatum faciunt, p. 4. (γ) ab officio Legati, cui multa sunt expedienda. (δ) à judicio sapientum, qui Legati munus demandare viris facundissimis. p. 5. (2) vindicavit hanc sententiam ab objectionibus, quarum prima est, quod in multorum Legatorum propositionibus nihil quod Oratorium sit, invenitur, quod aliquot inductionibus probatum dedit p. 7. & 8. Respondet per instantiam aliorum, p. 6. & seqq. item per concessionem ac limitationem, p. 7. ad 12. Aliam objectionem ex Varsevicio adducit, simul quoquè refutat eandem, p. 9. ad 13. II. Explicavit, quomodo hæc Legati Eloquentia comparata esse debeat, per re *ἀεσι*, p. 10. 15. & per *δέξι* (1) in genea, p. 10. - 16. (2) in specie (α) quoad inventionem (a) Thematis, p. 16. (b) argumentorum, & quidem (κ) eorum, quæ dicuntur rerum: Argumenta illa non esse debent falsa, p. 17. non critica & scholam redolentia, non ἀλόγια ibid. sed ita prout vim gravem, & qui Principis repræsentat personam, decet, p. 18. - 20. (3)

Tt

ἀδούρι:

Morum : hæc definiuntur in genere, p. 22. in specie quoad prudentiam p. 23. quoad virtutem p. 25. quoad benevolentiam, p. 27. (A) *Effectuum*, p. 28. (B) *quoad Dispositionem*, quæ probatur, quod requiratur, p. 30. qualis esse debeat, exponitur, ibid., additur aliquid de Dispositione Heroica, quod illa nulla sit (γ) *quoad Elocutionem* : ubi obiter agitur, qua lingua sit utendum, p. 31. qualis esse debeat Elocutio, inquiritur, ibid. & p. 32. (δ) *quoad actionem*, p. 33. (ε) *quoad prononciationem* : non esse debet hæsitans, p. 34. non alio vitio notabilis, sed integra, moderata, gravis &c. ibid. cum parrhesia & animositate conjuncta p. 37. (ζ) *quoad quantitatem in se spectatam*, p. 39.

D. IX. Ejusd. Programma funebre in exequiis *Christophori Mehlich* Senatoris Lœbnic. scripsit, cujus hoc est thema : *Der rechtschaffene Christophorus in der Person des Seligen abgebildet.*

D. XXIII. in die Tettaviano Orationem habuit, de *Manu DEI*, in ipso studiorum cursu, *hodogeta Academici*. Præmissio in Programmate invitatorio, quod manus Domini futuros Sapientiae Candidatos præparare debeat ad studia.

D. XI. Julii, in exoptatissimo Regis ac Domini sui Clementissimi, Domini FRIDERICI natalis recursu egit de Curâ DEI singulari circa *Regem* hunc pientissimum. In Programmate prævio egerat de fortunâ Principum.

Die XIV. Augusti *Christianus Walther* S. Theol. D. & Profess. Ordin. Disputationem priorem de *Precibus Judæorum Alenu Leschabbeach & Velammalschinim*, quarum hæc, jussu Sereniss. ac Potentiss. Regis Prussiæ, eis interdictæ, in illis verba blasphemata, Redemptorem nostrum concernentia, omittenda Respondente *Johanne Ludovicô Boye* Regiom. Prusô habuit, expendens verba ex Oratione Alenu Leschabbeach : illi incurvant se, & adorant vanitatem & inanitatem, & invocant eum, qui non salvabit, vel salvare non potest, variis rationibus probat per יהוה ודן tacite Salvatoris nostri latus à Judæis pungi, ejusquæ nomen gloriosum multum lædi : Argumentis à variis dissentientium Exceptionibus vindicatis, primum Judæorum proponit Argumentum, Josuam Filium Nun, autorem esse harum precum respondetque id solidè probari non posse, modosquæ loquendi hujus Eulogiæ ex Pro-

phetis Josuâ junioribus desumptos, eam ad tempora illa referri non posse, svadere. In Disputatione posteriori, quam die 2. Septembr. idem Respondens defendit, reliquis Adversariorum Argumentis discussis, ad celebrem illam Judæorum precationem vniçò בְּרַת הַמִּינִים Orationem contra hæreticos dictam, progreditur, inquit in Autorem ejus. docet inter alia, per מִינִים hæreticos Christianos & per מְלֻכּוֹת זָרִין Imperium Romanum Christianumquè Magistratum designari. Tandem Objectiones, quæ in contrarium afferri solent resolvuntur, adjectò pro conversione Judæorum votò calidissimò. Plag. 9½ in 4to.

Die XXVIII. Ejusd. horis ante & postmeridianis habuit Disputationem pro loco Professionis Extraordinaria Job Jac. Woyt Med. Doct. Respondente Claudio Passavant Basil. Helvet. de Dysenteria: In cuius §. 1. 2. 3. 4. & 5. Etymologiam atque definitionem mali hujus explicat, §. 6. & 7. tam proximiores quam remotiores causas enumerat, §. 8. Differentias tradit, §. 9. Signa diagnostica, quæ vel demonstrativa vel distinctiva & §. 10. Prognostica exponit, tandem §. 11. & seq. Curam aggreditur quam (1) in causarum ablatione & humorum peccantium correctione (2) in doloris mitigatione (3) in ulceris consolidatione & (4) in fluxus p. n. inhibitione consistere docet. Inter varia medicamenta, iis, qui ob teneram constitutionem aliamve rationem pulveres tolerare non possunt. Elixir alcalinum præcipitans, contra humorem acidum commendat ex Aloe succotr. ʒβ. Myrrh. elect. ʒiij Croc. Orient. ʒij cum v flor. acaciæ in qua cineres clavell. fuerint soluti, præparatum. §. 15. Externa huc conducibilia quoque adducit & denique §. 16. adjectò diætæ regimine facit disputationis finem. Corollaria etiam octo annectit:

1. Omnia Venena sunt alexipharmaca & cordialia.
2. Omnia Medicamenta sunt antifebrilia.
3. Cornu Cervi merito Panacea dicitur.
4. Cor nullo modo musculus dici potest.
5. In chylificationis Lactæ curatione, fundamentum totius praxis Medicæ consistit.
6. In Officinis pharmaceuticis multa superflua, multa inutilia, & hinc plura ad ornatum quam utilitatem asservantur.

7. In Prognosi formanda & existimatio famaue & contemptus Medici consistit.

8. Medicus non ex numero ægrotantium, sed reconvalescentium merito felix judicatur. 1½. plag. in 4to.

D. V. Septembr. sub Præf. David Staviniski U. J. D. & P. P. Respond. Andr. Lillenthal Lieb. Prus. Disput. habuit de Comminatione verbali illicita, quæ in Tria Capita est divisa.
3½. plag. in 4to.

CAP. I. Quod est de Comminationis Verbalis illicitæ definitione & divisione, derivatur comminatio à minis seu murorum pinnis, unde propugnatores hostium impetus arcent §. 1. Comminatio variis modis fieri dicitur verbis, vel factis, ut manuum vel armorum elevatione: lapidum positione &c. hæc tamen ab argumento Disputationis remouentur §. 2. Verbalis Comminatio quandoque licita esse dicitur, si fiat animo emendandi §. 3. Illicita describitur, quod sit denunciatio mali animo hostili facta §. 4. Hæc dividitur (1) in generalem & specialem (2) in leuem & atrociorẽ, (3) in simplicem & quæ incidit in diffidationem, cujus tria requisita recensentur §. 5. CAP. II. de Personis Comminationes V. J. efferentibus & patientibus. Generaliter dicitur, quod qui rationis usu destituuntur, ex minis non teneantur: Vinculis tamen quandoque constringendi sint, ne nocere queant §. 1. Qui vero sanam habent rationem, si eadem semper rectè uterentur, à comminatione sese temperarent. §. 2. Cordatiores Comminationes Verbales non exhorrescunt §. 3. Si vero atrocibus minis compulsus quis sit ad dandum, restituendus est in integrum §. 4. Filia à patre ad sponsalia comminatione atroci compulsæ, inde non tenetur §. 5. Cui Judex minitendo officium suum aliquid extorsit succurrendum est §. 6. Ut & ei, qui periculum minarum in liberis, conjugè, parentibus &c. veritus est. §. 7. An & ei, qui in actu illicito deprehensus compulsus est minis atrocioribus ad aliquid dandum vel faciendum? §. 8. 9. & 10. CAP. III. Exhibet Comminationis verbalis illicitæ effectus, quod comminans inde obligetur, & comminato Jus inde competat §. 1. Quod jus se non exerit aduersus tertium §. 2., sed aduersus comminantem, & laxius est in statu naturali

turali §. 3. quam in statu civili, ubi adversarium suum ea propter non licet gravi malo mulctari nedum interficere §. 4. nisi comminans simul periculum præfens gravissimum inferat §. 5. Comminans minis se profitetur inimicum comminati §. 6. & tenetur ad cautionem de non offendendo §. 7. Etiam si foemina sit §. 8. aut pauper, ut nec fidejussoribus nec pignoribus cavere possit §. 9. Tunc incarcerandus §. 10. ubi regulariter suis sumptibus se alere tenetur §. 11. nisi comminans sit bonæ famæ, qui juratoriae cautioni committendus est §. 12. Minæ quandoque operantur sponsaliorum dissolutionem §. 13. & Conjugum separationem à thoro & mensa §. 14. Suspicionem quoque inducunt levem, adversus comminatum, si comminans occisus deprehenderetur; gravio-rem adversus comminantem, si comminatus esset interfectus §. 15. quæ quandoque torturæ locum facit §. 16. Pœna quoque extraordinaria est coercenda comminatio verbalis illicita, si atrocitatem facti habet conjunctam §. 17. Diffidatio vero pœna capitali §. 18. 19. nisi aliquod requisitum diffidationis deficiat §. 20. 21. 22. aut diffidatorem re integra diffidationis pœnituerit §. 23.

Die IX. Septembr. Disputationem Theolog. de *Peccato rationi & mundo ignoto*, in IX. & X. præc. prohibito, Præside *D. Godofredo Wegnerq.*, Prof. Theol. ordinari, defendit *Georgius Fridericus Wernerus*, Marieburgensis, quâ *sect. I.* Exegesis verborum in his præceptis traditur, ex *Lexicographis*, *Interpretibus*, & *Theologorum collatione Locorum Scripturæ. Sect. II.* continentur seqq. *Problemata*: 1. Utrum IX. & X. præcepto ignotum rationi & mundo peccatum prohibeatur? 2. An illa *Concupiscentia ἀπρωπίετος* sit peccatum originale hic prohibitum? 3. An & quantum sit peccatum? 4. quid formaliter sit P. O. hic prohibitum? 5. Utrum malum illud originale in infantibus peccatum sit, atque actuosum? 6. An prohibitio illius peccati in duobus præceptis fiat? 7. Quid in his præceptis morale sit? 8. An *Concupiscentia actualis voluntaria* hic etiam in ultimis præceptis prohibita sit? *sect. III.* *Porismata* seqq. exhibentur: 1. *Doctrina de P. O.* scitu credituque necessaria est. 2. *Mundus & ratio* illud ignorat. 3. Ideò in *Lege* *concupiscentia* prohibetur. 4. Est *habitualis & actualis*, 5. *Utraque* vagatur per omnia præcepta. 6. *Falsa regula*.

1a : Lex vêtus manum , nova animum cohibet. 7. In Potentiis animâ inferioribus & superioribus refidet. 8. Accidens est , non ipsa substantia. 9. Reddit omnes homines intimè corruptos .10. Nemine excluso , nisi Christo. 11. Infantes & sancti habent peccatum. Habent illi & actuale. 13. Sed non strictè dictum. 14. Mortale & veniale est peccatum. 15. Sufficiens damnationis causa. 16. Est enim privatio J. O. & Concupiscentia prava. 17. Ens positivum , sed non in vigore. 18. Non DEum , sed hominem autorem habens. 19. In quo Christus non fuit. 20. Nequè Christus tentatus concupiscentiis irritatus est. 21. A carne omnis malitia. 22. P. O. Operosum & fœcundum. 23. Non otatur Satanus. 24. Nec mundus. 25. Universum est vel carnis , vel oculorum , vel superbiæ , &c. Plag. 8 $\frac{1}{2}$.

D. XVIII. Septemb. Prima Promotio Magisterialis publica & solennis sub **AUGUSTISSIMO REGE PRUSSIÆ** post felicissimè sumptam cœlitus datam Coronam Regiam celebrata fuit , in qua Tredecim insignibus & eruditis Candidatis Laurea Magisterialis imposita , quorum primus fuit Vir Nobiliss. Experientiss. atquè Excell. **Henricus von Sanden** / *Med. D. & P. P. Extraord. Physices verò Ordin. designatus* , qualem Candidatum Facultas Philosophica in ejusmodi publica & solenni Promotione nunquam adhuc habuit. Hunc secuti sunt : *Johannes Christophorus Teuber* / *Regiom. Rector Scholæ Provincialis Tilsensis ; Christophorus Pers Fuhn* / *Pastor Pillupenensis ; Samuel Masceovius* , *Friedb. Pruss. Pro-Rector Scholæ Lœbnicensis & S. Ministerii Candidatus ; Georgius Reber* / *Holl. Pruss. Minist. Cand. ; Henricus Oehlmann* / *Colb. Pom. ; Johannes Dietericus Walther* / *Regiom. Michael Gronert* / *Regiom. ; Michael Gehrke* / *Rastemb. Pruss. ; Theodorus Fridericus Werdermann* / *Regiom. ; Johannes Friderich* , *Regiom. Joannes Bæse* , *Regiom. David Wilcke* / *Memela Prussus Promoti sunt à Decano Facultatis Philosophicæ inquè hōc Actu Brabevta Dn. M. Paulo Raben* / *Log. & Phil. Prim. P. P. Ord. cujus Oratio fuit de Intelligentiis Secundis cœlestium orbium motricibus ex Arist. lib. 14. Metaph. c. 8. an nempe per eandem Philosophus iste insignis Angelos intellexit ? præmissâ brevi panegyri de Felicitate Regni Prussici ex Pietate AUGUSTISSIMI FRIDERICI ejusq; pedissequâ prudentissimâ atq; fel-*

felicissima gubernatione. Quæstionem proposuit Candidatus Secundus M. Joh. Christoph. Teuber Scholæ Provinc. in Tilsâ Rector, qui primus in Cathedra Inferiori (utpote D. von Sanden ob Professoriam dignitatem à Facultate condonatâ) stabat, hanc: *An Poësis studiosæ juventuti ex scriptis Gentilium sit inculcanda?* quam solvit Dn. M. Hieron. Georgi Poëseos P. P. Ordin. petitionem promotionis atquè intercessionem pro Candidatis fecit Dn. M. Johannes Ernestus Seegers Græc. Ling. P. P. Ord. Gratiarum actionem verò peregit M. Samuel Masceovius Pro-Rector Scholæ Lœb-nic. & S. Minist. Candidatus. Augustissimi Regis nomine interfuit huic actui Vir Generosissimus Dn. Godofredus Werner / S. R. M. in Prussia Consiliarius Aulicus & supremus intimorum Status Prussiæ Consiliorum Rerumquè Feudalium Secretarius; Nominè verò Per-Illustrium DDnn. Consiliorum Supremorum in Regimine S. R. M. Prussico, Vir Præ-Nobilissimus Consultissimus atquè Excellentiss. Dn. Jacobus Zeizkius J. U. D. & P. P. Extraord. nec non Aulæ Regiæ in Prussia ut & Rerum Venaticarum Consiliarius, quorum Prior eleganti profus & venusta Oratione respondit Dno. Oratori nomine Facultatis totiusquè Academiæ, ipsos in ædibus splendidissimis Biemannianis excipienti. Reddidit actum hunc splendidiorem & jucundiorem in Auditorio maximo incomparabilis Prussiæ Musicus Günther Schwencfenbercher / Cantor Cniphovianus, Musicâ insolitâ, cui Tormenta ad Vivat Fridericus Rex Prussiæ exactè atquè ad numerum, quasi & ipsa ab eò Musicam edocta respondebant. Convivium celebratum in Aula Cniphoviana, der Kneiphöfische Juncker-Hof dictâ pretiosissimè atquè splendidissimè reparatâ hocquè solenni actu primùm auspiciatissimè inauguratâ.

D. XXVII. Sept. Pro Receptione in Facult. Philosophicam Exercitationem Academicam habuit disquirentem: *Utrum Sophie Nomen apud Veteres Græcos Scriptores in deteriori semper Significatione acceptum sit.* M. Johannes Christoph. Teuber / Scholæ Reg. Provinc. Tils. Rector, Respondente Christiano Schwenckenbergero, Regiom. Pr.

D. XXX. Septembr. sub Præf. Theod. Pauli U. J. D. & Prof. Primar. &c. filius Theod. Christianus Pauli Trigram Observationum Juridi-

carum ventilavit : *Obs. I.* Notatur Confusionem esse modum acquirendi miserabilem, quia confundentes nihil acquirunt, sed sua potius amittunt, & concedunt in communionem, quæ tamen mater mali esse dicitur : Utiliorem confundentibus illam esse confusionem, qua qui alienas lites tractant ex Jure liquido per confusionem faciunt illiquidum, quæ tamen justitiæ admodum noxia est. *Obs. II.* Disquiritur, an Exceptio non competentis actionis, quæ cum Exceptione incompetentis, nondum competentis actionis & tibi adversus me non competit actio, vulgò male confunditur, subsidiaria sit, & locum habeat, quando alia defuit exceptio? & tandem concluditur, quod non tam sit exceptio, quam potius simplex litis contestatio negativa *Obs. III.* Colligitur Exceptionem non competentis actionis; ut& omnem aliam peremptoriam exceptionem oppositam in judicio inducere litis contestationem, quod etiam de Exceptionibus, quæ litis finitæ esse dicuntur affirmatur, utut communiter statuatur, has litis ingressum impedire. Nam lites finitæ non quidem sunt resuscitandæ: attamen si actor de facto illas resuscitaret, à judicio non posset antea removeri, quam sufficienter de causa cognitum esset, quare reus respondere & sic opponendo exceptionem litis finitæ vere litem contestari teneretur, Et quamvis Jure Prut. differentia inter exceptiones peremptorias & istas quæ vulgò litis finitæ dicuntur, statuatur, quod istæ post litem contestatam: hæ vero etiam ante per modum dilatoriarum opponi possint; aliis tamen judicandum relinquitur, utrum consultum sit, istas exceptiones litis finitæ dubio eventu ante litem contestatam opponere, & sic litem protrahere. Subinde quoque observatur diversitas, absolvere ab instantia; ab actione; & à judicio, & actori imponere silentium. Notaturque divisio exceptionum juris & facti. Hisce observationibus adjecta sunt in fine duo additamenta (1) de Fatali Juris retractus, quod in Prussia per Annum Saxonicum, in Saxonia vero per Annum Civilem currere dicitur (2) de Legato rei alienæ notatur, quod per ambages legatario tribuat id, quod testator ipsi per compendium tribuere potuisset, si ei certam pecuniæ summam legasset, qua rem alienam sibi comparare valeret (Disp. Constat 4. Plag. in 4to.)

THORUNII,

Prodiit sub auspiciis hujus Anni Typus Lectionum Publicarum in Gymnasio Thorunienſi pertractandarum. (plag. 1. in form. Pat.)

Mense Februario Præſide M. Georgio Wendio, Gymn. Thorunienſ. Rect. & P. P. de *Judeorum ſuperſtitione circa תקופות* diſputavit *Dan. Bauſius*, Leoburg. Pomer. (pl. 1 $\frac{1}{2}$. 4to.)

Traditio Judæorum eſt; Tempore Tekaphot ſ. Revolutionum Solis non eſſe conſultum, bibere frigidam aut veſci cibis. Aquas enim cibosque tunc temporis à dæmone vel ſanguine, tantoperè inſici credunt, ut, niſi per clavum ferreum, præſervari illa nequeant. Quisquis ergò iſto quidem temporis articulo ab aquis ſibi non caveret, mortem, certè morbum lethalem & ſanatu difficilem, eum ſibi accelerare. Quam verò Autor, examinatis ad Lydium veritatis lapidem §. 3. Computatione, §. 4. Subjecto, quod inſici creditur, §. 5. Infectione ipſa, §. 6. ſqq. cauſa l. à ſanguinea, vel dæmoniaca Elementorum corruptione petita, §. 9. Præſervativo, arcanæ ferri qualitati adſcribi ſolito, vanam eſſe evincit.

D. IX. April. Eodem M. Wendio Præſide, Samuel Bretſchneider / *Lesna Pol. de Proſperi Aldorifi Romani Idengraphia*, aut, ſi mavis, *Graphimantia*, conjecturas ſuas expoſuit. (pl. 1 $\frac{1}{2}$. 4to.)

Theor. I. Eſt: Graphimantia non eſt penitus improbanda aut rejicienda. *Theor. II.* Graphimantiæ nec nimis tribuendum eſt. *Theor. III.* Graphimantiæ etiam inclinationes hominum aliquas, ſed 1) è combinatione; rectius, quam ex litteris ipſis, 2) è collatione aliorum ſignorum tutius, quam è ſola Orthographia, 3) probabiliter ſolummodo, non apodicticè divinat.

In memoriam nuperæ obſidionis Thorunianæ Nummus argenteus, unciali paulò major cuſus eſt, cujus adverſum latus Civitatem hoſtili igne flagrantem exhibet, cum perigraphæ:

FER. FORTIS. FERA. FATA. FURENS. FORTUNA. FATISCET.

Averſi lateris Perigraphæ hæc eſt:

FRANGUNTUR. FIRMA. FORTIA. FATA, FIDE.

Uu

Medio

Medio verò loco legitur sequens inscriptio:

THORUNIA HOSTILITER A SVEC. OPPUGNATA A
POLONIS DESERTA SED DEI AUXILIO FORTITER A
CIVIBUS ET MILIT. SAX. DEFENSA. A. 24. MAI. AD. 14.
OCT. 1703.

GEDANI.

In Athenæo.

D. XII. Junii M. Gabriel Groddeck Philos. Profess., Respondente, Friderico Züscher Glückstadio-Holsato solenniter disputavit de Anno & Die Passionis S. Polycarpi. Summa Disputationis hæc est: Polycarpi laus. I. Ejus martyrii acta in Epistola Smirnenfis Ecclesie. II. Subscriptio singularis hujus epistola, diem obitus Polycarpi notans. III. Differentia Mensium Macedonum Europæorum & Syro-Macedonum. IV. V. VI. Passio Polycarpi in 2. Xanthici Syro-Macedonum h. e. in 26. Martii seu VII. Kal. April. incidit. VII. non in 23. Februar. seu VII. Kal. Martii, ut Valesius & Aorisius contendunt. VIII. Magnum sabbatum diem Paschatis proxime præcessisse, ex Christianorum scriptis ostenditur. IX. ut & ex scriptis Judeorum. X. Erroneæ Doctorem Virorum de magno sabbatho Opiniones. XI. Acta Pionii interpolata sunt XII. XIII. XIV. Erroris Eusebii de obitu Pionii XV. XVI. Quo Anno Polycarpus obiit XVII. Ætas Polycarpi XVIII. Usserii opinio ex ætate Polycarpi rejecta XIX. Eusebii quoq; ejusq; asectarum XX. ut & Socratis, Sozomeni & Menæorum XXI. Quadratus, sub quo passus est Polycarpus, quando vixerit XXII. Pearsonii vera sententia de Anno Passionis Polycarpi offertur XXIII. XXIV. XXV. ac contra objectiones descenditur XXVI. pl. 4.

D. XVII. Julii Samuel Schelgvigius D. Congeriem V. eamque ultimam Aphorismorum Theologicorum de Causis Impellentibus ad pietatem Respondente Johanne Godofredo Palmio, Gedan. solenni disputatione subjecit ex locis de Hierarchiis, Resurrectione, Vita æterna, piis in militante & triumphante Ecclesia, impiis superstitionibus, creaturis irrationalibus & Seculi Consummatione 4to. pl. 3½. Totum opusculum abhinc prodiit sub titulo: Aphorismorum Theologicorum de Causis impellentibus ad Pietatem ex Lib. I. Scholæ Pietatis Gerbardiana decerptorum, & V. Disputationibus in Athenæo Gedanensi expositorum. 4to. pl. 15.

Extra

Extra Athenaeum.

Luci publicæ expositæ sunt *Davidis Braun* Burggrabii Mariæ-burgensis & Oeconomix bellicæ Commissarii *Meditationes de sublimi hominis scientia.* 8vo. pl., 24.

Ephraim Prætorius Pastor ad Æd. S. Jacobi, typis Lipsiæ excudi curavit Seriem seu Catalogum omnium Verbi Divini Ministrorum, qui Dantisci, à tempore Reformationis Evangelicæ, ad hunc usque diem, officio sacro functi sunt, & adhuc funguntur, juxta ordinem Templorum, in urbe, & extra eandem; Annexo tempore & vocationis, & abitûs, & obitûs uniuscujusque. Additur pari ratione recensio Rectorum & Professorum Gymnasii Gedanensis. Titulus est: *Dantsiger Lehrer Gedächtniß / bestehend in kurzer Verzeichniß der Evang. Prediger zu Dantsig / nebst einem Anhang der Lehrer oder Professorum am Dantsiger Gymnasio.* edit. Lips. 1704. 8vo. (plag. 4.)

Quæ verò scripta idem Autor hæctenus elaboravit, ac luci publicæ dedit, ista sunt.

Exercitatio Theologica, de *Jona*, sepultum atq; resurgentem *Salvatorem adumbrante*, ex Matth. XII. v. 40. sub præsid. *D. Ægidii Strauchii*, Ged. 1679. 4to.

De actu speciali providentia divine, circa justum, in custodiendis ejus osibus integris ex Psalm. XXXIV. v. 21. sub præsid. *D. Joh. Andr. Quenstedii*. Witteb. 1681. 4to.

Abeus proprio gladio jugulatus, ex Cohel. III. v. 18. - 21. sub præsid. *D. Mich. Cobabi*. Rostoch. 1683. 4to.

Bibliotheca Homiletica, Homiletischer Bücher-Vorrath / *Dantsig* / 1691. 4to. (const. 5. Alphab. & 7. plagul.) Eademque dimidiâ parte aucta, Lips. 1698. 4. vid. *Novar. literar. M. B. Tom. I. p. 91.*

Utt. gefälliger Bibel-Fleiß / oder / Unterricht / daß und wie ein Christ die Bibel täglich und mit Nutzen lesen solle / in 2. ausführlichen Predigten: Dantsig / 1693. 8vo. constat 1. Alphab. & 9. plagul.

Geistliche Seelen-Taube / oder / 5. Predigten / über: Dalet wil ich dir geben. &c. Leipz. 1700. 8vo. vid. Novor. Liter. T. III. p. 236.

Würdiger Fisch & Gast. Leipz. 1702. 12. (item zum andern mal) 1703. 12.) vid. *Novor. Liter. T. V. p. 195.*

Das dem Spend-Hause in Danzig wiederfahrne Heyl / oder Einweyhungs-Predigt. Danzig. 1703. 4. vid. *Nov. Lit. ibid.*

UPSALIAE.

Exhibemus nunc Dissertationes quasdam, seriùs, quàm in votis habuimus, allatas, eas tamen Lecturis non ingratas fore judicamus. Harum *prima* est, quæ *D. 14. Mart. A. 1700.* sub Præsidio *Jacobi Arbenii* Hilt. Prof. Ordin. de *Resstituto Prester Chan Recognita Habeshiæ*, à *Johanne J. Jfopedio*, Udlando, est proposta. (pl. 13. 8vo.)

Agit vero *Cap. I.* de Origine nominis Prester Jan, ejusque Varietate. *Cap. II.* de nomine Habessenorum. *Cap. III.* De Habeschenorum ex Arabia in Africam migratione. *Cap. IV.* De Religionis Habeschenæ ortu, progressu, & statu præienti. *Cap. V.* De Forma regiminis Habesciæ, Jurisdictione, Successione, & Regum nominibus, quæ à multis retro seculis erant commemoranda. *Cap. VI.* Delineat ea, quæ ad Geographiam spectant, atque Regum sedes & Flumina Habesciæ illustrat. *Cap. VII.* Locique populique Habesceni naturam describit. Hac verò occasione silentio non prætereundæ sunt Dissertationes nonnullæ quas olim in Academia Wittebergenfi *M. Dietericus Lüders*, Stadenfis, de *Historia Imperii Abyssini*, quod sub Presbytero *Johanne*, Germanicè Priester *Johann*, esse dicitur publicè ventilandas proposuit, has enim unà evolvisse & lectitasse juvabit.

Secunda sistit *Joannis Chrysofomi* Homiliam in *Evangelium Johannis V. 19.* hætenus ineditam quam, cum *Supplem. Homil. in Divit & Lazarum* ex Codd. MS. descripsit, latinè vertit, & notis illustravit, atque *10. May. Anno 1702.* Præside *Laurentio Norrmanno*, S. Theol. Prof. Reg. & Acad. Bibl. publico examini submitit *Ericus Benzelius*. (pl. 6. 4to.)

Moner verò Autor hujus Dissertationis, se hanc homiliam ex MSSis Baroccianis, quæ post suprema Savillii fata ex Italia in Angliam adlata & Bibliothecæ Bodlejanæ, quæ *Oxonii* est, inserta fuere, descripsisse. *Innumeris hæc Bibliotheca* (quæ à fundatore

tore suo *Thoma Bodlejo*, Bodlejarè nomen obtinuit) *modis quotannis augetur*, verba Autoris addimus, & ut sunt Angli rei literariæ juvande cupidissimi, & mira in Exteros humanitate, non difficulter impetravi, ut hæc aliâq; describerem. Ipsa autem Homilia non solum Græcè, ed etiam Latinè verfa exhibetur, adjecto *supplem. Homil. in Div. & Lazarum*, quod ad *Orat. LXV. Th. VI. edit. Savilianæ* spectat, atque è codice MS. Baroniano *Biblioth. Bodlejane* desumpta est. *Annotationes*, quas adjectas legimus, partim sunt *Philologica*, Græcam literaturam illustrantes, quemadmodum p. 42. exempla multa *tauræ* & *avtῆ* in prima persona affert, partim *Theologica*. Sic p. 38. Controversiam de *Pelagianismo Chrysofomi* expendit, de locis illis judicans, quod ante exortam hæresin Pelagianam securius, vel, ut *Hieronymus* de se ipso scripsit, *gloriosius*, locutus sit *Nondum nota erant*, pergit, *Augustiniana distinctio- nes gratiæ prævenientis, præparantis cooperantis, &c. sed in simplicitate fidei credebat*, quod non malitiosè resistendo *Spiritu S. ad conversionem cogamur*, & quod mente ac voluntate illuminati non eis *xevò accipere debeamus gratiam DEI*, 2. Cor. VI, 1. Interim *cælesti & divino beneficio ac gratiæ tribuere conversionis suæ initia non intermisit, fragilitatis suæ sibi conscius & lapsus Protoplasti memor*. Hæc verò *Annotationes* ad finem nondum perductas esse, valdè dolemus.

MALMOGIÆ.

Job. Jac. Döbelii, Med. Doct. & Ducatus Scaniae Medici Provincialis, Observatio de quartana Urina haustu curata.

Si præclara *Paullini* scripta eleganti quodam sermone commendare, animo præsumerem iis annumerandus merito essem, qui ridiculò planè consilò ipsa meridie facem accendere vellent, ut solis lumen conspiceretur clarius. Sicuti namque paucis tantum istum omnis eruditionis gradum attingere licet, ad quem dudum VIR ILLF pervenit, ita Iptus splendor, per univèrsum Parnassum longè, latèque diffusus cum omni gente & mihi suspi- ciendus erit perpetuò. Hujus ergò Viri nomini celeberrimo præsentem observationem dicatam cupio, non, ut *Pharmacopœa Pauliniana*, ob summam utilitatem, atque æquam abjectarum

rerum existimationem verè *Regia*, augmentum inde capiat, sed ut declarem, quod è stercore & Urina plenè Phosphorum produxerit, quò prælucente, aliæ historiæ salutares de Stercorum Usu in medicina, haud adeo facile, ut fieri solet, silentii tenebris judicabuntur dignæ. Nolo autem pluribus hîc meam de transplantatione febrium per Urinam exponere sententiam, cuius & VIR ILLE modum quendam annotavit cap. de quartan. Neque de externo Urinæ usu quid referam, dum referente eodeni, manus pedesq; Urinâ madefaciunt febricitantium quidam; Sed, quomodo Urinâ calidâ assumtâ contumax quædam curata sit Quartana, paucis enarrabo: Erat autem gente menteque nobilis quædam femina, quæ ingenti cum molestia, quin in nonnullorum scandalum quartanâ laboraverat diu. Accedebat forte Chirurgus quidam temerarius, in quem quadrat, quod faceret Istratonicus Philosophus, Empyricum quendam ludens, dixisse fertur: *Laudo tuam Experientiam, quia non finis infirmos tuos compuitescere, sed statim eos à vita liberas*: accedebat, inquam, eò ipsò, quò cutis horripilescerat temporis punctò, utens non consilio, sed impetu Diabolum per Beel-Zebub eiekturus, Diabolum, inquit, me rapiat, si tibi hòc ipsò momento non reddam finitatem, modo obsequi velis meis conatibus; ingratum quidem ac sordidum videbitur istud Remedii genus, sed nisi sanaberis, me furciferum quæso nuncupes. Benè, respondit illa, num quid horribilius morbo meo esse potest, & si quod sordidum est remedium, nil curo, modo exoptata toties mihi restituitur sanitas. Agedum igitur, regerebat ille spurius, porrigi mandes poculum aliquod mihi vel vitrum, eumque acceptum, ad alterum lecti angulum sese recipiens, quantum quantum Urina suâ replebat torum. Mirum! quantâ cum aviditate Medici sui Urinam hauserit misera, expectabo nunc, exclamans, quid mihi ex tuo remedio futurum sit auxilij. Rogabatur hinc, ad sudorem ut se componeret, qui copiosissimus quoque effluxit, cum spe emansuri paroxysmi. Et profectò, si quid metûs intermixtum fuit spei, omne id, quod deinde paroxysmus omnis planè exularet, in tripudium vertebatur, maxima cum agræ tranquillitate, sanantisque gloriatione plusquam Thraëonica. Jurares certo,

to, si Chirurgum hunc noveris, ad vulcani imaginem eum fuisse formatum, & tamen formosæ adeo feminæ poculum tale squalidum obtulisse ipsum non puduit. At, quid dicam? Laudo sanè illius consilium, quin & impudentiæ donum, quod tempestivè satis comprobavit, non damno sed rideo. Aliis igitur mores illius, ingressum nempe ad ægram, prognosticon dicendi, & medicamentum exhibendi modum, relinquo corrigendos, mihi interim placet hoc ipsum remedium, novò iterum experimentò celebrius. Addam itaque more meo, quid de eo sit habendum, brevibus: Scilicet, cum febris hujus materialis causa viscidum sit aliquod acidum, in primis viis, atque hinc inde in visceribus hærens, omnibus indicationibus, præmissio præprimis evacuante, satisfaciet Urina. Pituitam enim particulis suis nitrosis ac sulphureis incidit, seròque suo absorbet, dumque ob naturalem suam mixturam in obstructos passim tubulos feliciter se se intinuat, aptior quoque nata est, quæ tam per Renum canaliculos transcoletur, quàm cum reliqua lympha resoluta per glandulas auctaneas excernatur. Thermis ideo naturalibus Urina mihi non videtur absimilis, atque ut illæ ab artificialibus multis distant parasangis, ita quoque vix dubitarem ego, præferre calidam Urinam & spiritui & tali volatili, arte ex eadem productis, & ob characterem cum sanguine lymphaque fere eundem, & temperamentum jam dictum naturale, & quod magno haustu ingeri possit.

HAFNIÆ.

Die XVI. Anni superioris Jun. Dissertationem Medico-Physiologicam de *Formatione Fetus Humani*, publico Disputantium examini subjecit *Petrus Fossius*, Laur. fil. Respondente *Joh. Daniele Ramo*. (const. 1½. pl. in 4to.)

CAP. I. Quod de *Genitura Virili* agit. §. 1. Cl. Autor quid Veteres per Semen Virile intellexerint; quid verò ille cum Recentioribus Genituræ Virilis nomine comprehendat, §. 2. exponit. Testibus §. 3. particularem vim atque facultatem concoquendi & præparandi Genituram denegat, cum potius colatoriorum vices præbeant; ideoque §. 4. Joh. Bapt. Lamzyverde &

& Targirum novam particularum sanguinearum in testibus figurationem, vel spirituum, radiorum instar luminarium, imaginibus singularum corporis partium insignitorum in Genitura virili conservationem admittentes, refutare conatur. CAP. II. *Semini Fœminino* dicatum est, & in illo Autor, concessò prius, se per Ova & Ovaria Recentiorum, vel semen & testes fœmininos Veterum, nihil aliud intelligere, quàm quod ad generationem suppeditat mater; de novo contra Targirum insurgit, feminis nomen conjunctæ jam in utero utriusque genituræ rectius competere, existimantem; atque tandem concludit, semen masculinum officientis, fœmininum materiæ potissimum rationem habere. CAP. III. *Generationem sive formationem fœtus tractantis*, §. 2. Quomodo Generatio ipsa sive fœtus formatio fiat, describit, & §. 3. Lamzverdii sententiam explodit, eò redeuntem, quod semen fœmininum cum masculino in utero ita conjungatur, ut hepar hepatis, cerebrum cerebro, ossa ossibus, & sic singula membra singulis aduniantur, atque ita in fœtum evadat; & consequenter Autor noster meritò quærit: quamnam sibi DEam tutelarem vel Larem in utero familiarem Lamzverdus fingat, qui adeò exactè singula membra cum singulis componat? §. 4. Nec minus sibi id dignos judicat, qui differentiam in formatione masculini vel fœminini fœtus, femini, in dextro vel sinistro utriusque sexus testiculo vel ovario contento; tribuunt, cum experientiam habeant ipsos refutantem quibus §. 6. coronidis locò suum de Hermaphroditis annectit judicium, dum autumat, omnem de Hermaphroditis opinionem, natam esse se prava membrorum genitalium conformatione, & vel in viris nimium delitescentes testiculos fœminam, vel in fœminis nimis prominentem Clitoridem virum adumbrasse, intuentesque decepisse.

Die XX Junii ejusdem Anni Disputationem Chémico-Physicam Priorem de Natura & Usu Salis, placido Philosophantium examini submisit Johannes Gerhardus Grube, unà illam defendente Andréâ Wöldick. (const. I. pl. 4to.)

Præmissâ hâc *Salis Sect. I. definitione*, quod sit corpus acris saporis, quod aquâ dissolvi, ex hac non præcipitari, nullum inde

inde oleum destillari, sed in siccam formam coagulari possit; illaque rationibus confirmata, Sect. II. tres ejus numerat species: Cl. Autor: *Alcali* videlicet, *acidum* & *muriaticum*. A quò tamen postremò duo priores, divisi Sales idèò dicti, originem suam ducant, & pro varia ejus divisione, conjunctione, inversione, partiumque transpositione, aliam atque aliam ipsi induant faciem. Si enim, mediante destillatione, ejus divisionem insi- tuamus, acidum accipimus; si vero iterum conjunctionem, acido huic alcali aliquod ad saturationis punctum affundendo: Salem iterum impetramus neutrum, ex quo acidum originem traxit. Quid fuerit sal alcali strictioris significationis olim apud Ægyptios, & quid sub latiori ejus sensu comprehendant moderni Sect. III. explicat. Ubi insimul quoque *acidi* & *alcali differentiam* ratione figurarum & qualitatum designat, quando priori, agentis instar se habenti, rigidas, oblongas, graves paruculas, & angustiores poros, posteriori autem, patientis vices sustinenti, paruculas leves, porosque copiosiores tribuit. Sect. IV. *Differentiam* quoddam inter *alcalia* existerè, demonstrat tam Mercuriò, qui ratione diversi alcali diversò quoque colore præcipitatur; quam medicamentis, acido in corpore peccanti oppositis, cum alcali Lap. cancr. acidum Bulimiã affectorum, & alcali Spir. Cochlear. acidum Scorbuticorum corrigere, cernimus. Cùm & dentur alcalia volatilia & fixa Sect. V. disquirat; cujus notæ sint corporibus adhuc in hærentia, & infixum l. volatile, aut fixum & volatile simul contineantur? & ita cum Tachenio concludit: Salem fixum arte solum produci & materialiter quidem, non autem formaliter ante ejus productionem in mixto extitisse. Sect. VI. igitur, Acidum & alcali solum in omnibus ferè reperiri mixtis, & ab illis duobus Naturæ instrumentis quamplures ejus effectus, & fermentationum plurimarum causas dependere, statuit Quæ cum sint naturæ volatilil, Sect. VII. modum, quò ex illis, opera Ignis, producat fixum, annectit; eorum in homine existentiam & generationem, in sequenti Disputationis parte demonstrandam, promittens.

KILONII.

Die XLX. Julii; Dissertationem Medicam de Spica deglutita,
Xx 65

Et per apothema Hypogondrii dextri rejecta, publico exposuerunt *Præses Carolus Fridericus Luther*, Med. Doct. & Prof. Publ. & Respondens *Joachimus Dolge*, Kilon. Holsatus. (const. 2½. plag. in 4to.)

Historia, quæ omnes dissertationis paginas complet, hæc est. Puer 12. circiter Annorum: ab aliis pueris inter ludendum cursu agitatus, spicam graminis, hordeo polystico similis, quam decerpierat, & per aliquot tempus in ore detinuerat, paulò post, superveniente tussi coactus, improvè deglutit. Exindè statim quidem se malè habet; præterlapsis v. quatuordecim ferè diebus, dolores in dextro latere ita augentur, ut, iisdem sustinendis impar, Parentùm suorum opem imploraret. Hi eorum, quæ puero contigerant, ignari cum abscessum & suppurationem propter ardentem & lancinantes dolores suspicarentur, emplastrum defensivum loco dolenti imponunt, ejusque usum per aliquot dies continuant: donec in apice ulceris vesiculam observant. Quam cum forcice aperirent, & perpauculum saltem saniei effluere cernerent, aperturam paulò accuratius inspicientes aliam adhuc membranam incidendam animadvertunt. Cui dum forcicem quoque admovent, in conspectum venit spicæ cauliculus prominens, quem forcice prehensum unà cum sublequente spica extrahunt. Parabat hæc à pure repurgata spica Parentibus tantam admirationem, ut illam præstigiis artibus immissam judicassent, nisi puer omnia, quæ cum ipso peracta fuerant, enarrans, vanam istis sententiam excussisset. Spicam autem extractam ingens materiæ purulentæ quantitas comitata est, fœtorem cloacalis colluviei redolentis: similemque puer cum halitu oris exspiravit fœtorem, quamdiu tumore observatò de abscessu suspicio fuit. Postremò, à spica liberato, interni axungiam caninam aliquoties hauriendam exhibuerunt, & ulcus paucis diebus sanarunt.

Hanc igitur historiam, à Dn. Joh. Rustorff. Med. Doct. & Practico Hufumensi, ac Paulo Severino Woldenberg / Pharmacopola Friderichstadiensi communicatam, Cl. Præses commentario quasi illustrat, dum 1. parallela exempla v. g. aranæ, actis chalybeæ, instrumenti ferrei, forcicis, officuli cerasi: cultri: nuclei avellanæ, spicæ hordei & filiginis, improvè deglutorum,

torum ; & per alias vias iterum excretorum , adducit ; 2. quid sit hordeum polyctichum explicat ; 3. deglutitionis functionem arbitrariam defendit ; 4. doloris & abscessus generationem , atque ab inflammatione differentiam ostendit ; 5. doloris species varias recenset ; 6. adhibitum emplastrum ejusque vires examinat ; 7. Vesicæ ortum demonstrat ; 8. quomodo spica in ventriculo servata in latere sibi viam facere potuerit , declarat ; fœtoris in sanie evacuata , & in pueri ore observati rationem reddit , & denique 9. axungia caninæ virtutem consolidantem comprobat.

LUBECÆ.

D. XXI. Octobr. Exuvia HIERONYMI à DORNE , in Hæreditarii in Gallihn & Weslohe, Consulis Reipubl. Lubecensis tumulo illatæ fuerunt , quarum solennem deductionem Lycei nostri Rector , *Enochus Svantenius* , Programmate publ. Lat. (pl. 2. fol.) indixit , ex quo nunc vitæ rationes transcribimus.

Originem verò acceptam retulit Lubecæ A. 1646. d. 24. Julii Patrem nactus *Hermannum à Dorne* , Reip. Lub. Consulem primar. Matrem *Margaretam de Weske* , Avum *Hermannum* , Senator. Lub. Proavum *Hermannum* , Cons. Lub. primar. Abavum ejusd. nominis , Camerarium & Senat. suprem. Lubec. Literarum tyrocinia posuit partim in Gymnasio patrio , institutione usus *Virorum tunc per celebrium Seb. Meieri & Henr. Bangerti* , partim *Henrici Escheri* , Pastoris jamjam ad ostium Travæ , nec non *Georgii Lohmanni* , Pastoris quond. Curoviensis. A. 1664. comitatus à fratre natu maximo *Joachim. à Dorne* , Giessam profectus est , ubi *D. Tabori* , & A. 1665. Lugduni Batavorum *D. van Tienen* attendit. Maturescente deinde studio , Consilium cepit ad exteros commeandi. Hinc A. 1667. perlustratis Belgii Hispanici præcipuis urbibus , Lutetiam Parisiorum , A. 1668. Angliam , Palatinatum Rheni , Ducatum Herbipolitanum , Sveviam , Franconiæ , Bavariam , Italiam , Bohemiam atque Saxoniam perlustravit. Patriæ verò redditus A. 1671. tori sociam assumpsit *Margaretam* , *Goehardi ab Höveln* , Consul. Lub. & post Procancellarii Danici filiam qua mortalium numero eximita A. 1675. secundi

amoris participem fecit *Gesam*, *Henr. de Wedenbosen*, Reip. hujus quond Senat. filiam ex qua suscepit *Hermann. Henr. de Dorne*, adhuc hodie superstitem, quem supra in *Nov. Lit. T. III. p. 326.* adduximus. Demortuâ verò & illâ A. 1693. tertiam domum ducebat amoris sociam *Dorotheam Elisabetham de Köhlern, Hartvici de Siiten*, Senat. Lubecens. Viduam cujus mortem supra p. 192. nunciavimus. A toro delabimur ad forum. A. 1680. d. 12. Jun. Senator & A. 1693. die Petri Consul salutatus fuit. Quam Spartam variis legationibus & plurimis sapientissimi ingenii documentis egregie ornavit, usque dum multiplex virium defectus decretorium ipsi demùm dixit & fixit diem, qui erat *duodecimus Mensis Octobris*. Lusit aliquis in ejus obitum Acrostichide hunc in modum;

Hoch schmerzlicher Verlust Der nicht Leicht Wird VerBissen/ α)
 Indem mein Themis Sitz / der fast zweyhundert Jahr / β)
 Ein werther Lustenthalt berühmter Dornen war / γ)
 Ripheum selber muß und seinen Ruhm vermissen. δ)
 O Asclepiodor, der du in Finsternüssen / ε)
 Nebst denen Scaligern / einst alles sahest klar / ζ)
 Ihr werdet / gleichwie auch du O scharffsichtig Paar / η)
 Mit eurer Augen. Scharff dem Argus weichen müssen. θ)
 Veränderung dräuet mir von hinten und von vorn / ι)
 So daß ich klagen werd : Wohin mein Rose : Dorn. κ)

Dargegen prangt dein Geist in Mond und Sternen. Orden/ λ)
 Ob schon die Sonne nicht auffß Grab geähet worden / μ)
 Ruh / bis du **JESUS** Lust vollkommen kanst genießen / ν)
 Nachdem Er dir sie hier zu zeigen war Geflossen. ξ)

α) Literæ majusculæ ita interpretantur : Hieronymus von Dorne / Lübeckischer wohlverdienter Bürgermeister. β) Per CLXX. Annos haud interrupto ordine in Curia Lubecensi Dornianum Nomen floruit. γ) Rarò sanè exemplo in Linea descendente Abavus, Proavus, Avus, Pater & Filius; quos inter *W. Hermanni*, Curiam Lub. ornarunt. δ) Ripheus Trojanus fuit quis.

quispiam, quem Virgil. *Lib. II Aeneid.* iustissimum fuisse ait his verbis: *Cadit & Ripheus, iustissimus unus, qui fuit in Teucris, & servantissimus equi.* ε) Afclepiodorus, Procli discipulus in spississimis etiam tenebris sine candela videre potuit, referente M. Jo. Christophi. Lehmanno: in *Parentationibus p. 132.* ζ) de nobiliff. Scaligerorum Biga item *ibid. p. 450.* relatum legitur. η) Strabo & Lapis, Hispanus intelliguntur, qui tanta oculorum acrimonia fuisse dicuntur, ut hic ex Europa in Africam; ille verò ultra 135000. gradus visum extendere potuerit, *ibid. p. 132.* θ) Argus à Poëtis centum oculos habuisse fingitur. ι) Ambrosius mortem Virorum consularium inter prænuncios mutationum refert. κ) Per Anagramma ex Nomine Dorniano hæc querela elicitur. λ) in insignibus B. Defuncti conspicitur Luna & Stella. μ) Sepulcris Regum ac Principum Solem olim Perfæ insculpebant cum Lemmate: ORIETUR. ν) Ὁ μακροειπὸς piis & profundis meditationibus sæpissimè delectatus est, hinc aliquando in somno Salvatorem hæc verba: JESUS VOLUPTAS. Sutz fronti imprimentem vidit, in cujus somnii postea memoriam Siglis talia: J. V. I. S. V. (Jesus Voluptas In Somno Vifa) Librorum frontispiciis inscripsit. ξ) Literæ G. F. N. indicant ejus nomen, qui Acrostichon hoc fecit.

D. Gætzio Autore lucem aspexit Schediasma Historico-Theologicum Lipsiæ Impensis Christiani Emerichii impressum, de *Conversis Pontificiis ex Lectione Librorum Lutheri, Lutheranorumque Doctorum, ad veritatem Evangelico Lutheranam perductis.* (pl. 9. in 4to.)

In quo Autor §. 1. reprehensis iis Pontificiis, qui non ingenuo veritatis Evangelicæ amore, sed vel venere, vel pecuniæ cupiditate, vel aliis causis impulsæ ad castra nostra transcunt, accessum facit ad argumentum sibi propositum, & de iis tantum se acturum §. 2. dicit, qui in papatu antea vixerunt, & Spiritus S. gratia illuminati nostris sese adjunxerunt partibus; missis iis, qui Paganismo vel Judaismo fuere addicti. Priusquam verò eos enarrare aggreditur, varios conversionis modos §. 3. ostendit, & quidem §. 4. eorum, qui vel lectâ *Scriptura S. &*

auditis *Concionibus*, ut Georgius, Dux Anhalt. Joh. Weisſius, Franciscus San Romanus, Princeps Albertus, Joh. Rogierus Weirs, Joh. Limbergius, Lutherus, Antonius Albitius, vel §. 5. lectis *Patrum Scriptis*, ut idem Georgius, Pr. Anhalt. Anonymus quidam, Carolus V., Hieronymus Schorffius, Gallus Kornius, vel §. 6. mediantibus *hymnis piis*, vel §. 7. habitis cum aliis colloquiis, ut Joh. Baptista Ferd. Franciscus Weinbergerus, Clodoveus Gereulius de Valle, Franciscus Sparrius de Greiffenburg, Joh. Sebast. Lysander, M. Janus Andreæ, vel §. 8. commoti *uitâ*, paratis Responſionibus Evangelicorum, ut M. Joh. Riedingerus, & moribundorum constantia, ut Viti Ortelii Winsheimii mater, vel §. 9. offensi religione avita ab ipsis Pontificiis suspecta reddita, ut laudatus Georgius, Dux Anhalt. & Riedingerus, (ubi etiam Andr. Wigandi, & Lucæ Lossii conversionis modi memorantur,) nomina sua Ecclesiæ nostræ dederunt. His itaque præmissis §. 10. propius ad scopum accedit, eosque recenset, qui primò Lutheri Scriptis in genere conversionem retulerunt acceptam, ut Fridericus Myconius, §. 12. Urbanus Regius, §. 13. Mart. Bucerus, §. 14. Henr. Stolo, §. 15. Ambrosius Blaurerus, Joh. Brentius, Wolffg. Musculus, §. 16. M. Casp. Gützelius, §. 17. Andr. Maroldi, §. 18. Matthias Waibel, §. 19. Joh. Frizhanſius. Deinde §. 20. in specie quosdam Lutheri libros nominat, quorum pia lectio nonnullos ad sanioſerem mentem perduxit, v. g. lectio Theſium Tezelio oppositarum Joh. Knipſtrovium, Conrad. Pellicanum, Joh. Eberlinum. §. 21. libri de Captivitate Babylonica Joh. Bugenhagium §. 22. libelli de bonis operibus Joh. Matthesium, §. 23. librorum de Captivitate Babylonica, libertate Christiana bonis operibus Henr. Bullingerum, §. 24. libelli de votis per multos, §. 25. libelli de Articulis fidei Christianæ M. Joh. Riedingerum. Pergit §. 26. ad eos, qui ex Doctorem Lutherianorum libellis conversi fuerunt, allata prius §. 27. ex Cramero de libello Sententiarum ex Patrum Scriptis collectarum, & Commentario Phil. Melancthonis in Epistolam ad Romanos historia lectu non injucunda, & §. 28. ex lectione Mart. Chemnitii Examiniſ Concil. Tridentini

ni J. R. W. & Franciscum Leopoldum à Reiffing, §. 29. ex Matthiæ Haffenrefferi locis Theologicis, Joh. Seb. Lyfandrum, §. 30. ex Jac. Heerbrandi libello quodam Nobilem quendam Polonum à Lutsky, §. 31. ex Matthiæ Hoë ab Hoënegg Manuali Evangelico Jacob. Reihinigium, cum in oppugnanda veritate cœlesti occupatus esset, ut quondam Petrus Paulus Vergerius, & Joh. Samionius, de quibus §. 32. agit. §. 33. ex Doct. Nicol. Hunnii Epitome Credendorum, Andr. Zieglerum, ex Doctor. August. Pfeifferi alten Coangelischen Christenthumb und neuen Römischen Vabststhum / Juvenem quendam Osnabrugensem, permotos fuisse, ut ad Ecclesiam Evangelicam se converterent, Autorum testimoniis demonstrat. §. 34. Denique multò plures enumerari posse censet, si ingentem Converterorum numerum respiciat, & §. 35. Observationes quasdam subjungit, quarum 1. verbi divini efficaciam, §. 36. 2. singularem Numinis benedictionem in aggrediendis & debellandis adversariis, §. 37. 3. Doctrinam Lutheranam à verbo DEI non alienam, §. 38. 4. odium, quo Pontificii à nobis prosequendi, §. 39. 5. Pontificiorum in Libros Ecclesiæ Lutheranæ tyrannidem, §. 40. 6. reditum quorundam pessimorum Converterorum ad pristinum vomitum, §. 41. 7. Converteros admonendos esse, ut libros illos, quorum lectione commoti Papatui nuncium miserunt, ingenuè indicent, §. 42. 8. Librorum à Doctoribus Ecclesiæ Lutheranæ scriptorum utilitatem, & in refutandis errorum Pontificiorum ab iisdem suscipiendum laborem, §. 43. 9. Eleemosynas in Converteros cum cautela erogandas ostendit. In fine recusa adjicitur Epistola Don Antonii de Sandoval, Equitis Hispani ad Alexandrum, Septimum Pontificem Romanum, scripta die 10. Martii Ao. 1661. Hafniæ. (pl. 4½.)

Autore *Paulo Jacobo Marpergero*, Jur. Pract. & P. L. Cæs. nuper Hamburgi sumptibus Renj. Schilleri duo tertiæ parti Orchestræ equestris apertæ inertis Tractatus prodire, quorum *prior*, qui inscribitur, die *neu-eröffnete Rauffmanns-Börse* / & rerum mercaturæ interservientium notitiam, quidque peregrinantes de iis observent, indicat, *posterior* verò, cujus titulus: *das neu-eröff-*

eröffnere Manufacturen-Haus / silit opificia & operas manuaras earum utilitatem & introducendi rationem , cui in fine adjecta quædam de opificibus , eorum tribubus , consuetudinibus & abusibus. Idem Autor in eo est , ut *Fasciculum Poëmatum* in varios casus hactenus sigillatim editorum conjunctim edat. Prelo insuper præter alia paratum habet Scriptum , cujus titulus :

Der vollkommene
COMMERCIIEN-

und

POLICEY - Raht /

Deren Erster in sich hält vielfältige schöne
Consilia, wie ein Lands-Herr oder Republique
ihre Einkünfte ohne Belästigung derer Unter-
thanen vermehren können :

Der Andere aber weistet / wie die so längst
desiderirte wahre Policey , welche in einem Land oder
Stadt / umb selbiges glücklich zu machen / billig be-
hörte introducirt zu seyn.



NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis DECEMBRIS. A. M DCC IV.

WISMARIÆ.

Die V. Octobris *Hermannus Wernerus*, Senatorii ordinis Senior, hanc mortalitatem cum beata immortalitate commutavit. Ingressus in hanc vitam Wismariæ est d. 29. Julii, Anno 1637. Patremque *Hermannum Wernerum*, Jctum, ac hujus Civitatis Consulem & Syndicum, habuit. Studia literarum, quæ in Lyceo patrio colere cœpit, excoluit tum in Pædagogio *Stetinensi*, informatione D. *Micraelii*, D. *Schavii* & D. *Sithmanni* Anno 1656. & 1657. usque, tum in Academiis *Rostochiensis* & *Helmsædiensis*, in quarum illa Anno 1658. & 1659. D. *Rahnium*, D. *Redekerum*, D. *Lemkenium* & *Lic. Amselium*, in hac vero Anno 1660. & sequ. D. *Eichelium* D. *Wernerum*, D. *Conringium*, D. *Hahnium*, D. *Binnium* & D. *Gläserum* sedulo audivit. Inde *Miscnam* delatus, porro erudiendum se *Johanni a Felden* in Mathesi, doctrina Civili & Jurisprudentia dedit. Anno 1681. die Petro & Paulo sacro inter Senatores Reipublicæ patriæ receptus est, suasque partes cum cura obire, semper allaboravit. Reliquit viduam *Mariam Peters*, fidam ab Anno 1672. conjugem, & filiam *Elisabetham*, B. M. *Jochimi Clinthii*, Pastoris ad Templum S. Spiritus, Anno 1696. mortui, viduam.

D. XXIII. Octobris tres Scholæ Cives, *Daniel Gotthilff Stockfisch* Wittstochiensis Marchicus, *Joachimus Daniel Ringwicht*, Gustroviensis, & *Johannes Henricus Tancke* Wismariensis, imposita sibi à M. Joh. Kindlero, Rectoro, provincia dicendi, suas de sacro campanarum ritu orationes publice recitarunt, & ille quidem usum cam-

*panarum in negotiis sacris afferuit & approbavit, iste hunc usum ab ad-
 spera illi per intempestivos quosdam rituum Ecclesiasticorum Reformato-
 res labe purgavit, hic denique ab usum Campanarum inter Pontificios
 receptum damnavit.*

*D. III. Novembris M. Joh. Kindlerus, Rector, præmissa de Mini-
 mis Scholasticis oratione, Carolum Fridericum Dihn, Suerinensem,
 Hagenovienstem hæctenus Cantorem, renunciavit Schola Wisma-
 rienfis Collegam, & Classis Sextæ Præceptorem, qui officium suum ora-
 tione de utilitate Scholarum auspicatus est.*

ROSTOCHII.

*D. XXIII Octobr. Fridericus Amsel, J. U. Lic. Univerfit. Secreta-
 rius & Consist. Ducal. Meckelb. Advocatus & Procurator ord.
 obiit, cujus vitæ rationes B. L. ex Rostochio Literato p. 264. & 285.
 petere potest.*

*D. XV. Ejusd. Disputationem Exegetico-Theolog. super dictum
 Genes. I. 26 29. circa statum integritatis de Essentiâ primi hominis
 constitutione, Præses Jo. Sensius, S. Th. D. & adæd. S. Mar. Archi-
 Diac. Parens, (cujus mentio facta est p. 258. & Respond. M. Joh.
 Christianus Sensius, Filius (memoratus T. V. Nov. Lit. M. B. p. 127.)
 (ad placidam disc. utantium συμφιλολογίαν revocarunt. (pl. 4.)*

CONSPECTUS Dissertationis hic est: Præmissis Præfatine,
 exponitur (1.) *Decretum* creandi hominem §. 1. 2. 3. II. *Executio* ve-
 rò Decreti in sequentibus. Atque circa hanc

a. Causa efficiens creationis Hominis, *Deus Triunus* §. 5. ipsaque
 causalitas, una cum ratione causandi §. 6.

β. Causa materialis circa quam, Hominis *anima rationalis*,
 & *corpus humanum* Theologicè spectatum, rejectâ quorundam ter-
 tiâ parte hominis, ut talis, essentiali, quæ sit *Spiritus* §. 7.
 In specie de (1.) *Corpore humano* ventilatur quæstio, an sit pars ho-
 minis dicendum §. 7. & quænam ejus idiomatica à Mose delinea-
 ta sc. *Honestas* §. 8. & *immortalitas* §. 9. (2.) De *Animâ* quoque ex-
 cussum quod non sit ex præexistente materiâ creata, non san-
 ctificatio, non accidens in genere, non corporeum quid, sed
 substantia Spiritualis, sive *Spiritus dependens, incompletus*: Et quia
 incompletus, (Quod probatur,) errare Novaturientium senten-
 tiam,

fiam, quâ homo non statim emoriatur, animâ licet extra corpus suum positâ. §. 10. probatur quoque Animæ dependentia, ac spiritualitas strictè dicta: Et hæc partim ex eò, quod contradistinguatur materiæ §. 11. partim quod polleat facultatibus Spiritus, Intellectu §. 12. & voluntate §. 13. nec minus, quod facultates inferiores subsint superioribus sine omni inordinatâ *επιδρῦλα* ac pugná §. 14.

γ. *Causa formalis*, sive ipsa forma hominis est *Humanitas* §. 15. quam excipit status §. 16. ad quem referimus benedictionem cum quoad multiplicationem generis humani, §. 17. tum ipsum in animantia terrestria dominium §. 18.

δ. Finis, isque (1.) *proximus* ac ratione hominis spectatus est summa *felicitas*, eaque partim *hujus vite*, cum corporalis ex multiplicatione ac dominio profluens, tum spiritualis, cultus sc. Dei, ad quem non solum Imago Dei, sed & ipsa Humanitatis rectitudo collata erat; cumque hic finis fuerit naturalis, inde & media omnia naturalia esse statuendum partim *futura vite*, æterna sc. salus. (2.) *Remotior Dei Gloria*.

D. XVI. *Ejusd. Johannes Fechtin*, S. Th. D. PP. Academiæ hætenus Pro- Rector prævia Oratione de *Statu Academiæ Rostochiensis ante novissimam Ecclesiæ Reformationem*, Rectorale officium devolvit in *Matthiam Steinium* J. U. D. & Cod. PP. qui simul Orationem habuit de *Dignitate & gravitate Muneris Rectoralis*, prout utraque solemnitatibus Rectoralibus presentatur.

D. XVIII. *Ejusd. Christianus Hildebrandus*, Log. Prof. & totius Universit. Senior, Dissertat. Circularem posteriorem de *Natura & Constitutione Logica*, placidæ disquisitioni submisit Respondente *Rheinbardo Hen. Rollio*, Unnenf. Gueftphal. (pl. 3.)

Conspectus tam prioris (in *Nov. Lit. M. B. T. VI. p. 171. memoratæ*) quam posterioris ita se habet: Præfamen excellentiæ & dignitatem Logices commemorat. §. 1. Ejus definitionem §. 2. 3. 4. Etymologiam §. 5. 6. Synonymiam §. 7. Homonymiam §. 8. genus adæquatam, quod non esse sapientiam aut prudentiam §. 9. nec habitum instrumentalem §. 12. nec facultatem §. 14. sed artem ex mente Aristotelis evincit §. 15. 16. evolvit. Præfatio hujus posterioris cum priore Dissertatione connexionem ostendit,

& varias virorum doctorum de subjecto, sine & divisione Logicæ observat opiniones. § autem 17. procedit ad adæquatum objectum Logices. & §. 18. sq. distinguit inter subjectum & objectum illud, §. 20. sq. trifariam accipi ostendit. § 24. sq. Doctorum in assignando subjecto varietatem quindecim opinionibus adductis declarat, quibus cur non possit assentiri, §. 26. rationem adducit. Deinde §. 27. progreditur ad finem Logices, in quo constituendo non omnes convenire, undecim opinionibus §. 28. ostendit, veram autem secundum Aristotelem sententiam de fine Logices §. 29. affert & §. 30. eorum rejicit sententiam, qui finem Logicæ internum Syllogismum, externum veritatem dicunt. §. 31. cum sqq. de partitione Logices sollicitus est, optimamque Aristotelis esse asserit, qui in Analyticam & Dialecticam eam dividit.

D. XXIV. Ejusd. Rector Academiæ, *Matthias Steinius*, J. U. D. publico programme ad Exequias *Maria Magdalena Obrechtæ*, D. Jo. Fechtii, PP. uxoris, cives Academicos invitavit. (pl. 1½. in 4to.)

Vitali hæc aura frui cœpit 1650. d. s. Mart. Argentorati Obrechtiorum & Marbachiorum stemmate oriunda. Cujus familia, quia inter Argentoratenses clarissima est, commemorari meretur. Pater ei erat *Georgius Obrechtus*, Jct. Delegati Judicii Camer. & Senatus Min. Advocatus & Procurator. Mater *Maria Magdalena Marbachia*, adhuc, quantum constat, superstes. Avus Paternus *Elias Obrechtus*, Reip. in civilibus judex. Avia Paterna *Anna Kleblattleria*. Proavus Paternus *Henricus Obrechtus*, Reip. Consul. Proavia Paterna *Joanna Schatterlin*. Abavus Paternus unius linæ *Thomas Obrechtus*, Jct. & Reip. Syndicus. Abavia Paterna *Elisabetha Rathin*. Abavus Paternus alterius linæ *Wolfgangus Schatterling*, Reip. Consul. Qui die X. Octobr. MDCXII. ætatis anno XCI. è vivis sublatus, progenuerat liberos XVII. viderat verò, antequam moreretur, nepotes CII. pronepotes CXI. abnepotes II. Abavia *Martha Rheinboldin*. Abavus Paternus prioris linæ *Matthaus Obrechtus*, Nicolai Obrechtii, Reip. Actuarii, tanquam tritavi, Filius. Abavia *Jacobæ à Rothweit*, è Nobili in Brisgoviâ familiâ oriunda. Avus maternus *Ulricus Marbachius*, Ecclesiæ Palæo-Petrinæ Argent. Pastor. Avia *Jacobæ Felser*, Proavus *Philig-*

Philippus Marbachius, Theol. D. & Prof. Proavia *Catharina Haussteinia*, Thomæ Haussteinii, Imperatoris in superiori Austriâ Consiliarii Filia. Proavus alterius lineæ *Jo. Felzius*, S. Marci Quæstor. Proavia *Walpurgis Rotenburgerin*. Abavus maternus *Joannes Marbachius* D. Prof. & conventus Ecclesiastici Præses. Abavia materna *Ursula Weislandin*. Abavus maternus *Waltherus Marbachius*, civis Lindavientis. Atavia *Anna Salzmannin*. Qui in eâdem Obrektorum familia Jcti erinuerint, è publicis scriptis nemini ignotum est. Inter fratres defunctæ celeberrimam cum in Rep. Literariâ, tum civili obtinuit famam *Ulricus Obrechtus*, Bœcleri gener, ejus in Professione Historiarum & Eloquentiæ successor. Tum Juris Professor, mox Reip. Consiliarius, postremò Prætor Reip. Regius & ad negotium Aurelianense Francofurtum Legatus, ante biennium è vivis surreptus. Post eundem literarum gloriâ excelluit *Elias Obrechtus*, per sedecim annos Skyttianus in Academiâ Sveciæ Upsaliensi Professor, perque universam Suediam publicis Bibliothecis Præfectus, tandem amplissimæ in Regiâ Cancellariâ dignitati admotus. Decesit immaturâ morte mense Majo anno MDCXCIX. Viduam ejus duxit Vir non minori eruditionis gloriâ, inque Remp. Svecicam meritis illustris, & nunc in ipsis castris Polonicis invictò hæctenus sine exemplo Regi inserviens, *Olavus Hermelin*, Consiliarius, Secretarius Status & Historiographus Regius. E Sororibus defunctæ *Anna Catharina* in matrimonium collocata est *Jo. Adamo Golio*, J. U. D. & causarum Patrono; è quâ jamdiu est, quod neptem, & ex hac proneptem, fortè nunc etiam abneptem, mater horum liberorum, incomparabilis virtutis foemina, nunc nonum & septuagesimum annum agens, suscepit. *Maria Salome Ulrico Marbachio* nupsit, Juris in Academiâ Argentoratensi Professori. Reliquæ quoque Filæ Filique honestissimis omnes officiis & vitæ generi sunt admoti. Anno 1667. d. 17. Octobr. desponsata fuit B. Defuncta *Fechtio*, qui, quod paucis concessum, eam per integrum sexennium olim instituerat. Peperit autem Marito inter perpetuos dolores superstiti, senam prolem masculam, unamque sequioris sexus. E quibus supersunt *Augustus Magnus*, post pertractata in Academia Rostochiensis, duce il-

Iulstri Kleinio, & in Halensi Doctore summo Stryckio, juris studia & absolutam per Germaniam superiorem, Galliam, Angliam & Belgium peregrinationem in id intentus, ut conquiritas animi dote, in publici egregii ornamentum explicare possit. *Johannes Carolus*, aurifabri arti deditus & nunc Romæ in Italiâ ejus exercitio incumbens *Ernestus Henricus*, Medicinæ Doctor & Practicus Swerinensis. Et *Gustavus Fridericus*, Philologicis Theologicisque studiis in Academiâ nunc Liptiensi addictus. In vivis esse delit d. 18. Octobr. Defunctæ exequiæ celebratæ sunt d. 24. Oct. Dolorem suum testati Viduo sunt scriptis carminibus universi Professores & Ministri, denique fautores alii & studiosi, quorum monumenta ad 27. plagulas excreverunt, eo pacto incomparabilem affectum erga domum Fechtianam testati. Exanime corpus 32. Studiosi sepulchro, in medio templi Joannæ sito, intulerunt, deducente funus incredibili hominum copiâ, quam universus Studioforum cœtus, ex liberrimo arbitrio, ne divellere-
tur, hunc ordinem constituens, raro omninò exemplo & amplissimo amoris in Viduum argumento, conclusit.

Exeunte Mens. Oct. publicatum est *D. Alberti Joach. Krakevitzii* Progr. Acad. præmissum Disputationibus privatis domesticis in Synopsis Controversiarum sub pietatis prætextu motarum *D. Sam. Schelguigii*, in quo agitur de *Justo Zelo Theologico*, exemplo *B. Bartholdi Krakevitzii*, contra iniquas *Arnoldi* insultationes vindicato, (p), 1 $\frac{1}{2}$.)

SEDINI.

D. XXIX. Augusti ipso *Johannis* Festo ad munus sacrum vocatus fuit *Johannes Christianus Bartels* / cujus vitæ curriculum sic se habet: Natus est Anno 1678. d. 10. Januarii Sedini Patre *Christiano Henrico*, Matre *Elisabetha Doykina*. Primam ejus ætatem institutione privatâ formavit *Paulus Gutzius* Professor quâ usus usque ad æt. 16. annum in Gymnasio Carolino docentibus Præceptoribus erudiendus fuit traditus, à quibus Anno 1699. dimissus Wittebergam petiit, celebratissimisque ibidem Doctoribus, nimirum *Deutschmanno*, *Loeschero*, *Hannekenio*, *Neumanno*, aliis-

aliisque auditis Anno 1700. Gryphiswaldiam quoque delatus est, Triennio fermè ibidem exacto in patriam se recepit, quæ non adeò diu ibi moratum officio sacro admovit.

GRYPHISWALDIÆ.

D. IV. § XI. OEt. Præsidi M. Andrea Rittero, Lubecensi, & Resp. Jac. Christ. Biedenweg / Brem. duæ Dissertationes de Vestibus Clericorum Crucis figura notatis fuerunt ventilatæ. (pl. 5.)

Autor, qui jam anno superiori in alma Saxonix Philyrea de *Vestibus S. certis literis notatis* Disputationem (cujus Summam *Nov. Lit. Germaniæ T. 1. p. 217. exhibent*) consignavit, stadium inceptum decursurus, nunc ob materiæ affinitatem de *Vestibus Clericorum crucis figuræ notatis* duabus vicibus disputavit, quarum Disputationum Sciagraphiam paucis jamjam apponere non gravabimur. In priori itaque præmissa præfamine, & §. 1. terminologia remotisque V. T. temporibus, utpote quibus mos ille signum tale effingendi non viguit, & gentium sacris, quibus crux & futura Redemptoris nostri crucifixio planè fuit ignota, ad Christianorum cœtum se convertit, quippe in quo crucis signum ob memoriam crucifixi Servatoris sanctius utique habendum. Eas autem ex certa materia formatas vix ante Constantini M. tempus, quod in Sec. IV. incidit, reperiri, sed Constantino M. regnante ortum suum traxisse ostendit, & paulò post earum usum adeò crevisse, ut in omnibus penè rebus, quarum nonnullæ recensentur, aut pictæ aut sculptæ apparuerint, & sic successu temporis in ipsis quoque Clericorum vestibus crucis signum effulserit. Hunc §. 3. ipsam tractationis arcem invasurus *Coronam Papalem triplicem* crucis signo conspicuam sistit. §. deinde 4. à capite ad calcem tendit, & missà corona ad *Sandalia* idoli Romani delabitur, quibus & ipsis aurea crux artificiosa opera intexta cernitur. In *posteriori* verò §. 5. *Pallium Archi-Episcopale* affert, de cujus ornatus origine, autore, §. 6. & signo crucis in illo apparente §. 7. differit. Priusquam autem ad mysticas crucis in pallio significationes explanandas sese accingat, reliquas quoque Clericorum Vestes examinat, in quibus crucis signaculum resplendet.

Ad

Ad *Casulam* itaque §. 8. convertitur, cujus vocis etymon explicat, eamque supremum omnium indumentum & cetera omnia interius per suum munimen tegens & servans, cruceque notatum §. 9. dicit. §. 10. *Amictus* Latinorum, crucis figura decoratos, & §. 11. *manipulum* producit, tandemque §. 12. de mysticis figuræ hujus significationibus agit & concludit.

D. XVIII. *Ejusd.* Prælide M. Laurentio David. *Bollhagen* / *Stargard*, S. Th. Baccal. (cujus pag. 266. meminimus) & Respondente *Job. Christoph. Böttiger* / *Dammens.* quæstio ventilata fuit: *Utrum Aristoteles fuerit Judæus?* (pl. 2 $\frac{1}{2}$.)

Breviarium Dissertationis, quæ negativam tueri satagit, ut in illius frontispiciò deprehenditur, huc transferre lubet. §. 1. Malè à Judæis & Patribus Philosophia omnis Ebræis adscribitur. Vindicatur Clemens, & æquè à Græcis antiquioribus eam descendisse demonstratur. Patres, sæpius re nondum investigata Autoribus fidem habuisse, probatur ex Dallæo, Dallæi Adversarius Scrivenerus, & Clerici de eo judicium. Bocharti & Huetii adducuntur sententiæ, & de hujus Saldeni judicium. Allegatur Galeus, qui idem argumentum tractavit; & tandem hancce opinionem, Judæis omnia deberi, à Judæis ipsis provenire, ostenditur, quo ipso fit accessus ad ipsam tractationem. §. 2. Multos fuisse Aristoteles ostendit. Nostri autem Patrem, Matrem & Patriam, ut & contreraneorum erga ipsum venerationem exhibet. §. 3. Testimonia, de magna Aristotelis in Philosophicis scientia, & auctoritate, cum Gentilium, tum Judæorum profert. Et horum imprimis admiratores suorum Scriptorum, ac Judices demonstrat. §. 4. *κακοχηλίσια* Judæorum, qui ipsum fuisse Judæum dicunt, arguitur. Vindicatur locus Eusebii. §. 5. Pari modo nec scientiam è Libris Salomonis suffuratum Aristotelem evincitur. §. 6. nec Proselytum justitiæ factum, nec in Epistola ad Alexandrum Philosophiam omnem rejecisse, & condemnasse asseritur, ubi allegatur Epistola Aristotelis ad Alexandrum Magn. quæ tanquam spuria rejicitur.

*Christiani Bukkii, Med. Doct. Observatio DE HE-
 PATE GALLINÆ MACILENTÆ MAGNO ET PONDEROSO.*

Lusus naturæ adeo variare, ut unius hominis ætas iis per-
 scrutandis minimè sufficiat, testantur quivis Naturalium rerum
 scrutatores, qui, ut *NUNQUAM OTIOSI*, sedulò arcana naturæ
 summo studio & labore rimantur; non tantum ea, quæ juxta
 ordinem, & communes naturæ leges, sed & quæ præter na-
 turam aliquando contingunt, accurato examini subijciantes,
 optime conscii, quantum observationes theoreticæ æquè ac præ-
 cticæ, ad Rem medicam conferre possint. Felices itaque nomi-
 nandi seculi præterlapsi Anni posteriores, felix, quod vivimus,
 seculum, in quibus non tantum Germani, sed & Dani, Itali,
 Galli, nec non Angli, in commodum rei literariæ annotaverunt
 quævis, quæ ad excolendam scientiam naturalem, & medicam
 artem conferre posse, judicaverunt. Antè paucos Annos fervor
 augendi emolumentum Rei literariæ animos quoque incendit
 accolarum magis propiorum Zonæ frigidæ septentrionalis, qui
 in novis suis literariis plurima notatu digna annotant, quibus
 conformationem præter naturalem hepatis, (ob insigne pon-
 dus & magnitudinem admirandi) inferere lubet. Optime qui-
 dem novi, vix ultum nominari posse viscus, quod, in magni-
 tudine peccasse, observatum haud sit, de quo videri possunt
Spigelius de Corp. Hum. fabr. lib. 8. c. 8. p. 289. ubi de Ventriculo
 agit. De Corde majore *Bartholin. Cent. IV. histor. anatom. 6.* De
 Omento *Idem in Anatomia reformat. l. 1. c. 8.* De renibus, liene
 &c. *Miscellanea Natur. Curios. passim.* Imprimis vero *Cælestinum Cæ-
 lestini* in muliere quadragenaria hepar XL. librarum pondere in-
 venisse, *Henricus à Moynichen* testatur; *conf. Bartholin. Cent. III.*
ep. 1. p. m. 8. Alia insolitæ magnitudinis hepata observarunt *Sal-
 muth Centur. 1. obs. 21.* *Fabric. Hildanus Centur. 2. obs. 45.* *Zacut.*
Lusitan. prax. admirand. lib. 2. obs. 38. *Boner. anatom. practic. lib. 1.*
sect. XII. obs. 12. p. m. 230. & *lib. 2. sect. 2. obs. 29. p. m. 473.* *Misc.*
item. N. C. Dec. 1. Ao. 1. p. 16. & 101. Et hepar Gallinæ macilentæ
 Unciarum quinque drachmarum septem quidem exhibet *D.*
Ceyrus in Ephemeridibus German. Dec. II. Ao. VI. obs. 86. p. m. 177. &

D. Ant. Deusingius Hardervici sibi Hepar gallinæ pusillæ à *D. Con-
sule Gerard ab Heuclum* uncias septem pendens oblatum testatur. in
diff. de Hepate §. 9. Ast superabat hæc pondere quod in præsentî ex-
hibeo gallinæ hepar, mihi à mercatore apud nos florentissimo
Dn. Daniel Diedrichsen nuper missum.

Fig: I.





Fig: II.



Habebat enim drachmam & semis ultra XIV. Lotones civiles, utut particula adhuc quædam alterius lobi abscissa ex negligentia fuerit. Gallina hæc à dicto mercatore circa festum Palchatos empta fuit, ex quo tempore diligenter avenâ partim, partim hordeô lagenabatur, sed verò macilenta usque manebat, ova interim pariens. Nul-
lô morborum genere ejusmodi animantibus communi aliàs, corripiebatur, ita ut perfectè sana semper judicaretur. Tandem in usum rei domesticæ maçtabatur, dum eam exviscerat ancilla, justô quidem majus offendit hepar, nihilo tamen minus lege artis (puta culinariæ) illud præparat, undè contingebat, ut ex incuriâ particulam lobi hepatici, nec non vesicam biliariam totam abscinderet. Interim tamen vestigia ductuum biliariorum in concava parte conspici adhuc optime poterant. Vesicam felleam quoque notabilis magnitudinis bile turgidam fuisse, postea mihi retulerunt. Circa hepatis partem concavam & circa vesicæ fellis situm pingvedo satis copiosa inveniebatur. Nec illud hic notasse inconveniens fuerit, Gallinam hanc sæpissime Galli ad instar cucuruisse, cantu suo diem instantem indicasse, id quod suo etiam tempore observavit *Aristoteles hist. animal. lib. IX. cap. 49. p. 727. v. Conrad. Gesner, lib. III. de anim. p. m. 383. CAUSAM* cur in tantam molem accreverit hepar nostrum exponere difficile esse, fateor. Ob incuriam enim ancillæ varia neglecta & perdita sunt, quæ ad investigandam eandem conferre alias potuissent interim tamen sententiæ *Steph. Blancardi* in præsens subscribere vix audeo, qui causam excessivæ magnitudinis in hepate & Liene obstructionem horum viscerum facit in *Anatom. præf. ration. Cent. II. obs. XII. p. m. 212.* Quæ etenim mala ex obstructione partis cujusdam (ne dicam) principalis oriri soleant, omnes *PRACTICORUM* libri loquuntur. Si nempe impediatur legitima sanguinis circulatio (quam necessario ex obstructione contingere oportet) nunquam laudabilem succum discerni posse, ex physiologicis constat. imo è contrario stagnans propter obstructionem sanguis corripitur, juxta illud *Ovidii*:

Capiunt vitium, ni moveantur aque.

Aliam ergo causam fuisse existimo. Suppono ex pathologicis morbos contrahi, si vel spiritus, vel quod idem est anima vel humores peccent, vel vitium in partibus solidis hæreat. Si enim

spiritus animales, si humores tam ratione quantitatis, quam qualitatis, & motus naturaliter constituti sunt, & pori partium solidarum proportionaliter sese habeant, functiones quasque naturales rite peragi contat. Animam hic accusare nulla nos movet ratio, sed vitium magis in hepatis substantia (quam glandulosam esse detexit *oculatusimus Malpigijs tr. de hepate*) vitiosa quærendum esse crediderim. Fuerunt fortè distenta magis vasa advehentia, quam revehentia, quorum illa sanguinem rite mixtum in majori quantitate advexerunt, quam hæc, vel ob spasmus, vel præter naturalem constitutionem vasorum, vel vitium acinorum hepaticorum, revehere potuerunt, hinc diutius justò sanguis in hepate restans plures particulas nutrientes hic deposuit, unde non tantum atrophia reliquarum partium orta est, sed & quantitas insignis bilis, in vesica reperta, segregata fuit, dum particulae reliquis visceribus nutriendis destinatae, hic relictæ fuerunt. Nec est, quod objiciatur, quod exinde Ventriculus quoque laborare debuerit, cum *Cornel. Gemma I. Cosmocrit. cap. 6. teste*, hepar magnum appetentiam alimentorum augeat, cujus sententia exemplo mulieris prægrandi hepate instructæ & famelicæ firmatur. Interim tamen aliis accuratius inquirendum dijudicandumque libens lubensque relinquo, utrum hoc, vel aliud quid causa magnitudinis tantæ extiterit, cum in Nosocomio nostro *Cl. Dn. Broockmann Chirurgus ibidem ordinarius* hepar gallinæ pinguis ex improvviso & ex suffocatione forte mortuæ aliquanto minoris magnitudinis & ponderis nuper admodum observavit.

LIPSALIÆ.

D. XIV. Maji, pro summis in Theologia Honoribus, Exercitationem Historico-Theologicam, de *Statu Ecclesiæ & Religionis Moscoviticæ*, proposuit *M. Nicolaus Bergius*, Superintendens General. per Livoniam, & Acad. Pernaviensis Pro. Cancellarius, Resp. *M. Gudo mundo Krook*, (plag. 19½.) in 8vo.

Ipse Disertatio, quæ Augustissimo SUECIÆ Regi inscripta est, atque in *Præfamine* Argumenti dignitatem Scriptoresque, qui Autori usui fuere, indicat, *duabus* absolvitur *Sectiõibus*, quarum prior est

est *Historica*, posterior verò *Dogmatica*. Sistit verò Sect. 1. ejusque *Historicæ Cap. I.* Scriptores, qui de Rebus Moscoviticis vel ex professo, vel incidenter sunt commentati, utpote Sigismundi L. B. ab Herberstein, Commentarios Rerum Moscovit. Paulum Jovium de Legatione Basilii, Joh. Fabri Dissert. de Religione Moscovitica. Clementem Adamum in Descriptione Navigationis Anglorum ad Moscovitas, Paulum Oderbornium, qui tribus libris *Joh. Basilidis* Vitam descripsit, Antonium Possevinum, Alexandrum Guagninum, Matthiam a Miechovia, D. Albinum, qui varios de Russorum Religione Scriptores edi curavit, Jacobi, Nobilis Dani Hodæporicon, Ad. Olearium, Ed. Brerewood, Alexandrum Rossæum, Boxhornium, miscellam Farraginem rerum Moscoviticarum tradentem, Ægidium Fletscherum, Anglum, cujus meminit Becmannus, in hist. orb. Terrar. p. 2. c. 7. Lodov. Dunte, Jo. Christoph. Becmannum, Michaelem Siricium, cujus Discursus Historico-Theol. de *Religione Moscovitarum* Gieslæ 1661. editus in linguam Germanicam quoque est translatus, Joh. Schvvabe, qui in Acad. Jenensi sub Præsidio *D. Joh. Ernesti Gerbaridi de Religione Ritibusque Ecclesiasticis Moscovitarum* disse-ruit (cui autem ob hanc Dissertationem dicam Scriptam fuisse Dn. Tenzelius in *Colloqu. Menstr. ad A. 1698. p. 341. sq.* refert, collatis iis, quæ in *Nov. Liter. M. B. T. III. p. 165. sq.* leguntur) Mich. von Oppenbusch, Theoph. Warmund Dn. Aviti, Phil Nicolai, Neugebaueri Moscoviam, Joh. Hornbeckium, Petr. Petrejum, Joh. Rudbeckium & Jonam Palmam, Lib. B. de Meiersberg, Christianum Kühne / G. A. Schleiffing / Anonymi *Moscovitischen Storat* Col. 1702. Talanders *Reisen* / Thesaurum Rerum publicarum Oldenburgeri, Wagenseili Peram, Hieron. Kromayerum in *Histor. Eccles. & Scrutin. Religionum*, Comitem de Carlite, Axtelmeierum, D. Joh. Arnold. von Brand, Claudium Arhenium *Oetnhiesm* / M. Joh. Herbinium, De Neuville, D. Joh. Botvidum, Boten Relationes. His in *Addendis p. 263.* adhuc quosdam Scriptores adjectos legimus, superaddi tamen quoque meretur libellus germanico idiomate *Lipsiæ 1698.* evulgatus, & hanc inscriptionem præferens: *Moscovitischer oder Neussischer Kirchen-Staat / zum erstenmahl in Deutschland mit einer Vorrede heraus gegeben von M. Jo. Georgio Pritio, Sonnabend's Prediger bey der Kirchen zu St. Nicolai in Leipzig. (plag 7. in 12 mo.)* Ipsijs Autoris Nomen ignoratur quidem, de eo tamen sequentia

leguntur, in Editoris Præfatione, quæ neque heic loci reticere possumus: Wer davon der Urheber sey solches kan man nicht gewiß sagen; Es ist aber ein Mann / welcher zu dem Werke selbst geschickt gnug gewesen. Denn er hat nicht allein das Land in Person gesehen / und sich lange in Moscau aufgehalten; sondern er hat auch alles mit sonderbahrem Fleisse untersucht / und sich der Unterrichtung glaubwürdiger Leute gebrauchet / wofern er in einem und dem andern Stücke sonst nicht hat hinter die Sache kommen können. *Cap. II.* Scriptores silit, qui *Doctrinam Moscovitarum* expoluerunt, ubi varii *libelli Symbolici* enumerantur, & p. 29. sq. mentio injicitur *Andree Wengericii*, qui *Regenvolsium* exscripsisse dicitur, atque id propter causæ sequenti Epiphonemate p. 30. dimittitur: *Huic proinde inter Plagiarios, quotquot sui unquam viderat, locus debetur princeps.* *Cap. III.* in incunabula *Gentis Moscoviticæ* inquiri, atque de *Lingua Moscovitica* differit, monens insimul *Sparswensfeldium* in eo esse, ut *Lexicon Slavonicum* cum *Versione Latina* edat. *Cap. IV.* propius ad religionem gentis describendam accedit, atque *Moscovitas* Idololatræ fuisse primum probat. Deinde eorum *Conversionem*, quam ope *Andree Apostoli* factam fuisse conjicit, describit. *Cap. V.* quæstionem illam: *An Moscovitæ Christiani dicendi sint?* pertractat, atque affirmativam tuetur sententiam. *Cap. VI.* diversas sectas, quæ in *Moscovia* reperiuntur, silit. *Cap. VII.* de *Sectâ Roscolskika* vel *Kascalnica* dicta ex professo agit. *Cap. VIII.* de libertate profitendi in *Moscovia* religiones alias deserit. *Cap. IX.* describit *Zelum* religiones propagandæ, hinc de templis ipsorum, agit. *Cap. X.* indicat *Libros*, quorum usus in *Templis* ipsorum, atque *versionem S. Scripturæ Slavonicam* examinat. *Cap. XI.* *Patres* silit in *Linguam Slavonicam* transmissos. *Cap. XII.* *Missas* ac *Liturgias* ipsorum producit. *Cap. XIII.* *Tempus* sacris conventibus destinatum investigat. *Cap. XIV.* *Festa* enumerat. *Cap. XV.* *Processiones* silit. *Cap. XVI.* *Scholas* contemplatur & *Cap. XVII.* *Monasteria.* *Cap. XVIII.* *Regimen* sacrum describit. *Cap. XIX.* *Concilia* apud ipsos habita recenset, ac denique *Cap. XX.* de *Sanctorum Memoria*, quorum cultus permagni apud *Russos* habetur verba facit. *Absoluta Sectione Historica*, pedem promovet ad alteram, eamque *Dogmaticam*, atque ea dogmata brevi-

breviter examinat, quæ in *Confessione Russica* indicantur. Agit autem Cap. I. de Justificatione, II. de fide, Fidei Principio, Sacra Scriptura, Traditionibus, Conciliis, Patribus. III. de Numero Articulorum fidei. IV. de Deo. V. de SS. Trinitate. VI. de Proprietatibus Dei. VII. de Creatione. IIX. de Angelis. IX. de homine. X. de Peccato. XI. de Libero arbitrio. XII. de Prædestinatione. XIII. de Providentia. XIV. de secundo Articulo, qui doctrinam de Jesu Christo in genere declarat. XV. de tertio Articulo, Christi puta Incarnatione. XVI. de quarto Articulo, Christi passione. XVII. de quinto Articulo, Christi Resurrectione. XIX. de sexto fidei Articulo, Christi Ascensione, XIX. de septimo fidei Art. Christi Reditu ad Judicium. XX. de octavo fid. Art. doctrinam de Spiritu S. complectente. XXI. de nono fid. Art. Sancta Catholica Ecclesia. XXII. de Præceptis Ecclesiæ. XXIII. de decimo Articulo, Numero Sacramentorum. XXIV. de Baptismate. XXV. de Chrismate. XXVI. de Eucharistia. XXVII. de Sacerdotio. XXVIII. de Pœnitentia. XXIX. de Conjugio. XXX. de Oleo consecrato. XXXI. de Resurrectione. XXXII. de Purgatorio. XXXIII. de vita venturi seculi. His addenda quædam, Appendicis loco, super adduntur, quæ varia Argumenta adhuc illustrent. P. 120. promittit Venerandus Autor pecul. Scriptum de *Livris & Ke Literaria Moscovitarum*, quod ut propediem edat, publico nomine contendimus, non dubitantes fore, ut omnibus numeris absolutum Lectorum desideriis abundè satisfaciat. Iis enim instructum doctrinæ præsiidiis, quæ ad argumentum hoc illustrandum requiruntur, Celeberrimum *Bergium* deprehendimus, ut cum antiquioribus Scriptoribus, quibus Res Moscoviticas debemus, de principatu contendere queat, sera autem posteritas magnas ei gratias referre habeat necesse.

Atque ita hæctenus à nobis institutò quòdam breviori recensu actum est de vener. *Nicol Bergii* Exercitatione, quando jam opportunè subit animum recordari alterius cujusdam, quæ eòdem de argumentò quæstionem: Utrum Moscovitæ sint Christiani? s. o. thesibus inclusam, & à Joh. Bothvidi, D. Prof. jussu quondam Gustavi Adolphi, Augustiss. Svec. Reg. Upsaliae propositam, Holmiæ vero per Reusnerum 1620. impressam (conf. etiam Bergius passim) sistit. Eam quidem jam olim, tum ob exemplarium defectum, cui non

minimum temporis locique circumstantiæ afferunt momentum, tum ob materiæ nobilitatem, tum & præsertim ob ipsum tractandi modum, qui sua hæcenus quædam ab Eruditis meruit encomia, iterato subicere prælo meditatus est *Casparus Henric. Starckius*, SS. Theol. apud nos Studios. nec dubitandum nobis amplius, quin vel tantò nunc celerius expectari illam à se velit, quantò sibi magis ob quandam utriusque cognationem, hæc, quam nunc recensuimus, Bergii Dissertatione permotus quodammodo ad istud institutum videtur. Benevolè etiam haut dubiè cum laudato Dn. Bergio interpretabuntur boni quique hoc ejus in edendâ denuò ex MSc. tò, rariori disputatione studium, cui quidem conciliare quoque quandam præterea gratiam, præfixis aliquot Summorum Virorum honorificis de eâ judicis, ne plura jam promittamus, allaborabit. Id addimus, quam primum Deus & dies dederint, pariter illum Literato Orbi non defuturum vel peculiari præter cætera de Abavò suò, *Casparò Starckio*, Eileburgensium circa annum 1580. sqq. Superintendente, ob conflictus cum Calvinianis & varios & satis arduos notissimò, Commentatione, vel quadam etiam aliquando, *Clarorum Patriæ suæ Lubecensium*, qui publicis inter Eruditos scriptis nomen aliquod sunt adepti, *Centuriâ*, quò tamen posteriori in argumentò, præviam ei antea Celeberr. Dn. Mölleri, ejus forte quidpiam *Isagog. ad Histor. Chersones. Cimbric. P. II. pag. 211 sq.* polliciti, voluntatem, cynosuræ sibi instar sacram habendam, constitutum est explorare.

HAFNIÆ.

D. V. Maji, in Auditorio Collegii Medicèi Dissert. Philolog.¹ Criticam de *Equis & quadrigis solis 2. Reg. XXIII. 11. memoratis* ventilavit *Jessenius Jessen*, Hannibalis Fil. Resp. *Jano Lassen.* (2. pl. in 4to.)

Constat III. Capit. quorum I. cultum solis, ejus sacros equos apud Persas præsertim, deinde & Masagetas, Armenios, Rhodios, Syros & Assyrios probat. II. eundem ad Israelitas à Manasse translatum, equosque hic vivos & veros, non simulacra equorum aurea, argentea, vel ænea notari contra Seldenum variis rationibus evincit. III. finem & usum equorum exponit, eosque non ut manè soli occurrerent, cum Rabbinis, sed ut soli sacrificarentur, adhibitos cum *Paulo Arringhio* statuit. D. IX.

D. IX. Ejusd. Disputat. Chémico-Physicam posteriorem de Natura & Usu Salis venulavit Job. Gerhardus Grubbe, Resp. Petro Herslebio, Phil. Baccal. (pl. 1. $\frac{1}{4}$.)

Promissi in disputatione Priore (1703. die 20. Junii habita) dati probè memor Nob. Autor, inceptam telam præsentem absolvit, dum nempe Salis Usu necessarium, quem Oeconomix animali præstet, ejusque in corpore nostro generationem demonstrare nititur. Cum au em constet, assumpta in conservationem individui alimenta in chylum mutari, in eò præprimis versatur, ut Salis in illo existentiam probet. Ideoque Sect. VIII. de indole Liqueoris gastrici sollicitus, illum acidum esse, statuit, & Sect. IX. contrar. sentientium argumenta examinat, & refutat. Huic primo Salis principio alterum sive Alkali adjungit, illudque ab assumptis alimentis suppeditari Sect. XI. declarat; autumans, si duo hæc Naturæ, ut vocat, instrumenta jungantur, & fermentandò in se invicem agere incipiant, nãci tandem tertium, quod est neutrum, & Sal nominatur, quò chylus & reliqui corporis nostri succi sensim imbuantur. Ulteriorem Salis genesin Sect. XII. petit ex Succo Pancreatici & Bilis confusione, pro secretionem puri ab impuro in intestinis peragi solitã, hæc nempe alcalicum, illò acidum saporem gustui offerentibus; Et denique Sect. XIII. ultimam sive tertiam Salis generationem fieri existimat, quando Chylo, antequam cordis ventriculos ingreditur, Lympha, ejusdem cum Succo Pancreatico, Saporis, sociatur. Sicque, concludit, Salis peragi genituram in corpore humano, *quæ sustentatur quotidie beneficio ingestorum, & uti totum vita sanitatisque negotium in proportionato connubio sæpe dictorum instrumentorum videtur consistere, ita vel cessante vel interruptã illius generatione mortem aut morbum adesse dicendum, qui ratione vinculi Sanguinis soluti, magis vel minus censetur periculosus.*

D. X. Ejusdem. Augustiss. Daniæ Regis FRIDERICI IV. Rescripto indultum fuit M. Christoph. Fried. Lemmelio, ut Opera B. Hieron. Welleri, 2. in fol. Volum. in Ducatibus Oldenburgico ac Delmenhorstiano V. Thaleris Imperialibus comparentur. Quam quidem gratiam cum operibus Wellerianis eorumque Editori jam ante præstiterint Sereniss. Poloniæ Rex & Elector Saxonix in suo Electoratu,

Duces itém Saxoniz Cizenfis, Weiffenfelfenfis, Ifenacenfis, Vianarienfis, Gothanus, Altenburgenfis, Martisburgenfis, Brunfvicenfis, item & Lunæburgenfis, Lineæ Cellenfis, Anhaltinus Sérveftanus, in fuis finguli Ducatibus. Illuftriff. item Comites Arnftadienfis, Schoenburgici & Reuffii in fuis comitatibus. Infignem meritò gratulamur B. Welleri manibus meritisfimum favorem, Regium & Ducalem, haud vanè fimul augurati, fore, ut his Auguftæ gratiæ radiis animati de Theologorum Scriptis & alii porrò fultineant benè mereri.

Medio Mense diplomate Regio Philofophiæ Profeflor in Univerfit. Hafn. designatus eft, *M. Severinus P. Gludius*, Scholæ Metropolitanæ Rector (in *Nov. Lit. T. II. p. 23.* Profeflor Acad. Hafn. Extraordinariis per errorem à nobis adfcriptus) cujus Scripta 1. Logicam Erotematicam in 8vo. 2. Rhetoricam Erotematicam in 8vo. *T. V. p. 370.* 3. Specimen Elegantiarum Linguæ Lat. è Tullio (literis tantum initialibus S. G. Autorem exprimens) *T. VI. p. 116.* memoravimus, quibus nunc addimus *Differtationem Phyfico-Hiftoricam de Lacu Asphaltite* in 4to. & *Differt. de Gradu Magifterii Aô. 1695.* in 4to. Promifit ea alia in Ufum Scholæ fuæ præcepta.

D. XX. ejusdem Differtationem III. eandemque ultimam, de *Dignitate & Ufu Purpuræ apud Veteres* ventilavit *Arnoldus Crufius*, Henr. Fil. Refp. *Laurentio Japeti Friis.* (1 $\frac{3}{4}$. pl.)

D. XXII. Ejusd. In Basilica D. Virginis purpuram Rectoratus Academici in *Job. Mublenium*, Med. Lic. & Prof. inque Coll. Confiftor. Affeff. tranftulit *D. Job. Bar. bolinus*, SS. Th. Prof. P. & in Coll. Confift. Affeff. prævia oratione de *Interceffione Spiritus S.* ex Rom. VIII. 26. quam non Metonymicè, fed propriè talem intelligendam ex fcopo Apoftoli, verbi *ὑπερευτυχῶνες* emphafi, titulo *ἰς πνεῦμα κλητός* &c. afferuit.

D. XXIX. Ejusd. De *Scythæ præ Barbaro prærogativa* ex Col. III. 11. *deducta* difputavit *Jacobus Jacobaus*, Olig. Fil. Refp. *Jano Bruum* Phil. Baccal. pl. 1 $\frac{3}{4}$.

Conftat III. Sectionibus quarum I. varias vocis Barbari fignificationes excutit. II. varias interpretum fententias, fc. 1. eorum, qui non oppofitos inter fe, fed conjunctos pari paffu ambulare Barbarum & Scytham exiftimant. 2. *L. Ofiandri, Calovii, Er. Kotc-*

Rotærod. Salmeronis, à Lapide, Tirini, Græti &c. qui agnita Scythas inter & Barbaros oppositione, ea ratione Scythas Barbaris opponi putant, non quasi è numero Barbarorum excepti, sed quia primum inter Barbaros locum occupantes Barbari κατ' ἀρχήν salutarè mereantur, rejicit, ac 3. Salmassii, quod vera ac realis inter Barbarum ac Scytham ἀντίθεσις sit, solertiæ & ruditatis respectu. III. Sententiam allatam testimoniis Herodoti, Trogi Pompeji, Homeri, Theodoretii, Cyrilli, Curtii aliorumque confirmat; ad calcem conqueritur, Lipenio memoratam cujusdam *Henr. Trierenbergii* Disp. de *Oppositione Barbarorum & Scytharum apostolica*. Col. III. 11. Witteb. 1676. habitam, videre sibi non licuisse.

Eodem die, Mausolæo, quod in Templo D. Virg. sacro vivus ante complures annos sibi extruxerat, illatus fuit illustrissimus Heros, *Friedericus Ulricus Gûldenlôwe*, Comes de Laurweg, Jarlsberg &c. S. R. M. in Regno Norweg. Pro-Rex, Supremus Copiarum Campi-Marschallus, Consiliarius intimus, & Cubicul. Reg. Præfectus, &c. Hamburgi, quo annorum & honorum satur, ante multos annos sese, velut in secessum receperat, ἐν Σαυαρίαν unice meditaturus, superiori mense placidè extinctus, Heros incomparabilis, orbis, dum vixit, universi delictum, nunc desiderium Regis & Gregis Arctoi communis Eros, Heros illustrissimus familia, excellentissimus fama, Genere & Genio Generosissimus, officiis eminentissimus, meritis magnificentissimus, cum summis Heroibus jure comparandus, nulli postponendus, fulmen belli, lumen Patriæ, Virtutum heroicarum culmen: Cujus virtutes heroicas, in liberis, quos reliquit sibi congeneres, non minus, quam universo orbe, quem gloriosis olim peregrinationibus, splendidissimis legationibus, & expeditionibus laudatissimis peragratum famâ suâ implevit, Norvvegiæ præsertim, quam per lustra complura consiliis suis prudentissimè gubernavit, & factis fortissimis illustravit, rupibus (quas novus Hannibal edomuit) ac memoria nummisque aureis (vid. *Museum regium Olig. Jacobæi*) æternum victurum, annalium, non Ephemeridum argumentum, religioso silentio venerabundi premere, quam sterili loquentia promere, ac Timanthi velo obumbrare, quam brevi stylo adumbrare malumus, non defore sperantes, dignos tanto Herôe Panegyristas, qui, quam haberi sibi ultimæ voluntatis tabulis

vetuerat generosissimus vanitatum mundi contemptor, gloriam posthumam justis elogiis aliquando tanto nomini admetientur. Cæterum distinctior illustrissimæ familiæ conspectus habetur in *Der Durchlauchtigen Welt*.

D. XXX. Ejusd. Sepulcro in templo S. Petri illatus fuit *M. Severinus Schulzius*, Haderstebia. Cimber, R. Minist. Candidatus, qui jam olim Jenæ (ubi laurea Magistrali decoratus fuit) Disputationem Philosophicam Præses habuerat, cui inscriptio: *Virgula divina, s. Existentia divina ex intellectu &c. humano demonstrata*, Hafniæ verò complures sese annos in studio Homiletico exercuerat.

Prodiit nuper A. Bussæi Nordlandi *Pœsis Epica s. ἐποποιία ex mente Aristotelis & interpretum delineata*, 2. pl. in 12. maj. Cujus hoc ferè summarium: *Materia s. objectum*, non syllabas, dictiones, Rythmos &c. cum Jul. C. Scaligero, nec viros illustres & res graves cum G. J. Vossio, sed actiones illustres &c. certa dispositione ornatas dicit, unde nec Orpheum, dum sacra, nec Callimachum, dum hymnos, nec Nonnum, dum Johannis Evangelium, nec Nazianzenum, nec Bartasium, nec Sannazarium dum de partu Virginis commentatur, nec Graswinchel, dum Th. de Kempis exprimit, nec Virgilium, dum Georgica & Bucolica, nec Hesiodum, dum opæra & dres scribunt, Poëtas Epicos esse. Hinc disquirit: *An Poëta vocari mereantur, qui occupantur in argumento Physico, medico vel rustico?* quod negat, atque adeo nec Phil. Gualtherum, qui Curtium, nec Eob. Hessum, qui Iliadem Homeri, nec Rufum Avienum, qui Livium totum, metro complexi, Epicos esse. *An Epopoïia scribi possit sine omni metro?* & Resp. licet affirmet Aristoteles, illustriorem fore & absolutiorem numeris suis, si metrum accedat. *An liceat Poëta totam actionem confingere nullo modo gestam?* Resp. Comœdiam quidem sæpe in pura fabula acquiescere, lecus quam tragœdiam, sed in Epico carmine actionem illustrem eò gratiorem esse, quod magis cum veritate conveniat, cum vera sæpe etiam sint verisimilia; In Episodiis tamen tolerari fabulas; Historiam Samlonis verò secundum legem Aristotelis, actionem ejusmodi verisimilem non ostendere. Unam actionem requiri sc. principalem, & quam persequantur Epici; peccari hic ab iis, qui scribunt de omnibus actionibus, &c. ab Hugone in *Tragicomœdia de Josepho*. Requirit illustrem actio-

actionem & pluribus membris constantem, quorum singula membra argumentum tragœdiæ possunt constituere, notato *Lesche Lessio*, Parvæ Iliadis Auctore. Possè quidem in eodem carmine Epico plures narrari Heroës, dummodo eorum unus illustrior sit, è Silio Italico & Virgilio probat. Deorum verò ministeria non ita Carmine Epico adduci, ut Principalem Principi adimant, sed ut admirationem augeant. Porro *totam requiri actionem* ad finem usque perducendam, Homero contra Corinthum Smyrnæum, & Tryphiodorum, ac Virgilio contra Maphæum Vegam vindicatis. *Requiri actionem illustrem*, hinc fœminas, ut fœminas, ab argumento Epopoiæ exclusas, Heroinis tamen exceptis, quarum actiones adeo sunt illustres, ut viris fortibus faciant invidiam; quorsum Erasmi Læti Margareta, & Adolphi à Dans Elisabethica refert; Volerandi Vorani de Virgine Aureliensi in medio tamen relicta. *Formam* absolvi dispositione actionis seu fabulæ, ubi notantur Cicero & Horatius tumultuarium Epico ordinem affingentes; notatur discrimen inter Historicos & Poëtas; Fabulam hic unam sc. principalem & simplicem requiri, i. e. quæ sine peripetia & agnitione narratur; ubi de peripetis, earum in hodiernis fabulis frequentia & peccatis atque agnitione *ἀναγγελῶσαι*. Duas fabulæ partes *ἄριστον* sc. nexum, & *λύσις* sc. solutionem, Episodia ad nexum, machinam ad solutionem pertinere, ubi de machina & semimachinis, & Episodiis pauca. Mores requiri Heroibus dignos & convenientes exemplo Æneæ Virgiliani, Achillis Homerici. *Dictionis Poëtica virtutes* esse 1.) *perspicuitatem*, in quam peccarunt Lycophron in Cassandra, Papinius, Stadius, Alanus, de Infinitis sc. Archipoëta. 2.) *Dictionem à plebe submotam*, sublimem & augustam, nec tumidam tamen. 3.) *Æquabilitatem*, in quam inpegerunt Æschylus & Stadius. 4.) *Numerum* in initio & fine præcipuè quærendum, de quo plura Vossius & Massenius, 5.) *Nativam suavitatem* & venustatem &c. *Causam efficientem* Epici aliam nobis, aliam antiquis, ubi de furore Poëtico. *Finem* denique esse, Principem verum cum delectatione ad virtutem instituerè. Clauditur quæstione: *An talis aliquis Poëta Epicus fuerit aut sit in rerum natura, qualem delineavit nobis Aristoteles?*

D. XI. Junii Ventilata fuit Disertatio de solenni veterum Chri-

stianorum χειροψία Præfide Olao Bornemanno, Cosm. Fil. & Resp. *Christiano Thestrup*, Franc. Fil. (pl. 2 $\frac{1}{2}$.)

In quò præmissò præloquio Auctor §. 1. in *χειροψία* originem & §. 2. antiquitatem inquiri, deinde §. 3. ante preces, §. 4. Laicis ante communionem, §. 5. Clericis ante consecrationem, & §. 6. ante lectionem S. Codicis eam fuisse in usu dicit, & denique §. 8. finem & scopum primarium indicat. Occupatos detinuit antehac hoc argumentum *M. Toomam Stegerum* in Dissertatione Historico-Philologica de *præcipuis veterum Romanorum Lotionibus, quibus cum non pauci Hebræorum & Christianorum Veterum, itemque aliarum gentium ritus conjunguntur* Lips. 1694. Resp. *Paulo Bose*, Lips. ventilata. (pl. 6.) *M. Joh. Adam König*, Lüzena-Misn. & Resp. *Joh. Dan. Simonem*, Kirnâ-Palat. in Disput. Philologica de *Ritu lavandi manus, ex Matth. XXVII. 24.* Wittebergæ 1678. publicè propofita, (pl. 2.) *Henricum Lubbertum*, Lubecensem, in Discursu Philologico de *Ritu lavandi manus*, Lubecæ 1670. (pl. 2 $\frac{1}{2}$) (vid. *Tom. VI. Nov. Lit. pag. 168.*) & denique *M. Godofr. Arnoldum*, Annæbergenfem, in Dissertatione Historica, Wittenbergæ 1689. Resp. *Bartholomeo Bausnero*, Birthalbino-Transylv. ventilata. quæ *Lotionem Manuum ad factum Pontii Pilati recensitam* exhibet. (pl. 1 $\frac{1}{2}$.)

D. XIV. Ejusdem Publicæ Disquisitioni submiserunt Disput. Historico-Criticam, de *Literis Ephelinis*, *Georg. Christianus Fleischer*, & Resp. *Petr. Laurentius Bronlund*, (pl. 2 $\frac{1}{4}$.)

Autor præmissa præfatione, in qua de *Magia Ephesiorum* agit, §. 1. in *Literar. Ephes.* descriptionem tradit, sc. *fuisse notulas quasdam & voces magicas, quibus supersticiosi homines usi fuerint, ut in omni negotio Victores evaserint, felicemque rerum suarum expediverint eventum.* §. 2. eas in proverbium abiisse, Ephesiosque magnam iis vim adscripsisse dicit. §. 3. earum effectus evolvit. §. 4. *Androclis* notatur. §. 5. earum originem ostendit. §. 6. probat eas fuisse partim literas, easque vel ignotas, vel notas & veras, §. 7. partim voces, easque vel barbaras & obscuras, vel §. 8. aliquo modo intelligibiles. §. 9. disquiri, cum quibus forsan literis conveniant *Ephelinæ*. Et tandem in fine adjicitur *Pentas Corollariorum*, ex quibus 1. sic sonat: *Piscis deglutitor Jonæ non fuit Ba-*
lana

læna, sed ille piscis, qui Garcharias & Canis, Norvegis *Wercfiff* vocatur. 2. ita legitur. Jonæ Kikajon probabiliter fuit non Cucurbita, sed Ricinus, qui aliàs Arabicè Alcherva dicitur.

D. XVII. *Ejusd.* De *fabulosa Ducis Belisarii Cæcitate & Mendicitate*, Dissertationem Historicam proposuit *Georg. Wellejus*, Resp. *Arnoldo Behmann*, Philosoph. Baccal. (pl. 2.)

In qua Autor ostendit, non esse vera, quæ post multos Autores Crinitus etiam de eo commentus sit, sc. luminibus illum privatum ante mortem eo fuisse redactum; ut mendicus victum quæsiverit, in vili prope viam tuguriolo his verbis prætereuntium commiserationem efflagitans: *Date stipem Belisario, quem virtus exulit, cecavit invidia.*

D. X. *Julii.* In Auditorio Regiæ & Equestris Academiae publicam de *Ludis Veterum cum Exercitiis Academiae Equestr. comparatis* Orationem recitavit *Georg. Jac. de Bülow*, prævio Programmata Præf. Acad. *Calneiri* invitatorio.

D. XVI. *Ejusd.* solenni pompa celebrabantur exequiæ *Georgio Franco de Franckenau*, S. R. Imp. Equiti, Comit. Pal. Cæs. Reg. Dan. Consiliario Justitiæ & Archiatro, Acad. Naturæ Curiosorum Adjuncto sub Argi 1. nomine, Societatis Anglicanæ & Italicæ Recuperatorum Collegæ, cujus Biographiam ex *Joh. Mullenii*, Med. PP. Programmata funebri in compendium redactam jam exhibemus. Natus est *Naumburgi* A. 1644. d. 3. Maji st. vet. Patre *Sebastiano*, Cive primario, & Ecclesiæ majoris Presbytero, Matre *Barbara Weinckia* Posita in ludo patrio Episcop. rudimenta in *Martisburgensi* Gymnasio 1659. coluit, reverlusque in patriam sub *M. Joh. Prettenio*, novotunc Rectore, nunc Theologiæ D. & Pastore Prim. excoluit. An. 1662. d. 26. April. Jenam transiit. Ao. eod. d. 15. Dec. laurea poetica à D. Christoph. Philipp. Richtero, Jcto redimitus est. Medicinæ animum adplicaturus, ductu DD. Gueneri Rolincii, Gothofredi Mæbii, Joh. Theod. Schenckii, Joh. Arnoldi Friderici, Casp. Bovvizii, & L. Casp. Posneri, Daduchorumartis Medicæ insignium usus est. A. 1665. d. 24. Aug. petiit Argentoratensem Academiam, ibidemque habita augurali de *Pleuritide* absque Præside Disputatione d. 15. Mart. 1666. Doctor Medicus renunciatus. Ao. 1672. d. 24. Februar. D. Faustio Professor Medic. Ordinar. subrogatus ste.

Vix Argentorato Heidelbergam concesserat, cum succinctam de *Hæmorrhoidibus* scribere Dissertationem à Sereniss. *Carolo Ludovico* iuberetur, qui suis eam sumptibus imprimi, & singulas plagulas yix prelum passas citissimè Mannhemium sibi mitti curavit. Ventitata ea fuit d. 12. Sept. præsentibus Electore, Filio Principe, Duce Bipontino *Carolo*, Comite Raugravio *Carolo Ludovico*, Magnatumq; aulicorum corona splendidissima: opponentium subsellia occupantibus octo Doctoribus Medicis ab ipso Principe conquistis, D. 16. Nov. 1689. vacuum D. Strauchii obitu secundam in Vitebergensi Academia Cathedram Medicam adivit. Duorum Regum octoque Imperii Octovirum Archiater meritisimus audivit. Ao. 1672. inter Collegas Academiæ Naturæ Curiosorum sub invictissimi *LEOPOLDI* Imp. auspiciis exortæ communibus suffragiis sub Argi I. nomine cooptatus est, annoque 1688. d. 16. ibid. peculiari Præsidis *Jo. Ge. Volckammeri*, Medici celeberrimi, Diplomate in numerum Adjuntorum ejusdem Academiæ est admittus, A. 1679. Cal. Febr. ab Illustr. *CAROLO PATINO*, Principe Academiæ Recuperatorum Patavinæ, in Academicorum tribum adlectus est; Tandem A. 1695. simili ab Anglis maectatus honore, in Societatem Regiam Londinensem suffragiis omnium admittus est. Ob præstita tot S. R. I. Proceribus pace belloque servitia indefessa Augustiss. *LEOPOLDUS*, eum totamque familiam & posteritatem inter S. R. Imperii Regnorumq; & ditionum hæreditariarum Equites adscivit, omnium jurium ac privilegiorum Equestr. compotes fecit, adjecto nomini Nobilis de Frankenau, titulo & insignium splendore. Nec contenta illo honoris fastigio Majest. Imp. A. 1693. gratiam gratia adaugens Comitivæ S. Palatii Lateranensis Diplomate eum condecoravit. Rem familiarem quod attinet, A. 1666. de thori socia sibi prospexit, & d. 22. Maji manus junxit *Maria Euphrosyna Chæmnitia de Strömberg*, cum qua in sextum supra trigessimum annum exoptatissimam egit vitam, & ex eadem thori pignora suscepit septem, è quibus adhuc vitali fruuntur aura filia natu major, nupta mense Oct. 1699. *Johanni Johannsen*, Provinciæ Hadelensis Redituum Præfecto; & filius primogenitus, Med. Doctor, & in Acad. Vitemberg. olim extra ordinem, nunc autem in regia Universitate Hafnienli ordinar. illius & Philosophiæ Professor, *Georgius Fredericus*,

dericus, & *Gerardus Ernestus*, quem octo abhinc annis REX CHRIS-
 TIANUS V. Secretarii insignitum titulo, Legatis ad Tractatus Pin-
 nenbergicos, it. in Sveciam, ac Hispaniam misis, adjunxit. Ereptam
 sibi B. Defunctus ante triennium vidit uxorem d. 11. Maj. 1701. An-
 no igitur sequenti ad secunda tranlit vota, in thorum adsciscens
Catharinam Wilde, ex qua nullam vidit prolem. A liberis ad libros
 nunc transeundum, verum, ne actum agamus, remittimus B. L. ad
 T. II. Nov. Lit. M. B. p. 52. § 99. & latentia saltem adhuc in scriniis indi-
 camus Scripta, quæ sunt: *Consiliorum, Responsorumque Medicorum, Lo-*
corum item communium Medicorum & Physicorum Tomi IIX. Vitarum
Medicorum illustrium Tom. III. Observationum Medicarum, præter eas,
 quas ad Ephemerides Naturæ Curiosorum contulit, Tom. II. *Car-*
minum Tomi III. Epistolarum ad varios *Latinarum Tom. IV. Orationum*
Programmatumque Tom. II. Notæ in *Cælium Aurelianum*, Medicum an-
 tiquum, item in *amatorias Aristæneti Epistolas*, quas cum Codice *Lam-*
buciano contulit & *avindolæ Lambecianas* annotationes ex Bibliothe-
 ca Vindobonensi, Cæsaris permissu, eis adjunxit. *Observationum* in
Linguam Germanicam, Poësinque vernaculam sat crassum Volumen.
 Et præcipue pium erga Numen divinum animum produnt Com-
 mentariorum Exegeticorum in Sacram Scripturam Volumina be-
 nè multa, ex 3000. ferè probatissimis Auctoribus consarcinata; Cla-
 rius idem elucet ex sedula S. Codicis evolutione, quem ab inito ma-
 trimonio septuagies quinques magno studio perlegit. Piè, pru-
 denterque actam vitam demum piâ placidaque morte postrid.
 Iduum Junii, annis vitæ LX. mense I. Diebus XI. completis, finivit.

D. XVII. Ejusd. Candidatos CXC. post examina consueta *Cives*
Academicos & artium Studiosos solenni in Aëtu depositionis ritu in
 Auditorio super. renunciavit ECtis Philos. Decanus D. *Caspar Bar-*
tholinus, Consil. Instit. Med. & Phys. PP.

D. XXV. Ejusd. Publicam in Reg. & Eqv. Acad. Orationem de
Vera Nobilitate habuit Dn. *Vieregge*, publico Præfecti Programme-
 ta indicatam.

D. XXX. Ejusd. Enneada assertionum Philosophicarum publicè
 ventilavit M. *Joh. Reenius*, (pl. $\frac{1}{2}$. in 4to.)

D. XXXI. Ejusd. *Eruendam ex nomine suo Logica Naturam* pro
 beneficio Reg. Menlæ proposuit *Jacobus Khod.* (pl. $\frac{1}{2}$. in 4to.)

Denique hoc menle ex Regio & Acad. Typographeo prodierunt *Arnoldi Bondæ Delicia Geometricæ Compendioſæ*, i. e. amœnitates pictoriæ, cum additamento exemplorum, artem eam ſpectantium, brevi inſtructione Optica, & adjecta Appendice Geographica.

Prodierunt circa finem hujus Menſis Judicia & Encomia Facultatis Theologicæ Hafnienſis, aliorumq; Theologorum ac Virorum celeberrimorum de *B. Hieronymo Wellerò à Molsdorf* ejusque Scriptus (pl. 3. in fol.)

Nimirum 1. *D. Henr. Bornemannii*, Seelandiæ Epiſc. FCtis Theol. Decani. 2. *D. Petri Jeſperſenii*, Sereniſſ. Reg. Dan. à Confeſſionibus & Concion. primariis, & Conſiliar. Conſiſt. 3. *D. Job. Wandalini*, S. Th. PP. Primar. & Conſiſt. Aſſeſſ. 4. *D. Heſtoris Goſthofr. Maſii*, S. Th. PP. nec non Conſiſt. Aſſeſſ. & R. M. à Concionibus. 5. *D. Job. Bartholini*, S. Th. PP. & Conſiſt. Aſſeſſ. 6. *D. Bartholdi Boſſacci*, S. Th. Prof. Reg. Honorar. & Conſiſt. in Univerſ. Hafn. & St. Petr. Paſtor. 7. *Job. Steenbuchii*, L. Sanct. PP. FCtis Theol. Adj. & Conſiſt. Aſſeſſ. 8. *Severini Lintrupii*, Philoſ. & Theol. designati Prof. Cathedr. Schol. Bergenſ. Rect. Communitat. Reg. Præpoſ. qui deſideravit à nobis, ut B. L. moneremus, præter varia hinc inde errata, in *Pio ſuo*, de *Scriptis Theologorum Seculi Reformati*, Deſiderio, Lit. C. fol. 2. poſt verba: *Et poſſet fortè Dania noſtra*; addendum eſſe: modò ea hîc, quæ alibi, eſſet Bibliopolarum ac Typothetarum facilitas, aut univerſæ rei literariæ felicitas; & ruruſ poſt verba: *haud contemnendas conferre ſymb las*: Atque non *Litaneuticas* tantùm & metanoëticas, aliis atque aliis ſolemnibus deprecationum & ſupplicationum feriis, à ſummis Sædlandiæ Epiſcopis *Winſtrupiiſ*, *Reſeniſ*, *Brochmanniſ*, *Svaningiiſ*, *Wandaliniſ*, *Baggeriſ* &c. adaptatas, quas uno opere junctas publica i, literis ad *B. Job. Baggerum* Ao. 1685. Londini Anglorum ſcriptis, & præfat. *Theſauri Philoſ.* à Doctiſſ. *Creenio* inſertis, ſeriò olim deſideravit ſub umbra literarum D. S. latitans Theologus, ac noviuſimè denuo ipſe, poſt eum *Creenius* l. c. *Indignatus* etiam, *illas non congregari, conjunctimque edi, cum palam ſit, quantum* laudati Epiſcopi *potuerint à ſtudio Exegetico*; Aliasque argumenti paralleli *Homileticas*, nullis vel decantatiſſ. Anglorum meditationibus quicquam concediſſuras (de quibus aliam alibi commodiorem expecto diſſerendi occaſionem) ſed. Ruruſ poſt verba: *Exegetici, Practici & Historici*

Historici *avendotæ* &c. addatur: *Lutheri, Melanchthonis, Palladiorum, Maccabæi, Tausani, Hemmingii, Slangendorffii, Astaci, Welleji, Winstrupiorum, Reseniorum, Sæferidis, Arctandri, Brochmannorum, M. Matthiæ, J. Cluveri, Matthiæ, Bangii, Wandalini, Wizlebi, Pontoppidani, Svaningii, Schletteri, Randulffii, Bincherodiorum, Noldii, Lassenii, Fossii, Gernerii, &c.* aliorumque plurium, Acta item, consilia & responsa non pauca (a-
libi fortè distinctius memoranda) 9. *Joh. Brunsmanni, Theologi ac Ecclesiastæ Hafniensis.*

RINGSTADII in SÆLANDIA.

D. XV. Maji Augustiss. & Potentiss. Regi *FRIDERICO IV.* mili-
tiam Sælandiæ Provincialelem ad Ringstadium lustranti, oblatum
fuit pervetustum hoc Carmen fatidicum, ante complures annos
descriptum à Viro docto è Codice membranæo, regnante in Arcto
Margareta, ceu putatur, exarato, & in Bibliotheca ill. *Georgii Seesfel-*
dii quondam reperto, hujus tenoris:

Cum Sol fuscatur, (1) annus noviter numeratur, (2)

Sub Pacis Rege, (3) Martis Gens Danica lege

Curabit castra, tamen haud linquens sua rastra, (4)

Recurrunt læti, quia libertate repleti (5)

Secula enim dena sunt & septem quoque plena. (6)

Quod ita Danicè reddidit non nemo.

Ket ved det Paa naar solen bliid /

Skal under mørket dvålle /

Og mand begynder Aarets - Tiid

Paa Rûmstoch nye at tålle /

Da under Kongen Frederiig /

Skal Bonde - Sønner Røre /

Sin Flint og Sværd aldt uden Svig /

Dog skal Hand - Arbeid giøre :

Se hoer med Friheds hat i Haand

Skal glad paa pladssee råde

Og takke at det vor Ned - Vaand

Blev løst til landets Glæde

Naar mand skal skrive tusind Aar /

Saa Christi Gødsels Time /

Og mand syv hundred der til saare/
Skal hoød her spaas/ sig rime.

Notarum explicatio :

1. Denotat magnam Solis Ecclipsin, quæ incidit in 15. Sept. 1699.
2. Videtur novos denotare fastos A. 1700. introductos.
3. Per te patet Friderici IV. imperium designari.
4. Militiam Provinciale[m] significat A. 1702. 22. Febr. conditam.
5. Notat Jus vernile (*Bornede, Rættighed*) 21. Febr. antiquatum
6. A. 1700. notat. (1702.

HELSINGORÆ ad Fretum Oresundicum.

M. Ernestus Christianus Boldichius, Eccles. Reg. Aulicus in arce Coronæburg. & Eccles. Teutonicæ Helsingoranæ Pastor, nuper scriptum præcticum edidit, inscriptum; *Des ewigen Vaters Jesu Christi liebretches Testament in dem Hochheil. Gedächtniß-Mahl seinen gläubigen Kindern eröffnet / und allen Liebhabern Jesu zur seligen Erbauung / insonderheit zur nöthigen und heiligen Vorbereitung / zum würdigen und heilsamen Gebrauch / und zur ersprießlichen Frucht und Nutzen des H. Abendmahls / in einigen andächtigen Betrachtungen aus Gottes Wort einfältig und nach der Ähnlichkeit des wahren Glaubens vorgestellt / auch mit einigen Gebeten so eingerichtet / daß es zum Beicht- und Communion-Büchlein kan gebraucht werden.* Copenhagen und Leipzig / verlegt *Johann Melchior Liebe* 1704. in maj. 12. (1. Alph. 10½. plag.) Constat. III. Partibus, quarum I. Meditationes 8. & preces 15. II. itidem Meditationes 8. totidemque preces. III. Denique 6. Meditationes & 8. preces complectitur.

Cæterum memoratus Autor natus Sunderburgi oppido Insulæ Alsiæ, Ducatui Slesvicensi adjacentis, d. 9. Nov. 1657. Patre *Joh. Boldichio*, Concionatore aulico & Præposito ibidem, Matre *Jacobina Hergeria*, Civis Augustani, ob religionem exulis, filia. Jactis in Schola patria doctrinæ & hinc fundamentis, ad Gymnasium Lubecense missus, biennium ibi sub Herm. Nottelmanno, Rect. exegit; inde verò Jenam Ao. 1669. profectus, albo Studio[rum] adscriptus est Rectore t. t. *Sebast. Niemann*o, S. Th. D. Prof. & Superint. Jenensi. Hinc factis à studio Philologico, Orator. & Philosoph. cursus Academici

demici auspiciis, in illo Præceptores Frischmuthium, H. Opitium, atque alios, in hoc V. Velthemium, Hundeshagen, D. Goetzius, C. Postnerum, Wolffium, nunc Hamburgi ad D. Nic. Pastorem, audivit, habita etiam sub ultimi præsidio Disputatione gemina, quarum una quæstionem: *An unum corpus simul possit esse pluribus in locis;* altera *Theses Miscellaneas* exhibet, ventilavit. In eloquentiæ autem studio Phil. Mulleri informatione usus est, quo etiam Brabeuta Anno 1672. d. 15. Febr. titulo Magistrali cum 20. aliis Candidatis decoratus, per biennium adhuc Jenæ commorabatur. Collegiis interea Logic. Metaph. atque Ebraicis habitis, juventuti Academicæ inserviens. Quo tempore III. etiam Disputationes 1) de *Pontifice Ebræorum maximo.* 2) de *Concurſu Causæ primæ cum secundis contra Heerbordium.* 3) de *facto C. Mutii Scævola,* Præses pro Cathedra publicè defendit. In Theologicis facem ipsi prætulerunt D. Jo. Musæus & D. Frid. Brochmannus, favore in simul Conradi von der Lage/Gen. Vinariens. Superint. & Conc. Aul. Supr. adjuto. Relicta Jena A. 1674. propter obitum Parentis in patriam rediit, sed mox inde Kilonium profectus, in D. Petr. Musæi & D. Wasmuthi notitiam venit. Sed & rursus inde in Patriam reversus, Hafniam evocatur, ubi triennium informandis *Henr. von Stöcken/Consil. Reg. Int. Filiis,* omnibus in summis hodiè dignitatibus fulgentibus, impendit, contracta interim cum *D. Christ. Noldio,* SS. Th. Prof. aliisque doctissimis in Acad. & urbe Hafnienſi Familiaritate, tandem A. 1677. à *Justo Valent. Ste-manno,* S. Th. D. & Past. Eccles. Coronæburg. & Helsingor. Teutonico, Helsingoram vocatus, ipsi in officio adjungitur. Cui postmodum B. Socero suo à S. R. M. in Holtatiam evocato, & ad General. Eccles. Holfat. Ἐπισκοπὴν evector, successor datus, spartam, quam junctis antea humeris per decennium sustinuerant, suscepit solus, & per 17. jam annos administravit. Scripta quædam inter muneris Ecclesiastici labores Germanica edidit, scil:

- 1.) Entdeckung Calvinischer Betrüglichkeit 8. A. 1684.
- 2.) Schlechte Hoffnung besserer Zeiten contra Speneri Hoffnung besserer Zeiten. 12. A. 1696
- 3.) Sabbathum Animæ Sanctum oder Heil. Seelen-Ruhe 8. A. 1703.
- 4.) Leich-Predigten in fol.

NASCOVIÆ in *Lollandia*.

M. Frid. Christianus Rodriguez, Past. Eccles. Nascov. Primarius, & Borealis Nomarchiæ Lollandorum Vice-Præpositus, Scriptum paracleticum ad Sofstratam Lercke in Aa marcke, Harelyke & Melz, Eggerti Christoph. von Knuth, Consil. Reg. Int. Conferent. & status, viduam, obitum filii Christ. Frid. von Knuth, Cubicularii Regii, post reditum ab exteris, præmatura morte extincti, lugentem edidit, cui titulus:

Een Jerde-Reyse omverlet med een Himmel-Reyse: i. e. iter terrestre, cœlesti itinere commutatum. (2. Alphab. 5. pl. in 4to.)

CHRISTIANIÆ.

Ut primum Rex Aug. Daniæ & Norvvegiæ *FRIDERICUS IV.* postquam, lustratâ superiori mense per Regnum Daniæ militiâ Provinciali, d. 29. Maji è portu Cimbricæ *Hadsrandia* solverat, d. 30. extremam Norvvegiæ oram, vulgò *Sauer-fullen* in conspectu habuit, Purpuratorum S. R. M. Procerum unus, hoc carmine desideratissimum Regis adventum Norvvegiæ gratulatus, fertur:

Saxæ canities, tu MUNDI in VERTICE tellus,

Orbis quæ meritò diceris esse CAPUT,

Prisca DEUM SEDES, quæ surgis in æthera celsis

Cantibus, & SEPTIEM vasa TRIONE pates.

Salve, teque Tuo memorem testare Æonarchæ,

ARCTIUM GENTI SIDUS adesse TUÆ.

Aspirent Boreæ venienti Numina Regi,

Et Faveant votis Pontus & sura tuis.

Cœterum visis in transcurso d. 2. Junii *Friderico-Politanis*, d. 3. autem *Friderichshaldensibus* urbe & castellis, d. 7. *Christianiam* Regni Metropolin ingressus est, per erectum in telonio *Arcum triumphalem*, cujus hæc facies: Portam octo æquis distinctâ interval-
lis columnæ exornabant, pineis cancellatoque brachiorum nexu implicatis arboribus intertextæ, quodque his supereminens conspiciebatur, Regis nomen, aureis characteribus ab artificiosa pictoris manu in gyrum ita inflexis, ut literarum juncturam & nexum celarent, clausaque & illis impositâ coronâ sese commenda-
bat.

bat. Carmen exporrecta manus pendulus in medio portæ Angelus ostendebat:

*Delfommien Konige Landets Coel/
Med Naade: Lius for Nordens: Pool.*

i. e. *Salve Sol Patriæ Rex, optatigue favoris
Lumen Hyperboreo fulgeat usque polo:*

Ipsum portæ fastigium disposita in signum crucis sceptrum & gladius corona & malo ornabant, latera verò *Pietas, Justitia, Prudentia & Mars*, justam ab artificis manu corporis molem sortiti; hos Regni utriusque insignia, & sequentia excipiebant Emblemata: 1.) *Stella polaris super mare cum epigraphæ: Unius ad nutum.* 2.) *Rex in Sotio sublimis, subditorum, v. gr. Equitum, Clericorum, civium, & rusticorum satelletio stipatus, cum inscriptione: Unius de lumine lumen.* 3.) *Phæbus hortum irradians, cum titulo: Sole oriente expandimur.* 4.) *Sol cedrum inumbrans, cum his verbis: Sub hujus crescimus umbra.* Præter hæc mixti citharædis tibicines suavi modulamine aures demulcebant. Pontem, qui egressum navigio Regem, exceperat, rubicundi panni extensum per plateas velamen decorabat, civibus armatis ex utroque latere dispositis. Quamprimum Regem, terram ingressum cum Præsule, Magistratus, & primates urbis submississimè salutassent, è telonio novem, ex arce verò viginti septem excussorū tormentorum sonitus audiebatur. Ubique verò suis per univèrsum, qua ferebatur, Norwegiæ regnum subditis regiæ præsentis & munificentis mnemosynon reliquit novum *Numisma argenteum*, cujus antica Regis effigiem & titulum, postica verò hanc inscriptionem præferebat:

Mod / Trosskab / Tapperhed / og hvad som giver Ære!

Alld verden Noek som fand blandt Nordiske Klipper Søer

i. e. *Mens invicta, fides, virtus, queis fama paratur,
Aerias habitant, Norica saxa Petras.*

PRESTOÆ in SÆDLANDIA.

Mense Junio prelo liberata prodiit supra pag. 285, nobis memorata M. Petri Winslovii, Pastoris Prestoani & Præpositi Farrago Arctica s. cogitationes de Jaciti Tanfana & Sturlei Tanse aliisque Danicam Historiam ac Linguam spectantibus, Havnæ 1704. in 8vo. (plag. 3.)

Cate.

Cæterum cum eundem Auctorem *Lexicon Scanicum* affectum habere accepimus, ut illud propediem edere ipsi liceat, juxta nobiscum optare plures credimus, qui spem *Lexici Danici & Norwegici Universalis*, ante aliquot jam annos, in i. ovis nostris factam, recordantur.

E Diœcesi AALBURGENSI.

M. Janus Godsen, Past. Ecclesiarum Vang & Thorup librum *Job. Bunian*, Ministri Bettfortensis ex Anglico in Danicum (sicut olim Belgicè & Germanicè) translatum edidit, in scriptum:

En Pillegrims fremgang, fra denne Verden til dend tilkommende, fremfatt under een Signelse af een Drøm / 2c.

i. e. Viatoris progressus ab hoc ad futurum seculum, sub schemate somnii repræsentatus, &c. Hafniæ 1704. 18. pl. in 8vo. Sumptibus Autoris & Christiani Gerhardi Bibliopolæ.

MOSSÆ in Diœcesi Christianiensi.

Henricus Taulovius, Auctionum Director, & Regius Scriba juratus, (*Serenus Striber*) non ignotus Poëta Danus, varia à compluribus jam lustris composita servata, præmata vernacula in quibus eminent:

1. *Uandelige syv og Gudelige Tidsfordriv / syv gange syv Uandelige Psalmer / og ligesaa mange Hietre-suct i Danske Sonetter 2c.*

i. e. Septenarius sacer, 1. Septies Septem hymni sacri cum totidem suspiriis &c.

2. *Det Menniskelige Levnets beskrivelse med adskillige galante viiser paa de rareste Melodier, i. e. descriptio vitæ humanæ concinnis metris & hymnodiis expressæ,*

E Diœcesi RIPENSI.

M. Janus Nicolai Hoë, Pastor Ecclesiarum Hoë & Orbye/ Meditationes in Evangelia Dominicalia edidit, in scriptas:

Evangeliske Veeg-singer / det er / een kort og eenfoldig indgang til / og indhold over de Uandelige Hellige Dages Evangelier og texter /

i. e. *Index Evangelicus* s. brevia & simplicia exordia & argumenta anniversariorum textuum Evangelicorum, brevi lemma-te repræsentata. Hafn. Sumptibus Autoris & Chr.

Gerhardi in 4to. 1. Alph. 1. plag.